10696/B

50

Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30523783_0003

55350

SYNOPSIS
UNIVERSÆ
MEDICINÆ PRACTICÆ:

Sive Doctiſſimorum Virorum

DE MORBIS,

Eorumque cauſis & Remediis Judicia.

AUTHORE

JO. ALLEN M. D.

EDITIO NOVA VENETA,

Cæteris auctior, & pleriſque in locis diligenter emendata; cui acceſſerunt celebriorum Veterum Recentiorumque ſententiæ, præter ea, quæ in aliis latinis editionibus proſtant.

Τῆς αὐτῆς διανοίας ἐστὶ γνῶναι τὰ ὀρθῶς εἰρημένα.
Ἱπποκρατ. περὶ διαίτης.

PARS TERTIA.



VENETIIS, MDCCLXII.
Apud LAURENTIUM BASILIUM.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

D. Luigi Zangrandi

WELLCOME LIBRARY

CAPUT XI.

Sive Faſciculus Morborum undecimus.

MORBI CUTANEI.

Ettmulleri ſententia.

Art. 2303. CUTIS nigredo eſt vel *nativa*, vel *accidentalis*, prior eſt incurabilis, poſterior, quæ ab ardore ſolis contrahitur, ſucco *citri* tollitur; idem facit *ſpiritus vini camphoratus*, item *tinctura benzoes*. Interdum ſapones odorati coſmetici a delicatis expetuntur, qualis eſt ſequens; ℞. *Sapon. venet.* ℔j. *amygd. amar. nucleor. perſic. excort. ana* ℥ij. *pulv. rad. ireos flor. Aron. ana* ℥j. *ſal. tart.* ℥ß. *ambræ griſ. moſch. cum ſpiritu roſar. ſolut. ana* ℈ß. *zibet. gr.* v. cum q. ſ. eſſentiæ *benzoes* f. maſſa ſaponiformis. „Sequens eſt coſmeticum inſigne ℞. *Flor. biſmuth.* ʒij. *unguent. pomat. albiſſ. & fragrantiſſ.* ʒvj. *ol. rhod. gut.* ij. miſce. Ut etiam „ *arcanum coſmeticum*. *Cutis nigredo.* *Curatio.*

Art. 2304. Lentigines ſunt maculæ obſcure flaveſcentes magnitudine lentis, faciem, collum, & manus defœdantes; cuti pertinaciſſime adhærent, nec facile curantur, in iis, quibus per aliquod tempus effloruerunt. *Lac virginale ol. tart. per deliquium, ol. myrrhæ per deliquium* *Lentigines.*

Curatio. *cum albumine ovi parat.* &c. ad lentigines tollendas a quibuſdam uſurpantur.

Ephelides. *Art.* 2305. Ephelides ſunt maculæ cutaneæ fuſcæ & interdum aſperæ, mulieribus communes, quæ potiſſimum frontem, interdum genas, imo collum & manus deturpantes, in longum & latum ſæpe ad palmæ magnitudinem ſe explicant; gravidas in ſpecie afficiunt, in quibus etiam præ reliqua ingravidationis ſigna dignoſcuntur.

Maculæ hepaticæ. *Art.* 2306. Maculæ hepaticæ ſunt obſcure flavi coloris interdum ad palmæ fere magnitudinem, tunc minores cum cutis aliquali aſperitate; occupant imprimis collum, pectus, atque dorſum, interdum manus cum ſingulari pruritu. Curantur ut *Lentigines* 2304.

Sudamina. *Art.* 2307. "Sudamina ſunt papulæ ſudorum „ in collo, pectore, brachiis, &c. oriuntur a „ ſudore bilioſo cutem exaſperante. „ *Schmitz.* Milii granis ſimilia ſunt, cauſa proxima eſt ſerum plus minus acre. *Ettmuller.*

Eſſere. *Art.* 2308. Eſſere eſt tuberculorum genus in *Græcorum & Latinorum* ſcriptis non occurrens; ſed ab *Avicenna & Arabibus* deſcribitur, & in noſtris regionibus frequenter reperitur. Vocatur *Eſſere*, *Sora & Sare*; erumpunt tubercula parva ad rubrum vergentia, duriuſcula, cum inſigni pruritu, ſubito univerſum corpus occupant, non ſecus ac ſi ab *Apibus*, *vel Veſpis*, *vel Culicibus* homo demorſus, aut *Urticis* percuſſus eſſet; ex bilioſis & ſalſis humoribus oriuntur. Tubercula hæc plerumque brevi temporis ſpatio, etiam nulla cura adhibita, ſponte evaneſcere ſolent; & fortaſſe morbus eſt paulo lenior & benignior, quam eruptio illa, quam nos vocamus *a Rash*, vel Eryſipelatis ſecundam ſpeciem Sydenhami (2326.). In opere practico circumſpectione & cautela opus eſt, præcipue ſi cum

eo

eo febricula conjuncta fuerit; nam in hujuſmodi eruptionum diagnoſi, prognoſi, & curatione *primæ notæ medicos* deceptos novimus.

Art. 2309. Phlyctænæ ſeu Phlyctænes ſunt veſiculæ parvæ, pruriginoſæ, & ferventes, ſero limpido repletæ, quæ intra digitos & circa carpos oriri ſolent: Interdum in ſcabiem & ſerpiginem degenerant, curantur ut aliæ eruptiones cutaneæ. *Phlyctænæ.*

Art. 2310. Sirones ſunt puſtulæ in volis manuum & plantis pedum æſtivo tempore emergentes, & cum inſigni pruritu moleſtantes, in quibus latent ſubtiliſſimi *vermes Sirones* dicti; acu effodiendi ſunt; uſurpanda ſunt *unguenta* & *lotiores mercuriales*. *Sirones.*

Art. 2311. Vari ſunt tumores parvi & duri ex rubedine in ſummitate tandem albeſcentes, ut plurimum in facie & collo oriuntur magnitudine ſeminis cannabis. Juvenes utriuſque ſexus ad venerem aptos præ cæteris moleſtant: ubi rubor intenſus conjunctus eſt, difficilis eſt ſatis curationis, & licet puſtulæ removeantur, rubedo tamen permanet, cui ſi inflammatio & raucedo conjungantur *Lepræ* imminentis ſignum eſt. *Lac virginis*, *ſacchar. ſaturn. eſſentia benzoes*, *camphorata*, &c. uſurpari poſſunt. *Vari.*

Art. 2312. Lichen, ſerpigo, & Herpes ſunt affectus ſibi ipſis cognati, gradibus vero a ſe invicem diſtantes. *Curatio.*

Art. 2313. In Lichene cutis eſt aſpera cum puſtulis hinc inde erodentibus, cruſtis furfuraceis, & cum ſummo pruritu ad partes vicinas ſerpentibus.

HERPES.

Turneri ſententia.

Herpes ſimplex. *Art.* 2314. Herpes ſimplex eſt cum puſtulæ ſingulæ (plerumque in facie) oriuntur; ſunt albidæ, aut flavæ, & acuminatæ cum baſi inflammata; a puris guttula, quam continent, exoneratæ ſponte exareſcunt.

Serpigo. *Art.* 2315. Herpetis ſpecies ſecunda eſt *Serpigo*, nos angli vocamus *a Tetter*, vel *a Ringworm.* Puſtulæ minutæ accumulatim exurgunt; quandoque figura rotunda vel annulari cum dolore & pruritu inſigni. Serpigo ad digeſtionem nunquam pervenit, tantum ex ſcalptura humore tenui defluit.

Curatio. *Art.* 2316. Difficillime curatur, poſtquam enim penitus extincta videtur, certis anni temporibus repullulare ſolet. Vulgus uti ſolet atramento; ſed in morbo pertinaci præmitti debent univerſalia; egregie faciunt *aquæ minerales cathartica* & poſtea ſequens linimentum, ℞. *Unguent. roſat.* ℥j. *mercur. præcip.* ʒj. *Arcan. corallin.* ʒß. *ol. Rhod. gr.* ij. m. efficax etiam eſt *lac ſublimat.* ut aliquoties expertus ſum, ſed uſurpandum eſt cum cautela, ne inflammationem inducat. Lotio ſequens a *Paræo* commendatur, ℞. *Sulph. calcanth. alum. ana* ʒj. macerentur in q. ſ. *aceti fortis*, & coletur liquor pro lotione.

Herpes miliaris. *Art.* 2317. Herpetis ſpecies tertia eſt *Herpes miliaris*, idiomate noſtro audit *the Shingles.* Ex innumeris parvis puſtulis conſtat variis in corporis partibus erumpentibus, viz. Cervice, pectore, lumbis, femoribus, &c. Locus affectus nonnihil inflammatur, æger leviter febricitat, aſſurgunt puſtulæ albidæ & ſuppurantur, ſucce-

dunt

dunt parvæ rotundæ cruſticulæ ſemina milii referentes, unde nomen.

Art. 2318. In hoc morbo tractando indicationes curativæ, quoad remedia interna, eædem omnino ſunt ac in *Eryſipelate*; cavendum eſt primario, ne repercutiantur puſtulæ; conveniunt ergo diſcutientia: puſtulæ eminentiores forcipe ſcindantur, & applicetur *ceratum ex oleo & cera*, ut veſtimentis minus hæreant. In declinatione adhibere licet *exſiccantia, ut unguentum diapomphol. tutiæ*, vel potius noſtrum *ceratum de lepide calaminari*. " Applicatio ſequens valde „ efficax perhibetur. ℞. *Sem. ſinap. contuſ.* ℥iſs: „ *vitriol. vitrid. in q. ſ. aq. plantag. ſolut.* ℈ij. *miſce*. *Unguentum Herpeticum Bateanum uſus eſſe poteſt.* Curatio.

Art. 2319. Herpes miliaris ad naturæ *Pſoræ* „ proxime accedit (inquit *Vviſeman*) quapro„ pter *cathartica mercurialia*, nec non *alteran*„ *tia*, ad curam rationalem expoſcit.

Schmitzii ſententia.

Art. 2320. Herpes exedens eſt puſtuloſa inflammatio cum pruritu & rubedine, partem, in quam ſerpit exulcerans; oritur a bile ardentiſſima; facile ſummum corpus ad epidermidem uſque penetrat; ubi cum retinetur, nec ultra expirat, eam partem exedit. *Herpes exedens.*

Art. 2321. Frequens *catharticorum* uſus adhibendus eſt. Proſunt *unguentum Diapomphol.* & *alb. Rhaſ.* nec non *plumbi lamina in aqua aluminoſa diu macerata*. Si tumor uſque adeo acris, ut ulcus phagedænicum excitet, quod mitioribus nequaquam cedit medicamentis, ad valentiora recurrendum; ad *Arſenic. ſublimat. optime trit.* & cum *unguento alb. mixt.* Denique ſi *Curatio.*

magis magiſque ſerpat ulcus, ad *ferrum ignitum* accedendum.

Junckeri ſententia.

Differentia herpetis ab Eryſipelate. *Art.* 2322. Herpes differt ab inflammatione eryſipelacea, quia hæc cito fit, & cito perit; ille autem multo temporis tractu oboritur, & profligatur, eryſipelas commotiones febriles, dolores, & ardores comites habet, herpes autem ab his liber, & ſolo pruritu incommodus eſt.

Herpetis ſimplicis curatio. *Art.* 2323. Herpetis ſimplicis aqua in puſtulis contenta ea encheireſi educatur, ut vicinæ partes ab illa non maculentur. Hinc cutis in peripheria, oleo roſaceo illinatur, deinde ceruſſa pulveriſata eidem regioni aſpergatur, & tunc puſtulæ aperiantur. Poſtea ad puſtulas cito exſiccandas; & horum illarum proventum avertendum applicentur exſiccantia, & moderate repellentia. Laudatur in hunc finem lapis medicamentoſus Crollii aqua ſolutus, linteis exceptus, & tepide applicatus. Pulvis ceruſſæ, minii, lithargirii. Nonnulli laudant mercurium dulcem in forma pulveris applicatum.

Curatio exedentis contumacis. *Art.* 2324. Herpes eſthiomenos ſi remediis ordinariis reluctetur, & nimis exedens ſit, atque inveteratus, decocta lignorum antivenerea cum ſufficiente, & continua diaphoreſi expoſtulat. Remedia vero interna, & externa ſimul adhibere oportet. Quare primæ viæ per blandum aliquod purgans evacuentur, poſtea ad vitium ſeri, & lymphæ corrigendum exhibeantur eſſent. alexiph. *Stahlii* cum eſſent. ſuccini remixta, ſubjuncto pulvere ex abſorbente, & antimonio fixo parato, & motus hæmorrhoidales quando conſpirant, juſta methodo tractentur. Externe

ne ad ulcuſcula abſtergenda adhibeantur olea empyreumatica benigniſſime ſeptica, ex. gr. ol. papyri, tartar. fœtid. fuligin. ceræ Philoſophorum, ovorum ſeorſim, vel remixte applicanda. Laudatur etiam ſuccus, vel decoctum tabaci. Facta abſterſione conſolidatio, vel ſponte ſuccedit, vel per emplaſtrum ſtipticum Crolii, leniter camphoratum promovetur. Peripheria defenditur: ſi oleo roſato cutis ſana inungatur, & deinde ceruſa conſpergatur.

ERYSIPELAS.

Sydenhami ſententia.

Art. 2325. Eryſipelas ſeu ignis ſacer quamcunque partem corporis occupat, at præ reliquis faciem; ex improviſo corripitur æger, dum ſub dio verſatur (ruſticis *ſyderatio* audit); pars affecta pauliſper intumeſcit cum dolore & rubore ſummis, (ac ingenti eſtu,) & denſo minimarum poſtularum ordine diſtinguitur; quæ aucta magis inflammatione in veſiculas ſubinde faceſſunt. Senſim latius ſerpit malum, & de loco in locum progreditur, & febrem habet conjunctam. *Eryſipelas.*

Art. 2326. Alia eſt etiam ſpecies, licet rarius occurrens, ex nimia ſpirituoſorum liquorum compotatione plerumque orta; febriculam, quæ agmen ducit, mox excipit puſtularum per univerſum fere corpus eruptio, quæ *urticarum punċturas* referunt, & nonnunquam in *veſiculas* attolluntur, mox recedunt cum pruritu vix tolerando, at quoties ſcalpturam ſubeunt, denuo apparent. *Alia ſpecies.*

Art. 2327. *Venæſectio* convenit & poſtero die lene *catharticum*, & *paregoricum* hora ſomni. *Curatio.*

Pro

Pro uſu externo *fotus diſcutiens*, & miſtura ſequens, ℞. *Spirit. vin.* ℔ß. *theriac. androm.* ℥ij. *pulv. piper. long. garyoph.* ana ℥ij. miſce, charta emporetica hac mixtura madefacta parti circumvolvatur. Sanguis in hoc affectu eſt pleuriticorum ſimilis, & quandoque ſecunda, vel tertia *Venæſectio* poſtulatur.

Art. 2328. Altera ſpecies pari fere modo amollienda eſt, niſi quod remediis externis minus egeat.

Ettmulleri ſententia.

Differentia ab inflammatione. *Art.* 2329. Eryſipelas digito leviter preſſum maculam albam oſtendit & ſubito rurſus rubeſcit, quod non fit in inflammatione, niſi fortius prematur. *Scorbutici* huic morbo ſunt obnoxii.

Curatio. *Art.* 2330. *Purgatio* eſt ſumme vitanda; *venæſectio* eſt periculoſiſſima: Eſt enim morbus *cutaneus*; ideoque interne *diaphoreticis* cura eſt inchoanda & abſolvenda, inter quæ *Roob Sambuci* eminet, eſt potens *ſudoriferum*. Externe omnia unctuoſa, aſtringentia, & actu frigida ſunt fugienda. *Spiritus Theriacalis camphoratus* eſt remedium laudabile. Eryſipelata per unguenta oleoſa aut mucilaginoſa inepte tractata ſubito ſerpentem inducunt *gangrænam*.

Freindii ſententia.

Catharſis in Eryſipelate capitis. *Art.* 2331. De *purgatione* in Eryſipelate haud convenit inter authores, ſed omnia dubitanter proponunt, & in ultimo morbi diſcrimine, vel nulla dant conſilia, vel timiditatis atque hæſitationis plena; mihi vero ſatis experimentis eſſe edoctus videor, ut pronuntiem in *capitis Eryſipe-*

ſipelate, ſi quando cerebro tentato oboriatur Coma, delirium, nervorum diſtentio, aut nullam ſubeſſe ſalutis ſpem, aut *purgantia* maxime profectura. Neque in his rerum anguſtiis expectandum eſſe, quod & in variolis experimur, dum vel febris lenita ſit, vel tumor plane ſubſederit. Nam cardiacis refrigerantibuſve remediis contra febrem pugnare, topica admovere, quid demum aliud eſt, quam nugas agere, donec in medio curationis curſu æger intercidat: Exemplum ſingulare hujus praxeos in medium profert doctiſſimus author. *De Feb. comment.* vij. p. 117. quod vide.

Meadii ſententia.

Art. 2332. Non levem attentionem requirit illa febris, quæ ſecum eryſipelas conjunctum habet. In hac enim non tantum dolor, ſitis, & inquietudo vexant, ſed & puſtulæ in variis corporis partibus in gangrænam interdum abeunt. *Eryſipelatis curatio.*

Sanguis igitur copia ſatis larga quam primum mittendus eſt, deinde potionibus catharticis alvus iterum, atque iterum movenda. Hæ autem, quales febribus conveniunt lenes eſſe debent; infuſiones nimirum ſenæ, adjuncta manna. Neque ſane alius quivis morbus acutus facilius iteratam purgationem fert, præſertim ubi cum tumore inflammatio caput obſidet; ſerpit enim in horas humor, & partes vicinas trahit.

Art. 2333. Attamen periculoſum eſt fomentis calidis ad materiam peccantem diſcutiendam uti; multoque magis, unguentis, vel linimentis frigidis eam reprimere. Sin autem quacumque in parte cutis gangræna vitiata ſit, decocto herbarum amararum, adjecto ſpiritu vini *Ad arcendam gangrænam.*

cam-

camphorato, pars fovenda erit; deinde cataplaſma ex farina avenacea, in cereviſia, quæ fortis dicitur, cocta, dum calet, imponi, &, quoties opus ſit, renovari debet.

Nota bene. *Art.* 2334. Et ut id quidem ſemel admoneam; non in morbis tantum acutis, ſed chronicis etiam multis, in quibus puſtulæ cum ſuppuratione oriuntur, tutius, & ſalubrius eſt, niſi malum in cute tantummodo hæreat, leniter perpellere, aut ſaltem aliquandiu ſinere ut erumpat (quantum ſcilicet moleſtiam hanc ferre poteſt æger) quam repellere, aut per alias vias foras expurgare. Habent enim humores vitioſi ſuam quique indolem, cumque per modum criſis plerumque prorumpant, quantumvis minui poſſint; vix tamen cum bonis ægri rebus, per alios meatus, quam quos natura monſtrat, e corpore prorſus exeunt.

Interna remedia non alia, quam quæ in exanthematibus propoſita fuere uſui erunt.

Farrago ſententiarum.

Art. 2335. Eryſipelas foris intro verti non bonum: intus vero foras bonum (inquit *Hippocr.*)

Art. 2336. Epithema ſequens *a Barbette* commendatur, ♃. *Trochiſc. alb. rhaſ.* ʒj. *camphor.* ℈j. *ſp. vin.* ℥j. *aq. ſambuc.* ℥vj. f. mixtura, cum hac madefiant lintea, & calide applicentur, & ſæpius renoventur, quoties ſicceſcunt. *Epithema.*

Vindicatio mixturæ Sydenhami. *Art.* 2337. D. *Turner* valde commendat miſturam ex *ol. ſambuc.* & *aq. calcis* cum pauco *ſpiritu vini camphorat*. Exiſtimat miſturam *Sydenhami* eſſe nimis calidam, ſed (credo) inexpertus loquitur; eſt enim profecto medicamentum in hoc affectu omnem laudem exuperans,

ut

ut per vicennium multiplici experientia comprobavi. *Cataplaſma ſimi vaccini* eſt valde proficuum ad dolorem leniendum.

Art. 2338. In Eryſipelate *ſymptomatico* convenit linimentum ſeq. ℞. *ol. ſambucin. lixiv. ten.* ana p. æ. agitentur invicem diutiſſime in phiala, donec in unguentum coaleſcant: valet etiam *lotio ad Eryſipelas Fulleri*, quam ex experientia ſua author laudat. (Vid. *Eſſere* 2308.) *Eryſipela ſymptomaticum.*

P S O R A.

Æginetæ ſententia.

Art. 2339. Pſora ſeu ſcabies ſummam corporis cutem varia eroſione figurat, & furfuracea ex ſe corpuſcula edit. In quibus ſane ſanguis detrahendus eſt, ſi humoribus redundare corpus appareat: ſin minus, idem omnino purgante pharmaco atra bile exonerandum eſt. Extrinſecus vero utroque veratro communiter utendum. Calcemque ablutam ſervato aridam, cumque uſus poſcet, aqua diluens ad ſtrigmentitiam craſſitudinem illito. *Ad Scabiem curatio.*

Art. 2340. Aliud: Salviæ, olivæ, Æthiopicæ lachrymæ ana ℥viij. Rad. cortic. capparis gummi ana ℥xiij. illinito ex aceto in ſole. Aliud. Radic. haſtulæ regiæ ſucci unc. vj. Sulphur. ignem non experti, mannæ ana ℥x. nitri ʒviij. aceto ſubacta inungito. *Remedia.*

Ettmulleri ſententia.

Art. 2341. Scabies eſt vel *humida*, quæ apparet ſub forma ulcuſculorum cutaneorum; vel *ſicca*, quæ ſaniem exſiccatam & incruſtatam repræſentat. *Scabies humida & ſicca.*

Art.

Curatio. *Art.* 2342. Humida facilius curatur quam ſicca; purgandum eſt cum *helleboro* & *mercurialibus*; conducunt *abſorbentia & ſudorifera ex antimonio* præparata, decoct. *e lignis*, *viperina*, *rob ſambuc.* &c. externe conveniunt remedia ex *ſaturno*, *mercurio*, *ſulphure*, *calce viv. camphora*, *nicotiana*, *litharg.* &c. ℞. *Ungt. nicotian.* ℥ß. *flor. ſulph.* ʒij. *mercur. dulc.* ℥j. *ol. hyperic.* q. ſ. m. conveniunt etiam balnea ex *herbis & radicibus appropriatis*, (in lixivio tenui coctis) Vid. plura in cap. de morbis infantum. (3057.)

Celſi ſententia.

Pſora quid. *Art.* 2343. Scabies (ſive Pſora) eſt durities cutis rubicundior, ex qua puſtulæ oriuntur, quædam humidiores, quædam ſicciores. Exit ex quibuſdam ſanies; fitque ex his continuata exulceratio pruriens; ſerpitque in quibuſdam cito, Atque in aliis quidem ex toto deſinit, in aliis vero certo tempore anni revertitur. Quo aſperior eſt, quoque prurit magis, eo difficilius tollitur; itaque eam, quæ talis eſt; *ἀγρίαν* *Græci* appellant, id eſt *feram*. *Prognoſis.* „ In juvenili ætate ſæpe „ ab aliis morbis præſervat, vel eos ſanat; diu- „ turnior in lepram migrare poteſt, in ſenibus „ contumax & curatu difficilis; *ſicca* difficilior „ curatu, quam *humida*; quæ ex interno humo- „ rum vel viſcerum vitio oritur; & plerumque „ critice erumpit, minime impedienda, nec in- „ tus repellenda.

Vvilliſii ſententia.

Quas partes obſidet. *Art.* 2344. Pſora ſive Scabies eſt puſtularum in corpore ſparſim eruptio, præcipue circa juncturas artuum, & inter digitos, ab humore acri &

ſalſo procedens, ob pruritum inſignem ſcalpendi neceſſitatem inducens. Nullius certe morbi labes (*peſte* tantum excepta) facilius aut certius quam *Pſoræ* propagatur. *Contagioſa.*

Art. 2345. Præmiſſa *venæſectione* utiliſſime propinatur cerevisia mediata ſequens, ℞. *Rad. polypod. querc. lapath. acut.* ana ℥iij. *ſen. opt.* ℥iv. *epithym. turbith. mechoacan.* ana ℥ij. *ſantal. citr.* ℥j. *ſem. coriandr.* ʒvj. præpara ſ. a. & ſ. faccul. pro cereviſ. cong. iv. poſt dies v. vel vj. hauriatur & ſumatur ℥xij. plus minus omni mane per viij. vel x. dies. Pro uſu externo *ſulphur* in hoc morbo virtutem quandam ſpecificam habere videtur, & linimentorum fere omnium eſt baſis. ℞. *Axung. porcin.* ℥iv. *flor. ſulph.* ℥ß. *pulv. zinzib.* ʒß. *ol. tart. per deliq.* q. ſ. m. f. unguentum, cui odoris gratia addi poſſunt guttæ aliquot *ol. rhod.* Unguenta ex *hydrargyro* ſunt periculoſa. Reſtat adhuc alius facilior & multo elegantior pruritus ſanandi modus; nempe, ut induſium *aqua font. cum ſulphure pulveriſat. incoctum & exſiccatum ſuper nudum corpus per 4. vel 5. dies geſtetur*; ita namque morbus iſte ſine balneatione, aut litus ſqualore, aut malo odore curari ſolet. Pauperes *flores ſulphuris* cum lacte intus ſumant. *Curatio.* *Alia methodus curationis.*

Farrago ſententiarum .

Art. 2346. Pſora ſive ſcabies vulgo deſcribitur eſſe puſtularum in toto corpore ſpaſim eruptio, ab humore acri & ſalſo, intra poros cutis aggeſto procedens, & exinde ut diſcutiatur, ob pruritum inſignem, ſcalpendi neceſſitatem inducens. Ex ſcabie retropulſa, vel male curata quamplurimi infauſti morbi ſupervenerunt, utpote: ſputum ſanguinis, Apoplexia, Hydrops, Febres longæ, &c. *Scabiei deſcriptio altera.*

Art.

Caſus. *Art.* 2347. Proficuam Hydropis hiſtoriam a retropulſa Scabie productæ narrat Hippocrates in Epidemiis: Erat homo quidam *Athenis* fœdiſſima ſcabie laborans, atque ut ſanaretur acceſſit *Milos* ubi calidæ ſunt Thermæ, quarum uſu convaluit a ſcabie, ſed paulo poſt incidit in Hydropem, & exinde mortuus eſt.

Caſus alter. *Art.* 2348. Sæpiſſime ex retropulſa ſcabie febris, & cœcitas ſequuntur, ut expertus eſt Sennertus; Puer (inquit) ſcabie linimentis retropulſa in cœcitatem, & febrem incidit, & accedente Epilepſia ſupremum diem obiit.

Quando bona. *Art.* 2349. Scabies quartanario ſuperveniens bonum: morbus enim quartanarius brevi ſolvitur, & ipſa ſcabies nullis adhibitis remediis paulo poſt ſponte ſua recedit, ut repetita teſtatur experientia.

Curandi methodus. *Art.* 2350. In Scabie aliiſque excretionibus cutaneis non facile topicis, cumprimis linimentis externis utere, niſi laxantia, aliaque ſanguinem depurantia præmiſeris.

Sapo niger. *Art.* 2351. *Borellus* pro pauperibus & militibus commendat ſolam *ſaponis nigri* lotionem, ſed cito abluenda eſt, ne cutem excoriet.

Radix hellebori albi. *Art.* 2352. ♃. *Pulp. ſubtiliſſim. rad. hellebori albi* q. v. *flor. lact.* q. ſ. m. f. *Unguentum*. Acrem dolorem excitat, & interdum inflammationem; ideoque omnibus minus convenit: morbum vero, ubi uſurpari liceat, fere ſemper certo ſanat. *Decoctum ejuſdem radicis* eſt forſan medicamentum tutius & elegantius.

Animalcula. *Art.* 2353. Ex pruritu intolerabili hunc affectum jugiter comitante *animacula* in cauſa eſſe, & morbi eſſentiam conſtituere quidam ſuſpicati fuerunt; unde etiam ejuſdem *contagium* adeo prompte communicari crediderunt: ſed nondum aliquid de hac re compertum habemus, niſi quod a

D.re

D.r *Bononio* traditum invenimus *Philoſ. Tranſact.* N. 283. qui (ſi ei fides adhibenda ſit) rem extra dubium poſuit: ille enim loco citato animalculum deſcripſit figura externa inſtar teſtudinis, ejuſdemque iconem exhibuit; ova quoque facto ſcrutinio reperit, unde generatio citiſſima quemadmodum pediculi producuntur. Curioſus videat locum.

Art. 2354. In morbo inveterato & remediis aliis haud cedenti excitare licet *Ptyaliſmum.* *Salivatio.*

Art. 2355. In officinis optimum remedium eſt *unguentum ex oxylapatho*. Potentiſſima ſunt balneum & linimentum ex *Barbette*. Interne *æthiop. mineral. bezoar. mineral. carn. viperin. antimon. diaphor. tinct. antimon. decoct. e lignis gum. guajac.* &c. Externe *unguentum herpeticum*, *unguentum pſoricum mercuriale*, *lotio mercurialis*; hæc poſtrema cum cautione ſunt uſurpanda. *Remedia potentiora.*

I M P E T I G O:

Æginetæ ſententia.

Art. 2356. Mixtis ſaniebus ſeroſis, tenuibus, acribus cum aliis humoribus craſſis impetigines oriuntur; quæ procliviter in pſoram, & lepram cutis aſpredines tranſeunt. Proinde vehementer arefacientibus egent pharmacis. Hinc poſt univerſi corporis, ſi opus ſit, evacuationem, ſimplicia quidem ipſis conveniunt: cicer, veratrum, echinus ſaxatilis, pix cerato, & reſinæ mixta, crocodili terreſtris ſtercus, & ſturnorum, cum oryzam ſolum epulati ſint. Non pauci unico hoc impetigines, quæ in mento, aut alias proveniunt, medicati ſunt. *Impetigo ſeu ſeroſa cutis aſpredo.*

Plurimum tritici ſumens, incudi cuipiam ignitæ imponito, humidumque ex eo defluens etiam- *Remedium.*

dum calidum impetiginibus inungito. Puerorum vero lichenas ſaliva humana continenter perfricato. Hos etiam gummi pruni illinitum adjuvat.

Remedia alia. Quibus vitium inveteravit, viticis folia aceto trita, cataplaſmati modo adglutinantur, aut pari modo folia capparis. Compoſita vero hæc: Sulphur cum thure, vel cum gutta ammoniaca, eliquatum aceto illinitur. Sed *Hippocrates* monuerat Impetigines omnes tollere: Acetum, manna thuris, pumex, ſulphur cum aceto, naſtrutium ſylveſtre uſtum, & in cinere redactum, viperæ exuvium, rumicis ſylveſtris radix cum aceto vinoſo contrita. Si vero puſtulæ emergant, etiam ſpumam argenti conferre.

Vvilliſii ſententia.

Impetigo quid. *Art.* 2357. Impetigo varia ſortitur nomina; appellatur *Lichen*, *vitiligo*, *lepra græcorum*, &c. *Ejuſdem graphica deſcriptio.* Imprimis papillæ ſive puſtulæ rubræ, modo ſingulares, modo plures ſimul congeſtæ in variis corporis partibus præſertim vero in brachiis aut cruribus exoritur; quibus ſingulis novæ adjunguntur, & latius ſerpentes ſeſe in orbem diffundunt, cujuſque harum ſuperficies & nonnihil abida & ſquamoſa apparet, unde, ſi ſcalpatur, ſquamæ decidunt, & ichor ſæpe tenuis exſudat, qui tamen mox exſiccatus, in ſquamam rurſus cruſtaceam indureſcit. Hic affectus quandoque membra ſingularia infeſtat, reliquis partibus intactis; & eſt naturæ mediæ inter *ſcabiem* & *lepram*; *Differentia hujus morbi a Pſora & Lepra.* differt a *priori*, quoad puſtularum formulas; namque in *Pſora* ubique fere ſingulares, & ſpatiis licet exiguis, ab invicem remotæ exiſtunt, *hic* plures conglobatim, & quaſi per racemos magnis intervallis ſejunctæ erumpunt. *Lepra* multo immanior eſt & horrenda, viz. cruſtacea & ſquamoſa,

moſa, ubique continua, & per totum corpus diffuſa.

Art. 2358. Impetigo difficulter admodum curatur, &, ſi in affectionem quaſi leproſam tranſeat, incurabilis ut plurimum evadit. Remedia fere tantum *magna* in curando hoc affectu valent, cujuſmodi ſunt *venæſectio*, *cathartica*, *mercurialia*, *ſerum lactis* (medicatum) *acidulæ chalybeatæ*, *herbarum expreſſiones ſucculent. Decoct. e lignis*, *medicamenta chalybeata*, *ſalivatio*, &c. Sæpius lui venereæ aut ſcorbuto ſupervenit. Balneatio interdum nocet; novi plures haud graviter impetiginoſos *Bathoniam* profectos, inde prorſus leproſos rediiſſe. *Acidulas purgantes* contra impetiginem leviorem juvare aliquoties comprobavi, ſed plus valent *aquæ Tunbrigenſes*, &c. ſed præ reliquis remedia *viperina* in hoc affectu, ut & in *elephantiaſi* & ipſa *lepra* iſignem habent virtutem. Inter topica: balnea, aut linimenta e *pice liquida* confecta, cæteris quibuſque longe præſtant; formulæ utriuſque apud authorem ſubduntur. Fortiſſima ſunt *unguenta mercurialia*. *Curatio. Per remedia magna.*

Art. 2359. „ Quantum confert ad hunc morbum curandum *corpus in ipſo mari frequenter* „ *abluere & aquas marinas ſæpiſſime ac diutiſſime* „ *innatare*, eſt experimentum ſatis notum & peritiſſimis medicis comprobatum.

L E P R A.

Æginetæ ſententia.

Art. 2360. Lepra pariter ac pſora ſummæ cutis Scabredo eſt cum pruritu, & corporis colliquatione, ex atrabilario humore originem trahens. Sed lepra profundis, circularibuſque eroſionibus corporis cutem depaſcit, & piſcium inſtar *Lepra diagnoſis.*

ſiat ſquamulas ex ſe remittit. Pſoram vero ſummam corporis cutem varia eroſione figurat, furfureaque ex ſe corpuſcula edit. In quibus ſane ſanguis detrahendus eſt, ſi humoribus redundare corpus appareat: ſin minus idem omnino purgare pharmaco atra bile exonerandum eſt.

Ejusdem curatio per remedia externa. *Art.* 2361. Extrinſecus vero utroque veratro communiter utendum. Calcemque ablutam ſervato aridam, cumque uſus poſcet &c. ut in Pſora (2339.) Sed lepras peculiariter exerunt, ac dimovent anemonæ appoſitæ, vitiſque candidæ radix. ex compoſitis vero: lolleaceæ farinæ chœnicen, cardamomi albi ℥iv. ſpumæ nitri ʒj. atramenti ſutorii ℥viij. Aſphodeli radicis mediæ ℥iv. tritas in aceto, & in cerati ſpiſſitudinem ſubactas circumlinito, nitro prius loco deterſo. Ubi ſolveris, ſolves autem die tertio, & ablueris aqua gelida, denuo illinito.

Ettmulleri ſententia.

Lepra. *Art.* 2362. Lepra convenit cum ſcorbuto confirmato; eſt etenim ſummus & contumaciſſimus *ſcabiei ſcorbuticæ* gradus; in lepra vero longe major eſt ſucci nutritii corruptio, quam in ſcabie, quatenus non tantum cutis, ſed etiam ſubjacentes partes carnoſæ exulcerantur; ſcabies ferina & inveterata in lepram degenerare ſolet. Contagium ad tertiam vel quartam generationem interdum propagari ſolet. *Signa diagnoſtica.* Inter ſigna externa apparet cutis nunc ad colorem lividum, & nigrum vergens, nunc flaveſcens & ex rubro nigricans. Aeri expoſita mox corrugatur, exaſperatur & infrigeſcit, tota apparet unctuoſa, ut aqua ipſi inſperſa vix hæreat, ſenſim craſſeſcit, rugoſa & aſperior redditur; furfure nunc purpureo nunc albicante, ac ſi calce incruſtata eſſet, imprimis in

facie

facie adſperſa videtur, multiſque nodoſitatibus, turberculis mobilibus & indolentibus, potiſſimum pone aures, circa frontem, mentum, & artus defœdatus, & morphæa, impetigine, & ſcabie ſicca pertinaci, aliiſque puſtulis afficitur (de reliquis ſigni diagnoſticis conſulatur auctor. p. 578.)

Art. 2363. Lepra inveterata incurabilis eſt; ſanguis in lepra fœtidus eſt & nigreſcens; ſerpigo, & impetigo in manuum ac pedum digitis, cum pilis parvis aſcendentibus eſt malum ſignum. *Prognoſis.*

Art. 2364. Tanquam *Lues Venerea* curanda eſt. *Viperina* maxima conducunt. *Balnea*, *Thermæ*, &c. in uſu ſunt. *Curatio.*

Turneri ſententia.

Art. 2365. Lepra Græcorum apud nos ſaltem non eſt adeo frequens, aut maligna, ac apud exteros, ubi comparata ſunt *Noſocomia* Sti. *Lazari*, ut ob funeſtam morbi contagionem infecti ab humano genere prorſus diſſocientur. *Ambroſius Paræus* animadvertit in nonnullis *Germaniæ* regionibus eam inveniri, ſed frequentius in *Hiſpania*, & per totam *Africam*, & quibuſdam locis in *Gallia*. *Quibus regionibus frequentior eſt.*

Art. 2366. Lepra ut plurimum circa cubitos & genua primo erumpit, mox latius ſerpit, & per univerſum fere corpus ſenſim caput attollit.

Art. 2367. Lepra hæreditaria & inveterata eſt prorſus incurabilis. Ad hunc affectum curandum veteres & recentiores quoque commendant remedia *viperina*, item *ex antimonio*, *mercurio*, & *ſulphure* præparata, *guajacum*, *radices oxylapath. polypod. epithem.* &c. *Jacobus Dovynetus* virtutes decocti *corticis ulmi* magnopere extollit cum vino albo diutius propinati, aſſeritque remedium eſſe certum; extat in *Pharm. Bat.* Etiamſi omnes fere *Curatio.*

ſcriptores in viperarum laudibus tanti ſunt; *Fernelius* tamen & *Palmarius* eas eſſe omnino inutiles affirmant, præcipue in corporibus calidioribus. Ipſe *ptyaliſmus* ad hunc morbum contumaciſſimum penitus eradicandum impar frequentiſſime invenitur. Inter cætera linimentum ſequens in uſum adhibere ſoleo; ♃. *Unguent. e flor. aurant.* ℥j. *mercur. præcip. alb.* ʒiß. *camphor.* ʒß. *vitriol. alb. uſt.* ℈j. miſce „ Author noſter copioſa „ formularum ſegete ex optimis ſcriptoribus col„ lectarum abundat; & revera de *morbis cutaneis* „ erudite ac pulchre ſcripſit.

Salivatio.

Ballonii ſententia.

Tempus quo lepra prorumpit.

Art. 2368. Vere appetente repurgato corpore interno expullulant lepræ, vitiligines, arthritides. An id a capite? Corpus & foris & intus plenum eſt, & turget; & ut humores habent ſuos motus ita varios dolores emovent.

Ejus & ſimilium morborũ utilis diſtinctio.

Art. 2369. Lepra, vitiligo, impetigo, tribus modis in corpore apparent. Vel enim tanquam morbi ſunt, vel tanquam abſceſſus, vel ut tertium quid apparent; ideſt quod ambigat inter morbum, & apoſtaſian ut poſtea dicemus. Ex. gr. Socrates quam olim cutim nitidam, puramque habuiſſet, ſenſim illa mutari cœpit, deflo reſcere, conſpurcari, aut exalbeſcere, aut ſcabritie exarari, ſic ut contra vim remediorum ſerpat, vireſque aquirat malum ipſum: tunc non dicetur abſceſſus, ac ſi morbi cujuſdam conſequens exiſtat, ſed vere morbi nomen mœrebitur utpote contractum malum ex prava alteratione alimenti in ſuperficie, & totius ſubſtantiæ vitio. Ac tunc in externum illud vitium incumbere oportet non laceſſitis per medicamenta purgantia partibus inteſtinis; nam anima ipſius morbi in cor-

corpore externo conſiſtit. Sed ſi iſta efflorescentia, eruptioque derepente contingat tunc non morbi ſed apoſtaſiæ appellatione donabitur. Ut quum vel die critico, vel non critico præeunte febre, auriginoſo colore cutis maculatur, abſceſſus eſſe dicitur, non morbus: Hoc modo videmus multa in cutim efferri, quæ dubitamus an ſint ut morbi æſtimanda, an ut ſymptomata, an ut abſceſſus, ut tempore auſtrino, aut peſtilenti quum morbilli erumpunt, vaganturque & variolæ, & id genus reliqua, alias ut morbi, alias ut abſceſſus ſunt. Sed in funeſtis morbis, ut in phthoe, & cachexia conſummata ſi forte aut vitiligo, aut aliquid vitiligini, impetiginique ſimile apparuerit, (ut nos in phthiſicis, modo pedes, & faciem valde intumuiſſe vidimus, modo totum corpus ac ſi hypoſarcicum fuiſſet) illud tanquam promiſcuum erit, utpote & ad abſceſſus, & ad morbi naturam ſimul accedens: ſed proprie ſymptoma vocatur.

Cardani ſententia.

Art. 2370. Cum Mediolanum ſub finem anni 1534. rediiſſem, inops & omnium egens, quo me fortuna compulerat; neque enim ſolum in collegium receptus non eram, ſed etiam ab illis oppugnabar, gravique omnium (fato quodam) invidia laborabam, Non amici, non res, non affines: ſed ab omnibus deſertus illum Sinopenſem Diogenem imitari, imo potius referre, videbar; forte fortuna obtigit, quod Cavenagus ad curam Principis accerſibus, dimiſiſſet eos fratrios, qui Canonici vocantur (ſunt autem in eo genere Monachorum, nam & Monachi a quibuſdam appellantur nobiliſſimi) atque illi medicum quærerent: Franciſcuſque Gudius tum tem- *Caſus inſignis.*

pli collegio præpoſitus, quadam antiqua familiaritate mihi notus eſſet, ſuadente etiam Cavenago ipſo, me pro collegii illius Medico eligeret. Ipſe autem loci antiſtes Gadius, tum jam biennio toto, & atra bile, & Græcorum lepra detinebatur: nec ullis auxiliis quamquam a clariſſimis viris curatus, levari, nedum ſanari potuerat, adeoque eum morbum moleſte ferebat; ut dicere ſoleret, malle ſe mori, quam tam graviter affligi, hortabaturque me, ut etiam periculoſa tentarem remedia, quandoquidem ſecura nihil profeciſſent.

Verum felicior fui ego, quam illi expediret, namque ptiſanæ aſſiduo uſu, & carnium teſtudinum, leviſſimis alioqui medicamentis ſatis interdicta conſuetudine, eum ſex menſium ſpatio ita ab utraque affectione curavi, ut numquam poſtea nec atra bilis ex mœrore animi, nec ſcabies ex mora ſex annorum, quibus in Diomedea inſula captivus ſupervixit, redierint.

ELEPHANTIASIS.

Aretæi ſententia.

Elephantiaſis primus gradus. *Art.* 2371. Plerumque a facie Elephantiaſis tanquam ignis de ſpecula procul conſpicuus effulget, in nonnulli vero ab extrema cubiti curvatura a genu, vel manuum pedumque articulis incipit. Tardi ſunt ægri, & a levi & vulgari cauſa ſomniculoſi, & alvum adſtrictam habent. Hæc enim ſanis haud valde inuſitata ſunt. In morbi autem incrementis reſpiratio grave olet ob interni ſpiritus exhalationem. Lotium craſſum eſt, album, turbidum, quale jumentum reddit, venerem appetunt, aliter ſeminis crudi, & inconcocti emiſſio fit. Digeſtio vero ciborum facile

eile fit quaſi raptim morbo attrahente cibos in ſuum alimentum, quare valde exſiccatum inferiorem ventrem habent ægri, dum per externum corporis habitum tumores alii juxta alios exſurgunt, nondum quidem continui, ſed craſſi & aſperi, & interſtitium tumorum diſciſſum eſt, ut Elephantis corium. Venæ latæ ſunt, non ſanguinis redundantia, ſed cutis craſſitudine. Non multo poſt univerſum corpus in æqualem tumorem diſtenditur, pili ubique præmoriuntur in manibus, femoribus, & tibiis. Item in pube, in mento rari ſunt: rara quoque in capite cæſaries; quod vero majus eſt intempeſtive cani, & calvitium affatim ſubitoque ingruit. Quod ſi qui pauci pili remaneant, ii omnes dedecent, quam qui defluxerunt. Capitis cutis altius reſciſſa eſt: rimæ autem frequentes, profundæ & aſperæ ſunt. Tumores in facie duri, acuti, nonnumquam faſtigio albido, baſi viridiore. Pulſus puſilli, graves, tardi, tanquam per cœnum vix ſe moventes. Venæ temporum diſtentæ ſunt, & ſub lingua ventres bilioſi.

Art. 2372. Sin autem ab intimis partibus erumpet morbus, & in extremitatibus apparebit, impetigines ſummos digitos infeſtabunt, genua prurient, prurituſque cum voluptate ſcalpetur. Ambit vero impetigo, & mentum nonnumquam in orbem, rubent malæ cum tumore haud ita magno, oculi caliginoſi aenei coloris ſunt, ſupercilia prominentia, craſſa, glabra, deorſum verſus pondere vergentia, & contractis glabellis eminens tumor ſurgit, cujus color lividus aut ater eſt. Frontis rugæ, quas Græci Epiſcenium nominant, vehementer contrahuntur, ut oculos contegant, quemadmodum iraſcentibus, aut leonibus accidit; unde & *Leotrina* hæc ægritudo vocatur. Sub oculis oſſa inſurgunt, & nares cum auris tumori-

Alter ejuſdem morbi gradus.

moribus ſalebroſæ extanteſque ſunt, labiorum prominentia craſſa eſt, pars autem inferior liveſcit, naſus tumet, dentes non albi ſunt, ſed nigricare videntur. Aures rubent admixta nigredine, obſtructæ elephanticæ, ut grandiores conſueto eſſe videantur, ulcera in earum baſi inſunt, a quibus ſanies depluit & pruriunt. Totum corpus rugis aſperis exaratur, nec non & alte deſcendunt ſciſſuræ veluti nigri in corio ſulci, propterea & elephas huic morbo nomen eſt. Plantarum & calcaneorum uſque ad medios digitos fiſſuræ fiunt.

Tertius morbi gradus. *Art.* 2373. Quodſi plus augeſcat malum, tumores malarum, menti, digitorum genuumque ulceroſi fiunt, ulcera fœtida, & inſanabilia ſunt: alia enim ſuper alia exſurgunt, ſuper alia alia niteſcunt, ſiquidem membra diu hominem morte præveniunt, quod de corpore excidunt naſus, digiti, pedes, genitalia, atque totæ manus. Neque enim hæc labes prius perimit, a turpi vita, ſæviſque cruciatibus liberans, quam membratim dilaceratus homo ſit; aſt longæva eſt, quemadmodum eſt Elephas animal. Sin autem membrorum recens dolor ſit, longe acerbius affligit, Aliter atque aliter paratorum ciborum appetentia eſt, non obtuſa, ſed guſtatus qualitatis expers eſt, nullaque edendi ac potandi delectatio: omnia vero ob doloris crutiatum oderunt: alimento privatur corpus: rabioſa ineſt cupiditas: ſpontaneæ ſunt laſſitudines; ſingulorum membrorum ſpecies hominem gravitate inuſitata premit, quantumlibet exigua membra ſint; quin etiam corpus omnia gravatim fert, non balneis delectatur, non illuvie, non cibo, non jejuno, non motu, non quiete; ab omnibus enim morbus alienus eſt, ſomnus tenuis; vigilia pejor mala ſua cogitans, ſpirandi vehemens difficultas: ſuf-

ſuffocationes fiunt ac ſi laqueo ſtrangulentur. Hoc igitur pacto nonnulli vitam perdiderunt, inexcitabili enim ſomno in mortem dormientes.

Art. 2374. Quid unquam quiſpiam in arte medica inveniet, quod hujuſce mali dignum remedium contineat? Verum enim vero omnia conferre ſimul oportet medicamenta, & victus rationem, & ferramenta, & ignem. Hæc ſi novo, & orienti morbo adhibueris, ſanationis ſpes effulget. Sin ad ſummum ſuæ generationis aſcendit, & in viſceribus ſtabilis ſedeat, quando & in faciem invadit, tunc de ægri ſalute ſpes omnino abjicienda eſt. Itaque venas in cubito ambas incidito, & venas in malleolis eodem die, nam ſanguinem ſæpe, & multum mittere opere prætium eſt. Poſtea medicinam ſacram non ſemel propinato. Quin omnia ſæpius iteranda ſunt; Eſto & alia medicamentoſa in cibis purgatio. Lac etiam promiſcuum, atque indiſcretum, ſed largius ad alvum molliendam potui detur, verum quintam aquæ partem, quo lac totum dilabatur, ac deſcendat adjicito. *Methodus medendi & prognoſis.*

Art. 2375. At jejunos primo ad vomitum celerius ducito, deinde ad cibos iterum; & aſſumptis raphanis frequenter atque aſſidue omnia fiant. Veratrum quolibet tempore, ſed potius vere, atque autumno diebus alternis exhibeto: atque idem in proximum annum repetatur. *Vomitus juvat.*

Art. 2376. Cæterum ſi morbus invaluerit, potabilia medicamenta quotquot quis cognoverit potanda præcipiat, multa enim & varia adhibere præſtat. Quare & ego, quotquot mihi cognita ſunt, literis mandabo. Syderitis ſucci cyathus unus, trifolii cyathus unus, vini & mellis cyathi duo. Aliud: dentis elephantis ramentorum ℥j. cum vini Cretici cyathis duobus. *Morbo invaleſcente multa & varia peragenda.*

Quin

Quinetiam viperarum reptilium carnes, & ipſæ in paſtillos conformatæ ingeruntur, & quemadmodum ſcylla potantur. Ipſæ quoque viperæ in cœna obſonio dentur: quas coquere, & condire, perinde ac piſus, opus eſt.

Externa. *Art.* 2377. Præterea corpus detergendum eſt, tumoreſque calefaciendi. Sapone detergendum in balneo vel decocto radicum Rumicis cum ſulphure ignem non experto, cui adjiciatur coſtum, iris, piper, alumen fiſſum, aceti fex combuſta, nitrum & aliconium tritum. Faciei tumoribus ſarmentorum cinerem alicui ferarum adipi admiſcens illinito. Ammoniaca gutta cum aceto, & plantaginis, aut ſanguinalis herbæ ſuccus, & hypociſtis & lycium faciunt. Si carnes liveant prius quam locus ſitulentus reddatur, ſcarificandus eſt. At ſi ab acribus fluxionibus exulceratas partes lenire volueris fœnigræci aut hordei cremore abſterges, item oleo roſaceo & lentiſcino inunges; aſſiduæ vero lotiones & ad corporis madefactionem, & ad noxiarum humiditatum difflationem mire proficiunt.

Victus regimen. Jejuni abſynthite vinum potent. Oppido quam utilis eſt, & panis ex hordeo, & ſalſamentum tempeſtivum, & exiguum quid malvarum aut braſſicæ ſemicoctum cum cumini liquamine. In cœna ſtaphylini radix apponatur, & alica cum vino, & melle antiquo mixtis, & marina quotquot ventrem ſubducunt ut tellinorum juſcula, oſtrea, erinacei, & ex piſcibus ſaxatiles, ex terreſtribus feræ, lepus, aut ſus: inter aves perdices omnes, palumbæ, columbi &c. Vina dulcia vinoſis meliora. Balnea ſponte calida & ſulphurea juvant. Vita in aquis diu ducenda eſt, & mare & navigatio conveniunt. Præterea per veratrum purgationes fiant. *Reliqua deſiderantur.*

Ex

Ex Cl. Deodato apud Fabricium Hildanum.

Art. 2378. Elephantiaſis *Græcorum*, ſeu *Lepra Arabum*, eſt affectus contagioſus plurium vitiorum congerie corpus defœdans. In cute vel faciei, vel frontis, vel genarum, cubiti, femorum, manuum, pedumve tubercula facile mobilia, indolentia, & ex livore ad rubedinem tendentia, horridumque aſpectum præbentia epullulant; in ore, in palato, in faucibus circa linguæ radicem, tubercula nunc flaveſcentia, nunc ſublivida exoriuntur; in pedum digitorum interſtitiis, vel in plantis, in craſſa præſertim & dura illius parte, item in aliis artuum locis ulcera effloreſcunt, hæc ulcera & fiſſuræ veram cutem penetrant, lata ſunt, & ulterius ſerpunt, labiis calloſis ac pertumidis, atque læſa facile cruentant, indolentia licet: ulcera quoque nares depaſcunt; adſunt tumores in aurium ambitu, craſſeſcunt labia, pedes manuſque valde inflatæ ac tumidæ ſunt. *Elephantiaſis deſcriptio.*

Ettmulleri ſententia.

Art. 2379. Elephantiaſis *Arabum* ita vocatur, quia cutis tumida, rugoſa, & aſpera apparet. Senes mero liberalius indulgentes quandoque invadit. Eſt tumor pedum (crurumque) rubicundus, lividus ſeu nigricans cum ulceribus varicoſis, e quibus ſerum acre limpidum effluit; interdum etiam ſolæ cruſtæ furfuraceæ totos pedes occupant (*Lepra eſt univerſalis.*) Affectus ut plurimum eſt criticus, ideoque cavendum eſt ab externis repellentibus, ne gravius malum excitetur. *Morbus deſcribitur.*

Tur-

Turneri ſententia.

In noſtris regionibus vix occurẽs. *Art.* 2380. Elephantiaſis ſive *lepra Arabum* eſt morbus in noſtris regionibus, ſaltem nunc dierum vix cognitus. Ab *Aretæo* eleganter deſcribitur; nomen accipit (inquit ille) ab aſpectu fœdo & deformi, ex partium inæquali protuberantia, & cutis denſitate ac ſcabritie, hinc inde rugis & fiſſuris, labiis tumidis interſperſæ, *elephantis* cutem quodammodo referentis. Mendicantem in agro prope *Londinum* jacentem vidimus morbo huic maxime affini miſerrime laborantem.

Eſt incurabilis affectus. *Art.* 2381. Hic affectus apud authores *Leontiaſis*, & *Satyriaſis* appellatur, & ob magnitudinem morbi a pleriſque medicis plane incurabilis merito agnoſcitur. *Remedia ad lepram Græcorum* ſi quæ alia, hic locum habent. *Decoctum Pharm. Bat.* potanti graveolentiſſimos movet ſudores (inquit author) & cum vino albo epotum *ab Elephantiaſi & Lepra Græcorum* liberat.

Tovvneri ſententia.

Æthiopibus familiaris. *Art.* 2382. In Inſulis Caribarum *Æthiopes* ſervituti mancipati (& etiam inter incolas alterius coloris nonnulli) *Elephantiaſi* ſunt obnoxii; graviori alicui morbo ut plurimum eſt ſuccedanea, iis præcipue, quibus ex dura neceſſitate infortunium eſt victu inſalubri ſuſtentari, accidere ſolet. Hic ſequitur morbi hujuſce *graphica deſcriptio*, quam videre licet apud authorem, eodem fere cum modo ab *Aretæo* memorata. Morbo jam plene formato homo cæteroquin bene ſe habet, neque incommoditatem ullam ſentit, niſi moleſtum onus monſtroſi cruris, quocum

tamen

tamen per viginti annos duræ ſervitutis muneribus, quibuſdam ſaltem, fungi novimus. Elephantiaſis *amputato crure* ſolet ſtatim alterum invadere.

COMBUSTIO.

Ex Pavio apud Hildanum.

Art. 2383. Combuſtio eſt ſolutio continui epidermidis, & cutis ut plurimum, nonnunquam etiam carnis muſculoſæ, venarum, arteriarum, nervorum, &c. vi ignis impreſſa: hanc autem combuſtionem ſequuntur mox dolor acerbiſſimus, inflammatio, puſtulæ; &, ſi combuſtio profunda, corpuſque cacochymicum fuerit, facillime degenerat in ulcus fœtidiſſimum & malignum. *Combuſtionis definitio.*

Art. 2384. Tres ſunt gradus combuſtionis. In *primo gradu* cutis rubicunda eſt, dolor acerbiſſimus & pungitivus, non aliter, ac ſi cutis urticis fricata eſſet, mox inflatur locus & elevantur puſtulæ, in quibus aqua clara & alba continetur, tandem quoque epidermis ſeparatur; primum & præcipuum negotium eſt, ut impediamus, ne puſtulæ oriantur, hocque fit, locum combuſtum *in oleum* vel *aquam calidam* quantocius immergendo, vel ad *ignem* admovendo; eſt etenim ignis proprii inuſti mali *alexiterium*; hinc *cepæ* in mortario cum *ſale* contuſæ, & pauco *ſapone* empyreuma ad ſe attrahunt. *Primus gradus.* *Intentio curativa.*

Art. 2385. In *ſecundo gradu* pars illico inflatur, rubeſcit, dolet, urit, & ipſo momento puſtulæ elevantur, ægerque de tenſione cutis conqueritur; eſt enim vi ignis contracta atque denſa. In hoc caſu ubi vera cutis combuſta & contracta fuerit, non cepæ, ſal, ſapo, &c. applican- *Gradus ſecũdus.*

Curatio. canda ſunt, ſed remedia *emollientia, calida,* & *humida*, toti loco ambuſto imponatur ſequens unguentum; ℞. *Unguent. baſil.* ℥j. *ol. roſ. lilior. alb. ana* ℥ß. *vitel. ov.* N. ij. miſce, & applicato defenſivo, pars affecta involvenda eſt faſcia in oxycrato madefacta; unguento prædicto addi poteſt *crocus*, vel etiam *opium* in extremo dolore.

Gradus tertius. *Art.* 2386. In *tertio gradu* ipſo momento, dum res ignita adhæreat corpori, cutis illico evadit nigra vel ſaltem livida, & obtuſe ſentit; ſi ſcalpello pungatur, eſt enim dura & exſiccata cruſta, ea cum deciderit, remanet ulcus profundum & putridum.

Curatio. *Art.* 2387. Tertius gradus eſt admodum periculoſus; eſt enim metus gangrænæ; quocirca *eſchara* in diverſis locis ad carnem uſque *incidenda* eſt, idque fieri debet primo vel ſecundo die; hoc facto, *unguentum* in ſecundo gradu præſcriptum applicari poteſt, *defenſivum*, &c. convenit *veneſectio* revulſionis gratia. Sequens autem fomentum vim habet ſedandi dolorem, cutem emolliendi, & digeſtionem promovendi; ℞. *Rad. alth.* ℥ij. *ſem. cydon. fœnugr. ana* ℥ß. *flor. cham. melilot. ana* Mj. coq. in aq. font. q. ſ. pro fotu (& add. *ſp. vin.*) Si vero combuſtio adeo magna fuerit, ut in gangrænam degeneret, caute & cum judicio procedendum eſt, & ſemper aliquid applicandum, quod putredini adverſetur.

Veſiculæ ſemper incidendæ. *Art.* 2388. Puſtulæ ſtatim ab initio in omni combuſtione incidendæ ſunt, ut aqua acris, & fervida effluere queat.

Oculorũ combuſtio. *Art.* 2389. In oculorum combuſtionibus applicentur *defenſiva* fronti & temporibus, fluxio humorum ad partem *veneſectione*, & omni arte inhibenda eſt: oculis continuo inſtilletur *lac muliebre* cum *aq. roſ.* commiſtum, & applicetur

cetur ſequens cataplaſma; ℞. *Pulp. pomor. aſſat.* ℥ij. *farin. fænugr.* ʒij. *hord.* ℥j. coq. in lacte vaccin. & f. cataplaſma, cui add. *croc.* ℈ß. Interim univerſalia recte inſtituantur. In omni combuſtione, ubi dolor eſt vehemens & ultra tolerantiam, applicari poteſt cataplaſma ex *mic. panis alb. in lacte coct.* cum pauco *croco* & *opio* ad dolorem mitigandum, ad tempus ſaltem, ſed in oculorum combuſtionibus cavendum eſt de *opio*. *Sanguis columbin.* ab animali tepidus eximium habetur *anodynum*.

De cicatrice turpi præcavenda.

Art. 2390. Magna adhibenda eſt cura ne turpis cicatrix poſt combuſtionem curatam relinquatur, ut autem hoc incommodum vitetur, ab initio uſque ad finem curationis *emollientia* ſunt uſurpanda, & poſtea applicanda eſt *lamina plumbea ſpiſſa mercurio inuncta*.

Facies pulvere pyrio combuſta quomodo curanda.

Art. 2391. Si facies pulvere *bombardico* combuſta & grana pulveris cuti infixa fuerint, illico extrahendus eſt pulvis, quantum fieri poterit, acu vel alio inſtrumento acuto; ſi vero chirurgus in principio non advocatus fuerit, ita ut cutis jam cicatrizata, maculæ vero nigræ relictæ fuerint, neceſſe eſt denuo exulcerare cutem *veſicatorio*.

Combuſtio a fulmine.

Art. 2392. Ignis a *fulmine* omnium vehementiſſimus & periculoſiſſimus eſt, in ſe continet facultates quaſdam ſupernaturales, quibus animal quandoque protinus extinguitur. Si partes externæ lædantur ſecundum gradum uſtionis ſunt medicandæ, ſicut in aliis combuſtionibus, niſi quod *putrefacientia* & *eſcharam relaxantia* hic locum non habent; ſed *eſcharæ* ſtatim ſcalpello *excidendæ* ſunt; & interne optima *cardiaca* ſunt propinanda.

Sydenhami ſententia.

Vires ſp. vini in ãbuſtis. *Art.* 2393. Omnibus remediis quotquot adhuc inventa fuere, *ſpiritus vini* facile palmam præripit in ambuſtis, cum cutem ſubjacentem ab omni putrefactione tueatur, ac vindicet, atque eo nomine curationem quam cito abſolvat, digeſtionem, quæ non niſi admodum tarde ſua tempora percurrit, etiam non moratus: nempe ſi lintea *ſpiritu vini* imbuta partibus ab aqua ferventi, pulvere pyrio, vel ſimili, læſis, quamprimum hoc infligitur malum, applicentur, eademque ſpiritu dicto madefacta ſubinde repetantur, donec dolor ab igne penitus evanuerit; & poſtea ſolummodo bis in die.

Farrago ſententiarum.

Remedia varia. *Art.* 2394. In ambuſtionibus ſuperficiariis (inquit *Turner*) mihi ſolemne eſt imponere *ol. lini & aq. calc.* ſimul conquaſſat. vel *ol. ſambuc. & alb. ovor.* Veſiculæ aqueæ reſecandæ ſunt, *& unguentum diapomph.* vel quod melius eſt *ceratum noſtrum de lapide calaminari* locis excoriatis applicandum. Idem ceratum (pluribus intentionibus ſatisfaciens) convenit etiam in gradu ſecundo ambuſtionis. Et revera eſt medicamentum omnem ſuperans laudem, non modo in hoc caſu, ſed etiam in *vulneribus* & *ulceribus* curandis. Extat apud authorem exemplum curationis ambuſtionis graviſſimæ, in qua tota praxis venuſte illuſtratur. Chirurgus librum conſulat. "Ubi
„ plures partes, vel totum corpus ambuſtum
Nonnulla vulgaria. „ eſt, raro ægri convaleſcunt, ſed vehementia
„ ſymptomatum miſere moriuntur. *Vviſeman*
„ commendat cataplaſma ex *fimo equino* ad em-

„ py-

„ pyreuma extrahendum. *Calx viva multoties* „ *lota cum ol. lini vel hyperici*, item *ceratum ex* „ *ceruſſa & ol. lini*, *ſpiritus vin. camphorat.* &c. „ ſunt remedia vulgaria, ſed minime conte- „ mnenda. Sequens eſt *Boyleanum*, ℞. *Sacchar.* „ *ſaturn.* ℥ß. *acet. vin. alb. opt.* ℥iv. f. ſolutio, de- „ inde add. *ol. ſambucin.* q. ſ. ut fiat unguentum.

CAPUT XII.

Sive Faſciculus Morborum duodecimus.

TUMORES IN GENERE.

Art. 3295. NUſquam unquam vidi definitionem tumoris, niſi ex aliqua parte peccantem; quocirca ſequentem in medio protuli. Tumor in genere eſt præternaturalis alicujus partis, vel totius corporis, magnitudo *mole morboſa* aucta. *Definitio tumoris.*

Ettmulleri ſententia.

Art. 2396. Tumores præcipue dicti oriuntur vel a *ſtagnatione*, hoc eſt ab impedito fluidorum tranſitu; vel a *congeſtione* paulatina, ubi facta quaſi ſecretione tumores procreantur; vel denique per novi humoris in parte generationem & collectionem: Exempla primæ ſpeciei habemus in phlegmonibus, tumoribus œdematoſis, flatuoſis, &c. Per congeſtionem paulatinam naſcuntur tumores critici; per novi humoris in parte generationem producuntur to- *Tumorum tres ſpecies.*

Mm 2 phi,

phi, cancri, ganglia, tumores omnes in cyſtides contenti &c.

Intentiones curativæ. *Art.* 2397. Remedia quod attinet; tumoribus in genere applicanda in tres claſſes dividuntur (ſecundum totidem curationis intentiones) in *reſolventia*, *diſcutientia*, & *ſuppurantia*; repellentibus a medicis ſanioribus jam ex uſu merito repudiatis.

Reſolventia primi gradus. *Art.* 2398. *Reſolventia*, *emollientia*, ſeu *attenuantia primi gradus* ſunt *radices & herbæ malv. alth. mercurial. violar. lilior. alb. parietar. flor. melilot. ſem. lini, fænugr. caricæ pingues, uvæ paſſæ, axungiæ, medulla, ol. amygd. dulc. lilior. alb. unguent. dialth.* &c.

Secundi gradus. *Art.* 2399. Reſolventia *ſecundi gradus* ſunt *radices & herb. apii, puleg. cepæ coct. chærefolii, ſambuci, cicut. ſcabioſ. flor. hyper. croci, ſambuci, chamæm. adeps anſerin. urſin. gum. tacamahac. ſtyrac. liquid. terebinth. farin. fabar. ſperma ceti, ol cham. amygd. amar. hyperic. laurin. empl. de cicuta cum ammoniac. diachylon.* &c.

Tertii gradus. *Art.* 2400. Reſolventia *tertii gradus* ſunt *radices & herb. bryon. cucumer. agreſt. raphan. cepæ crud. aſari, ſcill. abſinth. centaur. min. nicotian. ſem. ſinap. erucæ, cymini, gum. ammoniac. galban. bdell. ſagapen. opopanac. elem. myrrh. nidus hirundin. ſpir. urinæ, armoniaci, ſpir. vini, fermentum, ol. lateritium, ſcorpionum, terebinth. lumbricorum, nicotianæ, petroleum, balſ. ſulph. Unguentum martiatum, diachylon. cum gummi, oxycroc. diaſulphuris, de cicuta cum ammoniaco, de ranis cum mercurio.* Ex ſimplicibus prædictis varia fieri poſſunt compoſita, fomenta, cataplaſmata, &c.

Diſcutientia. *Art.* 2401. *Diſcutientia* ſunt prædictis vicina (imo pleraque ſimplicia & compoſita reſolventium tertii gradus ſunt diſcutientia) talia ſunt, quæ ſequuntur, *radices fæniculi, ireos, ariſtolo-*

chia

chia rotund. cucumer. aſinin. pyreth. zinzib. flor. ſambuci, plantæ aromaticæ, origan. puleg. thym. majoran. roſmarin. abſynth. ſalvia, ruta, ſabin. lavend. hyſſop. abrotan. flor. cham. melilot. lavend. ſalv. croci, anthos, bacc. junip. lauri, N. M. mac. &c. *aromata, ſem. anethi, cymin. fænic. rutæ, ſinapeos, caſtor, camphora, ol. lumbric. cham. cymin. aniſi, ſpicæ, terebinth. ſuccini, ſulphuris, ſtercora animalium*, &c. Ex prædictis ſimplicibus fieri poſſunt fotus, cataplaſmata, &c. ſequens cataplaſma potenter diſcutit; ♃. *Flor. laur. roriſmarin. rut. ana* Mj. *flor. cham. ſambuc. ſummit. aneth. ana* Mß. coq. in aq. & vin. a. p. æ. ad mollitiem, deinde add. *far. fabar. furfur. ſtercor. vaccin. ana* ℥iij. *mellis* ℥iv. m. f. cataplaſma. " Fotus ſequens eſt „ valde diſcutiens; ♃. *Summit. hyperici abſynth.* „ *centaur. min. ana* Mij. *flor cham. ſambuc. ana p.* ij. „ *bacc. junip. laur. ana* ℥iß. *coq. in lixiv. ten.* ℔vj. „ *ad* ℔iv. *in colatur. diſſolv. ſal. armoniac. crud.* ℥j. „ *& uſus tempore add. ſp. vin. commun.* ℔j.

Art. 2402. Externis hiſce commodiſſime ſimul adhiberi debent diaphoretica interna ex alcalium republica deſumpta. *Diaphoretica interne.*

Art. 2403. *Suppurantia* denique ſunt medicamenta, quæ maturationem faciliorem ac promptiorem reddunt; eminentiora autem ſunt, quæ ſequuntur; *radix alth. lilior. alb. brionia, cepæ coctæ, allii ſub cineribus cocti, herb. malvæ, alth. flor. melilot. chamæm. croci ſem. lini, fænugr. far. hord. tritici, mic. panis alb. caricæ pingues, gum. ammoniac. oleum, lilior. alb. chamæmil. unguent. alth. fermentum acre, ſapo venetus, ſtercus bovinum*, &c. Sequens cataplaſma eſt valde efficax, ♃. *Rad. alth. lilior. alb. ana* ℥ij. *fol. malv.* Mj. *pulv. ſem. lini* ℥j. ad mollitiem coctis add. *cep. ſub cineribus aſſat.* ℨvj. *Unguent. baſil. ol. lilior. alb.* q. ſ. m. f. ſ. a. cataplaſma. Præ reliquis egregium ſup- *Suppurantia.*

purans eſt *lac*, in quo coctus eſt *ſapo venetus*, plus minus pro ratione indicationis, hoc appoſitum cum linteis multiplicatis mire maturat, & aperit abſceſſus.

Phlegmone quid. *Art.* 2404. Phlegmone ſive inflammatio eſt tumor ad tactum renitens cum tenſione, rubore, dolore pulſatorio, & ardore; nunc quidem genuina ex ſanguine puro, nunc vero ſpuria, & ad eryſipelata, vel œdematoſos tumores, vel ſcirrhos proprius accedens. Omnes inflammationes vel inſenſibiliter diſcutiuntur, vel ſuppurantur, male tractatæ in gangrænam abeunt. *Prognoſis.*

Curatio. *Art.* 2405. Interne conveniunt *ſudorifera ex alcalibus*; & omnia ea, quæ in *pleuritide* uſitata ſunt, hic commode uſurpari poſſunt, v. gr. *ſperma ceti* cum *antimon. diaphoret.* additis quibuſdam *ſalibus volatilibus*. Externe in initio decoctum *ſulphuris* in urina, quod a *Paracelſo* laudatur, item *ſtercus vaccinum*, *equinum*, &c. Si ſit eryſipelatoſa conducit *ſpir. vin. camphorat.* cum *flor. ſambuci* incoct. In ardore magno religioſe vitanda ſunt oleoſa. Si diſcuti nequeat remediis ſupra memoratis, ſuppuratio producenda eſt medicamentis appropriatis, modo recenſitis; & quum maturus fiat, niſi ſponte rumpatur, aperiendus eſt abſceſſus vel lanceola vel cauſtico *ex lixivio de ſapone & calce viva in lapidem ſimul coctis*; & poſtea mundificandus, & conſolidandus; omnibus his intentionibus ſatisfacit linimentum ſequens, ℞. *Terebinth. clar.* ℥j. *mel. roſ.* ʒvj. *balſ. peruv. vitel. ov. ſolut.* ʒß. miſce f. linimentum *digeſtivum*.

Inflammatio mammarum. *Art.* 2406. Sæpe ex lactis coagulo in mammis, aut quod alias ſtagnat aceſcentia vitioſa, inflammatio mammarum lactantibus accidit; hæc autem aliquando eſt eryſipelacea; adſunt tumor, dolor, rubor, &c. Inflammationes omnes mamma-

marum ſunt periculoſæ, quia ut plurimum abunt in *abſceſsus*, & hinc in ulcera ſanioſa, interdum etiam in *fiſtulas*: ſi non abeunt in abſceſſus, indurantur in *ſcirrhos*, qui levi errore abeunt in *cancros*: rariſſime enim inflammationes mammarum, in ſpecie ex lactis coagulo, diſcuti poſſunt. *Progno-ſis.*

Art. 2407. In genere in omnibus mammarum affectibus obſervandum eſt, quod mamilla affecta raro ad ſanitatem perducatur, niſi altera ſana lacte exſiccetur, quia dum lac influit ad unam mammam, etiam fluit ad alteram, & ſic malum exaſperatur. *Aqua calcis vivæ*, ſi quæ alia, inflammationem omnem avertit, reſolvit, & diſcutit. Unum ex expertiſſimis ad mammarum inflammationes remediis eſt cataplaſma factum ex farinis, viz. *Ex farina fabarum, lupinorum, & lentium in oxycrato coctis, & ſubactis & cum albuminis ovi pauco miſtis*; emplaſtrum de *ſpermate ceti Mynſicht.* empl. *de cicuta*, &c. inflammationes ſimiliter reſolvunt. Sed raro diſcutiuntur hi tumores, ideoque tutius eſt ſuppurationem promovere. *Curatio*

Art. 2408. „ Ubi tumor eſt durus ſine inflammatione, convenit ſequens ceratum. ℞. *Tumores duri.*
„ *Summit. abſynth. pulv.* ℥ij. *ſem. lentium*, *fænugr.*
„ *fæniculi ana* ℥j. *ſucc. hyoſcyam. cicut. ana* ℥iij. *un-*
„ *guent. dialtheæ* ℥ij. *axung. anatis*, *anſeris ana* ℥j.
„ *ſevi cervin.* ℥ij. *ſtyrac. liquid.* ℥ß. *ceræ* q. ſ. f. ce-
„ ratum. Cicuta per ſe applicata nimium in-
„ caleſcit, & cutem exulcerat, ſed in vino co-
„ cta, & cum axungia porcina contuſa hoſce
„ tumores duros emollit. *Vviſeman.*

Art. 2409. Inflammatio teſtium frequentiſſime oritur ex ictu vel compreſſione violenta inter equitandum; adſunt dolores graviſſimi, & nonnunquam convulſiones (& vomitus) & inter- *Inflammatio teſtium.*

dum metus eſt gangrænæ, niſi citò diſcutiatur: aliquando in abſceſſum tendit.

Curatio. *Art.* 2410. Curam quod attinet *mittatur ſanguis* copioſiſſime quamprimum, & injiciatur *enema leniens & emolliens*; interna eadem eſſe debent, ac in aliis morbis inflammatoriis. Externe pro diſcutiendo tumore & reſolvendo expertiſſimum eſt cataplaſma ex *farina fabarum cum oxycrato* cocta & applicata, addi etiam commode poteſt *ſem. cymini*, item *flores chamæmeli & meliloti*, & erit magis diſcutiens: ſi tumor diſcuti nequeat, *ſuppurandus* eſt cum maturantibus mitioribus. Inflammatio male curata plerunque in ſcirrhum tranſit; & quandoque in cancrum abit, præſertim ſi punctiones acutæ ſentiantur: in hoc caſu *diſcutientia* ſunt uſurpanda, maxime autem conducit *Emplaſtrum de cicuta cum ammoniaco.*

In ſcirrhũ vel cancrum trãſitus.

Furunculus quid. *Art.* 2411. Furunculus (quem nos vocamus *a Boil*) eſt inflammatio parva in locis extimis orta, in acutum tuberculum tendens, ovum columbinum magnitudine non excedens, cum rubore & dolore, interdum cum ardore atrociſſimo, ac ſi carbo igneus admotus eſſet.

Quomodo tractandus eſt. *Art.* 2412. " Furunculi ut plurimum periculo vacant; demonſtrant plerumque conſtitutionem firmiorem, materiam peccantem foras propulſantem. Repellere eſt nefas, diſcuti non poſſunt, nec debent; frequentius ſponte ſua ſuppurantur, & aperti ex ſe coaleſcunt, ſi non tantillo *balſami peruv.* conſolidari poſſunt. Si *habituales* ſint, internis *alterantibus* præcavendi ſunt, in quem finem *roſmarinus*, item *radix bardanæ* a quibuſdam ſpecifice prodeſſe habentur.

Sen-

P A R U L I S.

Sennerti ſententia.

Art. 2413. Gingivæ quandoque inflammatione (quæ Græcis Parulis dicitur) cum dolore corripiuntur, & apoſtemata patiuntur, quæ in ulcera, interdum cancrum, fiſtulas, gangrænam deſinunt. Malum per ſe patet, quod niſi maturis præſidiis ſuccurratur, in apoſtemata & ulcera diuturna, imo nonnunquam in gangrænam, vel in cancrum incurabilem abit. *Parulis.* *Prognoſis.*

Art. 2414. Per *revulſionem*, *derivationem*, & *gargariſmata appropriata*, &c. opera danda eſt in initio, ut præcaveatur apoſtematio; ſi vero ad ſuppurationem vergat, *caricæ* per medium diſciſſæ imponantur. Si abſceſſus ſponte non aperiatur, ſcalpello aperiri poteſt. Apertus abſceſſus *hydromelite* mundetur, tandemque ulcus exſiccetur & claudatur. *Curatio.*

E P I N C T I S.

Celſi ſententia.

Art. 2415. Peſſima puſtula eſt, quæ Epinyctis vocatur, ea colore vel ſublivida, vel ſubnigra, vel alba eſſe conſuevit; circa hanc autem vehemens inflammatio eſt, & cum aperta eſt, reperitur intus exulceratio mucoſa, colore humori ſuo ſimilis. Dolor ex ea ſupra magnitudinem ejus eſt, neque enim ea faba major eſt. Atque hæc quoque oritur in eminentibus partibus, & fere noctu, unde nomen quoque a *Græcis* ei ἐπινυκτὶς eſt impoſitum. „ Periculoſa non ſunt „ hæc tubercula, moleſta tamen ob dolorem; „ noctu inquietudinem pariunt, & aduſtum „ ac vitioſum ſuccum in corpore redundare ſi„ gnificant. Omnino ſuppurandæ ſunt epinycti„ des, ſaniem ejiciunt ſanguineam, *digeſtivis & mun-* *Epinyctis quid.* *Quomodo tractandæ ſunt.*

„ *& mundificativis* tractandæ ſunt; &, ut *fu-* „ *runculi*, curandæ.

Terminthus. *Art.* 2416. „ Huic tuberculo cognatum eſſe cre- „ ditur Terminthum; verum quid proprie ter- „ minthus antiquorum fuerit (inquit *Sennertus*) „ vix ſatis conſtat, niſi quantum ex *Galeno* ha- „ betur: qui ſcribit terminthorum nomen nigras „ quaſdam puſtulas in cruribus maxime orientes, „ a figuræ, coloris, magnitudiniſque ſimilitu- „ dine, quam cum terminthorum, id eſt, cice- „ rum fructu (ut vulgo vertunt, ſeu ut alii, & „ rectius terebinthi fructu) habent, derivatum, „ ſignificare.

PHYMA, PHYGETHLON, BUBO, & PAROTIS.

Hi ſunt quatuor Glandularum Tumores Inflammatorii inſigniores.

Ettmulleri ſententia.

Phyma. *Art.* 2417. Phyma eſt tumor glandularum (ſub maxilla inferiore) rotundus, acuminatus, plus minus rubens ac dolens, ſtatim augetur & ſup- *Curatio.* puratur. „ Facilius curatur in pueris, difficilius „ in juvenibus & adultis, ſed in his rarius ac- „ cidit. “ In cura a repellentibus cavendum eſt; natura in hujus ſuppuratione potiſſimum occupata eſt, ideoque illius conatus adjuvandus eſt medicamentis *maturantibus* impoſitis. „ Appli- „ cari poteſt *diachylum cum gummi*, ſed præſtat „ cataplaſma *ſuppurans*.

Phygethlon. *Art.* 2418. Phygethlon, Latinis Panus ob ſimilitudinem fungi arbori adnaſcentis eſt tumor durus, phymate major magiſque rubens ac do- *Curatio.* lens. Curatur (interdum) *diſcutientibus*, pro quo

quo ſcopo convenit *oleum tartari fœtidum* vel *ligni guaiaci*, his interdum *emollientia* cum *anodynis* junctis adduntur, &c. ſed frequentius ſuppurantur.

Sennerti ſententia.

Art. 2419. Bubo eſt tumor inflammatorius in inguine vel ſub axilla; cum rubore & dolore apparet, & plerumque febris levior accidit; & quidem ſi per criſin accidit bubo, eodem erumpente, ſtatim levatur alius morbus. Bubones *benigni* (non enim hic de *venereis* & *peſtilentialibus* agitur) non ſunt periculoſi præcipue ſi ſtatim ſuppurentur; ſi vero diu protrahantur, & tardius maturentur, periculo non vacant, cum in fiſtulas periculoſas facile abeant. *Bubo.* *Prognoſis.*

Art. 2420. Curatio bubonum & aliarum inflammationum inſtituenda eſt eadem; hoc tamen probe notandum eſt, quod *ſappurantia*, quæ adhibentur, debeant eſſe *fortiora* quam in aliis inflammationibus; glandulæ etenim ſunt frigidiores quam aliæ partes, neque habent adeo exquiſitum ſenſum. „ Quamobrem *cucurbitæ* cum fru-„ ctu applicari poſſunt; in hunc finem etiam „ conducunt *fermentum acre*, *ſapo niger*, *ſter-„ cus columbinum*, *ſem. ſinap. urticæ*, *caricæ*, *cepæ „ aſſatæ*, &c. *Curatio.*

Ettmulleri ſententia.

Art. 2421. Parotides ſunt glandularum pone aures inflammationes: plerumque poſt male judicatas febres protruduntur a fauſto naturæ conatu. Maturationi opera danda eſt, & tractandi ſunt ſicut *bubones*, & aliæ inflammationes ad ſuppurationem vergentes. *Parotis.*

Plat-

Platneri ſententia.

Parotidis cauſa. *Art.* 2422. Parotides ex varia cauſa intumeſcunt, ex concurrente mala materia in ſcabie, & venereo morbo, nec non illo ulcere, quod a favi ſimilitudine Veteres Cyrion appellaverunt, & ſi humor argento vivo ſolutus eo concurrit. In ardentibus, & ipſa peſte ſæpe in parotides metaſtaſis fit. Accidere etiam poteſt, ut in glandulæ emiſſario, ſeu ductu a *Stenone* invento, ſe aliquid opponat, & ſalivam efflui prohibeat.

Et deſcriptio. *Art.* 2423. Ut vero hæc cauſæ, ſic et am curationis ratio multum inter ſe diſtat. Quantum fieri poteſt, avertendus materiæ coitus eſt, & cavendum, ne aperiantur. Propter humorem enim, quem continent, pus boni generis haud fit, ſed acre, & quod junctas partes erodit, inde ulcera fiunt, quæ difficilius ſaneſcunt. Si tamen acuti, gravioriſque & maligni morbi materia eo converſa eſt, ſatius eſt, tumorem aperiri, quam reprimentibus curari. Nec tamen hæ parotides omnes in pus vertuntur; ſed ſæpe vel iterum evaneſcunt, vel alvo bilioſa, craſſaque urina ſolvuntur.

Curatio. *Art.* 2424. In aliis morbis præſidium petendum eſt potiſſimum ab illorum curatione. In ſcabie maliſque ulceribus alvus ducenda catharticis, quibus adjiciendus eſt mercurius dulcis, dandaque ſunt, quæ ſanguinem ac lympham purgant. In catarrho, & ſi ſalivæ ductus confertus eſt, proſunt præter ea, quæ ipſi morbo ac febri medentur, maſticatoria, & ex his pimpinella alba. Leviter etiam pertractari, fricarique locus poteſt. In omnibus vero his caſibus tumor calidus ſervandus eſt, & ſuperdandum emplaſtrum diaphoreticum, cui admiſceri poteſt emplaſtrum

de

de meliloto. Et in hac curatione cavendum, ne ſirrhus oriatur.

Art. 2425. Si vero felix hæc curatio non fuit, & tumor totus ad ſuppurationem ſpectat, ſuperdari debent emollientia, cataplaſmata, & emplaſtra, & deinde tumor aperiri, & ulcus curari. Hoc aliquando, quia nimium, & perpetuo madeſcit, difficilius ſaneſcit. Confert, ſi hoc incidit linteamenta paulo ſpiſſiora ex ſpiritu vini exprimere, & ulceri imponere, eaque injecta adſtrictiori faſcia adprimere, faſciam vero ante ſextum diem, niſi aliud quid hoc exigat, non ſolvere. His vero diebus ſilentium habendum, neque quidquam quod mandi debet, edendum, ſed in juſculis, pulticulis, & ſimilibus perſeverandum eſt ægro, donec ulcus fuit glutinatum. *Inſtante ſuppuratione.*

R A N U L A.

Ettmulleri ſententia.

Art. 2426. „ Ranula eſt tumor ſublingualis, „ mollis, albicans, & quaſi pellucidus, œdematis ſpeciem præ ſe ferens, linguæ motum ac „ loquelam impediens. Periculo ut plurimum „ vacat, niſi diuturnior fuerit, vel male tractatus; tunc enim metus eſt, ne *cancroſus* evadat. *Ranula.*

Art. 2427. „ Aperiendus eſt cultro, vel potius „ ferro ignito, prodire ſolet mucus ovi albumini colore, & conſiſtentia ſimilis. Compertum „ eſt etiam aliquando *lapillos* ibidem generari; „ ideoque a chirurgo ſemper explorandi ſunt. „ Poſt apertionem os abluatur ſæpius in die *cum* „ *decocto hordei mel. roſar. & tinct. myrrh.* *Curatio.*

Hui-

Haiſteri ſententia.

Ranulæ deſcriptio. *Art.* 2428. Ranulam medici vocant tumorem ſive abſceſſum, qui ſub extrema lingua juxta venas raninas naſcitur. Intus contenta materia varia eſt: nunc enim lympha tenax, & mucilaginoſa, nunc alia materia craſſior, purulenta ac duriuſcula, imo quandoque lapidea unde morbus plerumque tumoribus tunicatis haud abſimilis eſt. Tumor ipſe quandoque celeriter admodum increſcit, nonnunquam etiam tubercula carnoſa, eaque dura hic enaſcuntur. Sæpius infantes, quam adulti, a tumoribus ſub lingua infeſtantur. Neque facile etiam reſolvi poteſt, quicquid ſemel hic coiit, ſiquidem medicamenta reſolventia commode applicari non valent.

Curatio Chirurgica. *Art.* 2429. Itaque infantum ſaluti proſpicitur, ſicubi, lingua per alterutram manum ſurſum paululum adducta, tumor per immiſſum ſcalpellum ſecundum longitudinem tranſverſim inciditur, provide tamen ne nervi, & linguæ vaſa ſimul percutiatur, atque intus contenta materia quam diligentiſſime emittitur, vel ubi craſſior fuerit per admotos digitos exprimitur.

Recidivæ prohibitio. Ne qua autem, prout fieri plerumque ſolet, tumor iſtiuſmodi propter intus relictam tunicam, denuo renaſcatur, quod facile alias fieri ſolet, tutiſſimum utique fuerit, ipſum vulneris fundum linamentis in roſarum melle, cui ſpiritus vitrioli ad notabilem acorem admixtus eſt, tinctis identidem per dies ſingulos, atque tandiu expurgare, donec tunica penitus exeſa, & conſumpta deprehenditur. Tunc enim abſque omni periculo, vel oleo, & ſaccharo, vel mero roſarum melle, aut oleo myrrhæ per deliquium adhibito, ad ſanitatem ulcus perduci poterit. Interdum ſine ad-

admotis medicamentis atque inſtrumentis, velut ſua ſponte tumor iſte rumpitur, adeoque eodem modo inſtituere ejus purgationem, glutinationemque oportebit.

Art. 2430. Quoties autem in cancrum tumor iſtiuſmodi vergit miſere, ut plurimum homines afflicti pereunt: neque enim curationem noxa iſtiuſmodi peſſima recipit. Si calculus in hac ipſa regione linguæ percipitur, lingua ea in parte, cum debita cautione inciditur, & ſi calculus tunc ſponte ſua non excidit volſella, vel ſpecillo ejicitur, vulnuſque, ut dictum, eſt glutinetur. *Si cancrũ aut calculũ generet.*

PARONYCHIA.

Ettmulleri ſententia.

Art. 2431. Paronychia eſt tumor ordinario obveniens in extremitatibus digitorum, ultimis nempe articulis, ita tamen, ut non excludantur reliqui articuli. Quandoque eſt erraticus, & ex uno digito in alium tranſit, ita ut uno perſanato mox vicinus inquinetur, donec omnes ſucceſſive infeſtaverit: tantus eſt dolor, ut ſubinde univerſum brachium conſenſu afficiatur. *Paronychia quid.* Oritur ex humore acri admodum corroſivo, immediate *perioſteum*, & ipſi adhærentes *tendines*, occupante; supervenit inflammatio ad apoſtema vergens, ſed frequentius *gangræneſcit*. *Cauſa.*

Art. 2432. Quo citius ichor maturatur, eo minus periculum eſt oſſis cariei, in hunc finem quidam applicant *ſterquilinium*, & ſic dolor & tumor optime diſcutitur, & ſiſtitur: „ Cataplaſma *Lumbricorum vivorum* ſubito atrocem dolorem ſedat, uti teſtantur plurimi authores. " Ubi vero paronychia altiores egerit radices, *Curatio.*

opus

opus eſt *inciſione*, quæ etiam tutiſſima eſt, & quidem uſque ad ipſum os; facta inciſione *theriaca* cum *ſpiritu vini* ſoluta digito applicanda eſt.

Parony-chia pedis digi-torum. *Art.* 2433. Huc quoque pertinet affectus perniciosiſſimus, qui *pollices pedum* cum doloribus atrociſſimis infeſtat, & nihil aliud eſt quam *paronychia pedis digitorum*, cui gangræna & ſphacelus, & tandem mors ſubſequitur. Ex eadem cauſa provenit, & eandem medendi methodum poſtulat. Tutiſſima eſt digiti *reſectio*.

Duæ ſpecies. *Art.* 2434. „ Paronychia revera eſt malum minime contemnendum, *Latinis* dicitur *panaritium*; ejuſdem duæ ſunt ſpecies, una *benigna*, „ vulgo *a Mhitflavv* appellata; altera *maligna* „ *a Felon* dicta; in priori ſpecie ſuppuratio fa„ cile procuratur, & materia albicante emiſſa „ facillime ſanatur. Altera vero eſt periculoſiſ„ ſimum malum, & fere nunquam curatur ſine „ *inciſione matura* ad os uſque.

Platneri ſententia.

Diverſi parony-chiæ gra-dus. *Art.* 2435. Primum hujus mali genus tumorem habet elatiorem, cum aliquo rubore dolorem vero intolerabilem. In altero & tertio genere locus nec tumet, nec rubet, & colorem cutis haud excedit, dolor autem ſubeſt atrocior, qui vehementius creſcit, ægro omnem ſomnum eripit, & ſummam febris intenſionem affert, ex qua etiam delirium naſcitur. Ex quarto autem genere tumor oritur, qui cum ſummo periculo totum brachium occupat, ut etiam magis intumeſcat manus, quam digitus, illeque locus, ubi prima mali ſedes fuit. Mox a principio in hoc genere æger dolorem ſentit eo loco, ubi ex condylo interno humeri, ulna, & ligamento in-

teroſſeo educitur muſculus flexor digitorum ſublimis, ſeu perforatus.

Art. 2436. Expeditiſſima curatio eſt illius, quod ſub cute eſt. Si ſub ungue vitium hæret, is abſcedit. Si vero mala materia oſſi inſidet, hoc vitium contrahit, & totum vitiatum plerumque eximendum eſt. Quarto generi, niſi quam primum ſuccurratur, proximus eſt gangrænæ metus, quæ in totum brachium tendere ſolet. *Prognoſis.*

Art. 2437. Raro hæc inflammatio, & non niſi ab initio diſcutitur, ubi nondum penitus inſedit. Ad id vero maxime poſſunt aqua, quantum tolerari poteſt, fervida, in quam digitus demittitur, & per multum tempus in ea relinquitur: Alii magis idoneum eſſe volunt ſpiritum vini cum camphora. Imponi etiam poteſt Emplaſtrum Saponatum Barbette, addito croco, & camphora, vel cataplaſma ex allio, ſcordio, hyoſcyamo, quibus, ex lacte coctis, adjicitur crocus, & theriaca. *Curatio morbo incipiente.*

Art. 2438. Quod vero his non ſolvitur, evocandum eſt. In primo genere humor in pus verti poteſt, id quod efficiunt cataplaſmata mollientia, & dyachilon compoſitum. Tandem cutis ſupra pus exciditur, & plaga hoc exemplo purgatur, atque ad cicatricem perducitur. Ad hanc curationem apta ſunt, quæ locis nervoſis conveniunt, eſſentia balſamica Stahlii, cum balſamo Arcæi. *Qua non proficiẽte ſuppuratio promovetur in primo genere.*

Ubi autem tumor ſub ungue coiit, & hic incidendus eſt, quo is poſſit effundi. Unguis abſcedit, quo in caſu ſuper eum imponitur cera, ut is, qui renaſcitur, contra injurias cuſtodiatur.

Art. 2439. In tertio paronychiæ genere neceſſe eſt ad evocandum humorem etiam crudum feſtinare. Inciditur vero locus hoc modo: Digi- *In tertio genere operatio chirurgica.*

tus tabulæ, ſeu alii corpori duro imponitur, ita ut noxa chirurgo obverſa ſit: ſcalpellus in locum, qui maxime dolet, ad os uſque demittitur, & uſque ad extremum digitum plaga inciditur, paucuſque humor exprimitur. Si autem tumor prope articulum aperiendus eſt, incidi debet e latere, cum tendini flexoris parcendum ſit. Sectionem recte factam eſſe, intelligitur, ſi dolor quieſcit. Adverſus plagæ inflammationem auxilium eſt in ipſo ſanguinis curſu, quem haud ſupprimere oportet, ſed pati fluere, donec ſponte conquieſcat. Si parum fluxit, mitti debet ex talo, vel altero brachio. Ulnus impletur linamentis, vel ſiccis, vel ex aqua vulneraria, quæ paucum theriacæ habet, expreſſis. Multum nocent linamenta, ſi nimium premunt. Hæc ſectio etiam in eo caſu, ubi inter vaginam, & perioſtium tumor coiit, locum habere videtur.

Si morbus os corruperit. *Art.* 2440. Ubi perioſtio injuria acceſſit, os vitiatur. Ex eo vero rarius ſquama ſecedit, dum id, quod vitiatum eſt, aridum fit, vel hoc adhibitis medicamentis pedetentim ſecedit, crebrius autem incidit, ut totum oſſiculum, quia caries ad illud totum tranſiit, eximendum ſit. Quamdiu vitiatum nondum ejectum eſt, neceſſe eſt, ut plaga pateat.

In quarto genere curatio. *Art.* 2441. Ultimum paronychiæ genus requirit, ut vagina tendinum digitos flectentium, in qua materia hæret, incidatur. Niſi enim hoc fiat, illa nocenter increbreſcit, ac in vaginam diffunditur; qua re, & vagina nervoſa, & ipſe tendo, qui premitur, multum intenditur. Hæc vero res magnam inflammationem, &, niſi efficacior curatio adhibeatur, gangrænam brachio adfert.

Operatio chirurgica. *Art.* 2442. Protinus igitur ſcalpello recto digiti extremum, ipſeque, qui ibi minimus eſt,

tumor

tumor aperiri debet; poſt in plagam demitti ſpecillum ſulcatum, & ſuper id vagina incidi, donec perveniatur ad purulenti humoris ſedem; & ſi res poſtulat ad carpum, illudque ligamentum, quod hujus oſſiculis innexum, annulare vulgo dicitur. Quia vero, ſi vitium jam adolevit, ſæpe humor ſub illo ligamento hæret, huic parcendum eſt, quia, ſi id ſecatur, tendines quos comprehendit, evolvuntur. Igitur ſub ligamento in vaginam compellere oportet ſpecillum, & in altera parte ſupra ligamentum iſtud paulo inclinatum cuti apprimere, quo hæc contra ſpecilli principium incidatur, & exitus materiæ detur. Sæpe enim ſuper muſculo pronatore quadrato, ubi copioſa adeps eſt, multum puris latet, quod omne evocandum eſt. Quo ſpecillum melius eo uſque compellatur, ægri manus ac digiti, quantum res permittit, debent inflecti. Si evocata materia fuit, ulcus purgandum eſt. Ne oræ celerius coeant, commode ſub ligamento linum, vel habenula, trajicitur, cui medicamenta, purgando ulceri idonea, illinuntur.

Art. 2443. Si hæc omnia non proficiunt, nec ſe remittit inflammatio, expeditiſſimum eſt ſupra carpi ligamentum, ipſum muſculum, ubi is in tendinem degenerat, præcidere; quod auxilium magis commodum videtur, quam ligamenti annularis ſectio, quod, niſi rodente materia violatum ſit, integrum ſervandum eſt. Si vero illud diſſectum fuerit, oportet ægrum digitos ſemper inflexos habere, donec illud iterum fuit glutinatum. Quæcumque etiam curatio adhibeatur, minor, vel nullus uſus illius digiti, qui laboravit, relinquitur; cujus etiam ſæpe parum ſupereſt in tota manu, quam rigidam manere neceſſe eſt. *Cautiones.*

Incisa vagina ſinere oportet, ſanguinem fluere,

quo minor inflammatio oriatur. Si vero is cum impetu periculoſius ruit; non medicamentis ſupprimendus eſt, ſed arteriæ vinciendæ ſunt.

His autem ſauciatis, compreſſiſque nervoſis partibus ſæpe caro ſupercreſcit, quæ medicamentis leniter exedentibus, & adurentibus tolli poteſt. Commodiſſimum vero eſt, forfice carunculam excidere, vulnus ampliare, & ſic id quod contractum erat, laxare; plagæ vero eam curationem adhibere, quæ locis nervoſis idonea eſt. Deligatur manus faſcia, quæ duodeviginti capita habet.

P E R N I O N E S.

Ettmulleri ſententia.

Pernio. *Art.* 2444. Perniones pedes, & manus affligunt tempore hyemali; partes affectæ tument, & ex albedine ad aliqualem cæruleſcentiam inclinant, (pruriunt vehementer) dolent, & tandem, nunc cum, nunc ſine exulceratione evaneſcunt. (præmiſſis univerſalibus) Partes affectæ illinantur cum *petroleo*, quod præſervat & curat. „ *Unguentum roſatum cum ol. terebinth.* in *rapo aſſato* eſt remedium comprobatum (inquit *Vviſeman.*)

Curatio.

Junckeri ſententia.

Triplex pernionum gradus. *Art.* 2445. Perniones tres habent gradus, 1. quando ſimplices tantum extumeſcientiæ leviter inflammatoriæ adſunt ſine inſigni ardore; 2. quando fiſſuræ in parte affecta eveniunt, e quibus ſerum flaveſcens leniter cruentum effluit, & ſi profundius viſitentur ſincerus ſanguis effluit; aut veſiculæ, uti in ambuſtionibus, cum

ma-

majore tumore inflammatorio pallido rubicundi coloris; 3. quando veræ ulcerationes, aut plane putridæ corruptiones emergunt.

Art. 2446. Pernionum unica cauſa eſt refrigeratio, quæ ſi levior ſit, lymphatico ſeroſos humores, cum exigua tamen portione ſanguinis remixtos, in ſuperficie coagulat; ſi vero gravior, tunc ipſum ſanguinem majore portione inſpiſſat. Unde priore modo facile ulcerationes, æque ſubinde cancroſæ, poſteriore autem ſphaceloſæ interdum corruptiones eveniunt. *Cauſa & prognoſis.*

Eædem per ſe nihil quidem periculi inferunt, hoc tamen habent incommodi, ut ingruente frigore facile, & quaſi ordinarie repullulent, nedum ſi eadem pars antea hoc malo correpta, frigori de novo exponatur.

Art. 2447. Ante omnia in ſuperficialibus, & levibus pernionibus laudantur olea paululum acriora & ſulphurea, ex. gr. ol. petræ, colophonii, terebinthinæ, balſamus ſulphuris & lixivia ſulphurata. Quando autem profundiores ſunt ſtaſes & fiſſuræ accedunt, acribus exulatis, lenientia remedia juvant. Proſunt præcipue Rapæ in primis gelu colliquatæ cum butyro non ſalito, vel cum cera citrina in linimentum redactæ, atque applicatæ. Loco butyri adhiberi quoque poſſunt ol. lil. alb. adeps anſerin. pingudo cati ſylveſtris. Item Rapæ recentes cum ovo, & parca doſi myrrhæ contuſæ; oleum lini, cum oleo ovorum, ol. myrrhæ per deliquium, ſedum vermiculare minus conquaſſatum, & applicatum, nec non poma putrida. *Curatio in primo & altero gradu.*

Art. 2448. Quodſi vero ulcera e fiſſuris propullulent, & corruptionem ulteriorem producant, tunc ſubſtantiæ illæ veluti emortuæ ſeparandæ ſunt per remedia ſeptica provide, & modeſte applicata ex. gr. per unguent. Apoſtolor. *Curatio in tertio gradu.*

Ægyptiacum, vel nonnunquam per ſectionem. Facta corruptæ partis ablatione mundificantia adhibenda ſunt, præcipue myrrhata ex. gr. ol. myrrhæ per deliquium, cum ol. ovorum remixtum.

Ambitus autem circa tales fiſſuras, & ulcerationes ſp. vin. camphorato, & leniter crocato illinatur, atque ita ab ulteriori ſtaſi, & corruptione pars affecta defendatur.

ANEURISMA.

Sennerti ſententia.

Aneuriſma unde fit. *Art.* 2449. Aneuriſma eſt tumor ex tunicæ interioris arteriarum apertione, & exterioris dilatatione: aperitur vel venæſectione imperita; cum exterior tunica, utpote mollior; coaleſcit denuo, interior, ut durior, aperta manet; vel a cauſa externa.

Vviſemani ſententia.

Opinio noſtratis Vviſemã. *Art.* 2450. Noſter clariſſimus *Vviſeman* exiſtimat aneuriſmata non fieri ex dilatatione, vel relaxatione tunicæ exterioris arteriæ, ſed potius ab *ambobus tunicis ruptis*, vel *ſauciatis*, unde tumor ab effluxu ſanguinis in muſculorum interſtitiis efformatur: hæc autem opinio multo probabilior videtur; utcunque ſit tamen, eodem res redit, quoad curandi methodum.

Art. 2451. „ Aneuriſmata quandoque fiunt procul dubio ſimplici arteriæ tunicarum *dilatatione* „ (ut cum ſanioribus quibuſdam medicis ſentiamus) quemadmodum in *venis varicoſis* frequentiſſime accidere ſolet; ſaltem in hunc modum ab origine plerumque naſcuntur, utcunque tamen diuturniora cum fuerint, & in gran-

„ dem

„ dem molem aucta, tunicæ arteriales multis in „ locis rumpuntur, præcipue interna, ut ex om„ ni ſectione patuit. Accuratam hujus affectus „ hiſtoriam ſi quis velit, adeat D. *Freind*. Hi„ ſtor. Med. *p*. 179. &c. Pro accuratiore adhuc „ aneuriſmatis naturæ explicatione, Vid. Philoſ. „ Tranſ. N. 402.

Art. 2452. „ In Tranſact. Philoſoph. N. 265. „ Inſignis extat Hiſtoria *Aneuriſmatis Aortæ*. „ Homo per infortunium aliquod violentam pe„ ctoris concuſſionem paſſus in *Hæmoptyſin* in„ cidit, qua diutius perſeverante tandem mortuus „ eſt. Secto cadavere *Aneuriſma Aortæ* repertum „ erat adeo ingenti mole, ut totum latus Tho„ racis dextrum impleverat. *Hiſtoria.*

Ettmulleri ſententia.

Art. 2453. Aneuriſma eſt tumor a collectione ſanguinis arterioſi ab arteria exeſa aut laxata nimis, aut rupta ex quacunque violentia, ab imperita in venæſectione vulneratione. Frequentia ſunt aneuriſmata a vehementi *cordis palpitatione*, ita ut ramus arteriæ deſcendentis intumeſcat. Aneuriſma frequentius collum occupat, interdum crura & brachia, ſed rarius, ex violenta commotione. Eſt tumor mollis tactui cedens, aliquando tamen non cedens, alias cum, alias ſine pulſu, colore a reliqua cute non variat. „ *Exinde maximum periculum habet*, " quod interdum ab imperitis chirurgis habeatur pro abſceſſu ſupputato; unde ſi aperiatur, ſubito ſub manibus ægri cum ſanguine animam emittunt. „ In collo ne unum quidem curatum vidi (in„ quit *Barbette*), palliativa cura diu vivere poſ„ ſunt. *Aneuriſmat. cauſa* *Diagnoſis.* *Prognoſis.*

Art. 2454. Si aneuriſma ſit a venæſectione ine- *Curatio.*

pta, mox ligetur pars læſa *ligatura* forti, & fiat *venæſectio* in latere oppoſito. Curioſum eſt quod obſervat *Horſtius*, quod applicatio *laudani opiati* arteriæ hæmorrhagiam ſiſtat. Notum eſt emplaſtrum *Galeni ex thure*, *aloe*, *pilis leporinis*, & *albumine ovi*, item multum conducunt *lamina plumbea*, *emplaſtra aſtringentia* (cum *ſacchar. ſaturni*). His irritis cura per operationem chirurgicam facienda eſt, viz. per *deligationem* arteriæ (ſuperne tantum). De nova methodo *Gallorum* in aneuriſmate vide locum *p.* 1246.

Purmanni ſententia.

Operatio chirurgica aneuryſmatis.

Art. 2455. Ante omnia rite collocandus æger eſt in ſella quadam inclinata, dein quatuor miniſtri adſciſcendi, atque ſic conſtituendi ſunt, ut juvare curantem quam promptiſſime valeant, & ægrum in ſitu congruo immobilem continere. Primum item operationis negotium in eo conſiſtit, ut vel compreſſorium, vel torcular ſupra tumorem in arteria applicetur, & tantiſper leniter adſtringatur, donec nullus nec in aneuriſmate, nec in inferiori arteriæ parte pulſus ſuperſit. Sic enim præcaveri ſanguinis profuſio poterit, cavendum tamen ne conſtrictio nimis vehemens ſit, ne nervi, aliæque partes teneriores lædantur. Torculari vel compreſſorio ſic injecto mox cutis ſumma tantum, nihil interim læſo aneuryſmate inciditur. Dehinc utrinque ſupra, & infra tumorem poſita arteriæ pars diligenter a nervis adjunctis reſolvitur, uncinalique aut hamuli beneficio ita elevatur, ut trajici ſubter eadem acus quædam curva, & retuſa cum filo duplicato, & cerato queat. Hoc ipſum filum immiſſum ſic omnino conſtringitur, ut minutum ſemper ſpleniolum ſive linteolum aliquod nodo

ſub-

ſubjiciatur, ne arteria a filo diſrumpatur. Sic deligata utrinque arteria, medius inter vincturam utramque tumor ſcalpello exciditur, vulnuſque dein linamentis carptis, & non diſcerptis bene multis, vel & ſpleniolis arcte compreſſis impletur, faſciiſque opportunis quam exactiſſime deligatur. Ad præcavendam inflammationem ſanguis ex alia parte aliquoties detrahitur, & linteolis in oxycrato tinctis proximæ partes probe obteguntur, quæ quidem cautiones utiles apprime ſunt, in hominibus ſanguineis, & calidioribus, in iis contra, qui ſanguine non abundant & frigidi ſunt, omitti poſſunt, pro quibus non oxycratum vel acetum ſed ſp. vin. camphoratus vel theriacalis adhibendus eſt. Purgari tamen, quantum poſſibile eſt vulnus a ſordibus debet, noviſque linamentis carptis atque unguento digeſtivo deliniri, dum ſponte ſua quidquid adhæſerat in deligationibus reſolvatur, & cadat. Deligatio inferior ante diem tertium vel quartum non facile reſolvi debet, ſuperior vero niſi poſt decimum quintum. Simulatque jam iſto modo clauſum arteriæ foramen, quod fieri plerumque in aneuryſmatibus mitioribus poſt decimum, vel duodecimum circiter diem aſolet, tardius vero in pejoribus, glutinari poſtea vulnus externum vel linamentis ſiccis debet, vel balſamo vulnerario.

Anelii ſententia.

Operatio Chirurgica Aneuryſmatis altera.

Art. 2456. Torcular primo loco applicatur, depreſſoque dein, ſi fieri poteſt deorſum verſus manum, ex tumore ſanguine, cutis ſuprema ſecundum longitudinem illæſo manente aneuryſmate ſcalpello inciditur. Tum arteria loco ſuper tumorem proximo, & a vicinis partibus, cum

cum primis nervo ſeparata, per trajectum, ut ſupra poſuimus, filum duplex, ſemel aut bis pro re nata conſtringitur, donec poſt relaxatum torcular, nihil quidquam ſanguinis in tumorem rurſus profluat. Quo facto deligari ſolertiſſime vulnus, debitoque ſtudio foveri tantiſper debet, donec & filum ſponte ſua tandem reſolutum ipſaque plaga penitus glutinata reperiatur. Hanc ſine gravi vulnere vel cicatrice ampliori curandi rationem ſcribit Anelius ſe vix elapſo menſis unius ſpatio Romæ quondam haud infeliciter curaſſe. Quod enim plerique hactenus ipſum aneuryſma deoperiunt, collectumque intus ſanguinem digitis, ferramentiſque ejiciunt, hoc vel ideo magis incommodum videtur, quia non ſolum plus temporis exigit, ſed etiam majores dolores & cicatrices conciliat. Abſoluta operatione quater uſque ſanguis ab ægri altera parte educitur.

Morgagni ſententia.

Difficile Aneuriſmatis judiciū.

Art. 2457. Ceterum fatendum eſt aneuryſmatis judicium interdum difficile eſſe, cum videlicet latum corpus quo manus pulſatur, & dilatata arteria eſſe poſſit, & tumor arteriæ impoſitus minime dilatatæ. Hoc aliquando in ipſis exterioribus contingens partibus ſuſpenſos Chirurgos tenet, veluti in puellæ cujuſdam collo ubi mediocris tumor adeo contiguus ſiniſtræ arteriæ Carotidi erat, ut hujus, quam comprimebat, & validiores pulſationes efficeret, & cum ipſa pulſaret. Erat tamen, ut diligentior perquiſitio, & integra ſanatio demonſtrarunt, totus in tumida quadam, & pure intus jam plena glandula Jugulari. Sic etiam ob pulſationem, quæ ſub bronchocele perſentiebatur, complures

eum

eum tumorem aneuryſma eſſe exiſtimaverant; quem *Severinus* ſicuti ob compreſſas arterias Carotides pulſare crediderat, ita poſt mortem diſſecando, ait, veram ſe opinionem ſuam oſtendiſſe. Quodſi vel exterius non deeſt errandi periculum; quanto erit magis in iis partibus, quæ alte inter viſcera conditæ ſunt?

Burgraſius pulſationem ab umbilico ad cordis uſque ſcrobiculum pertinentem, & tantam, ut ſæpe ab adſtantibus audiri poſſet, triginta autem & quatuor ipſos annos perdurantem cum non ab legitimo arteriæ in meſenterio inſignis, aneuryſmate, quippe ejus diametro vix paulo amplificata, ſed ab ſpurio, ut Lanciſius vocabat, fieri poſſe, ſuſpicaretur, idque ob nimiam diuturnitatem inſanabile exiſtimaret; datis poſt tot aliorum incaſſum adhibita remedia, nonnullis, quæ interea humorum cruditatem ſaltem corrigerent, præter omnem ſpem vidit pulſationem intra non longum tempus fœliciſſime ſublatam *Act. N. C. Tom. 6. obſ.* 131. *Caſus I.*

Tabarranus ſub regione Epigaſtrica non pulſationem modo, ſed & tumorem pugni magnitudine cum deprehendiſſet, eaque cum cæteris aneuryſmatis legitimi notis conjuncta; miratus eſt, poſtquam hujus loco ſcirrhoſum dumtaxat ad meſenterii centrum tumorem conſpexit, vaſis magnis tam arcte adhærentem, ut Aortam non comprimere, ejuſque pulſationibus non attolli non poſſet. *Obſ. Anatom. Edit. 2. n. IX.* *Caſus II.*

VA-

VARIX.

Ettmulleri ſententia.

Varix quid? *Art.* 2458. Varix eſt tumor ex laxata venarum tunica, unde ſanguis in venis fere ſtagnat. Malum eſt frequens mulieribus in ultimis geſtationis menſibus, uti & poſt partum difficilem. Hic affectus quibuſdam non parum proficuus eſt ad conſervandam ſanitatem, in ſpecie melancholia hypochondriaca, unde fluxus hæmorrhoidalis iis ſalutaris eſt.

Curatio. Cura *a ligatione* magna ex parte pendet, fotus *ex alum. fruct. acac.* (*flor. roſ. rub. cort. querc.* &c.) in aceto coct. convenit. In ruptura venarum, & gravi hæmorrhagia optimum euporiſton eſt *ſtercus ſuillum* forma pulveris adſperſum cum linteis ex *aſtringentibus* expreſſis & admotis cum *faſciatione*, &c. *In ruptura venarum.*

Junckeri ſententia.

Art. 2459. Varices modo a cauſa activa dependent nempe: a pura congeſtione ſanguinis, & hi cum hæmorrhoidibus præcipue externis, & cum motibus ſpaſticis partium inferiorum colludunt. Modo vero a cauſa paſſiva, quales ab impedito ſanguinis refluxu intra valvulas venarum originem ſumunt. Hujus cenſus ſunt varices gravidarum, non quidem omnes, ſed qui a pondere uteri, venas illiacas prementis, dependent, & recurſum ſanguinis in venam cavam impediunt. Priores varices veros, poſteriores autem ſpurios nonnulli appellant. *Varicum diagnoſis.*

Varices ordinarie non pulſant unde ab aneuriſmatibus diſtinguuntur, plerumque autem habent

bent dolorem, modo ardentem, modo eximie ad lancinationem uſque tendentem. Mollis eorum tumor eſt, ut in aneuriſmate: non autem tam facile mobilis, preſſuſque non ita libenter cedit ob valvularum reſiſtentiam.

Art. 2460. Gravidarum varices poſt partum ut plurimum evaneſcunt; Activi ab intrinſeca congeſtione illati, diuturni, raro conſtantem curam admittunt, præcipue in corpore ſeneſcente. Si enim tumores illi vel maxime reprimantur, ſpaſmodici dolores minime ſimul abolentur, ſed tanto magis ſubinde ingraveſcunt, niſi interna remedia præmittantur. Etenim non rarum eſt varices activos retropulſos nephriticos, colicos, arthriticos, iſchiadicos, & podagricos dolores excipere, neque ignotum eſt dolores illos conjunctos & ſuccedentes modo in ariduram illorum membrorum tranſmigrare; modo in affectus plane paraliticos. Varices quando diutius durant, ſanguis detentus, & coagulatus tandem in putridam corruptionem abit. Eorum ſectio periculoſa itidem, & ruptio interdum lethalis fuit. Nonnumquam tamen ſpontaneam ruptionem cum euphoria factam eſſe teſtantur exempla. Interea tamen eruptio raro contingit. *Prognoſis.*

Art. 2461. In primo varicum exordio ea remedia adhibere convenit, quæ ſpiſſum ſanguinem reſolvere, & diſcutere valeant; ex. gr. ſp. vin. camphor. crocat. emplaſtra reſolventia camphorata, calor modicus, blanda frictio, motus corporis ambulatorius, maxime ſi reliquæ circumſtantiæ illum concedant, & venæ ſectio præmiſſa fuerit; deligatio tandem compreſſoria. *Curatio.*

Quando autem hæc non ſufficiunt, attamen ſanguis aliquo modo adhuc mobilis eſt, atque ardor inflammatorius conſpirat, tunc conjun-

gen-

genda ſunt lenia tonica, & repellentia ex. gr. Emplaſt. de ſpermate ranarum camphoratum, & inſuper ſale quodam volatili imbutum. Item ſulphur in lixivium redactum, & tepide applicatum. Si vero tumores varicoſi indurati ſint, & ſuperficie tenus poſſint attingi, tunc modeſta inciſio, & moderata ſanguinis expreſſio locum habet, ſubjunctis decoctis adſtringentibus traumaticis, eſſentiis balſamicis, emplaſtro ſtiptico Crolii, & commoda deligatione. Varices demum fluentes ſp. vin. ractificatiſſimo tractantur.

HÆMORRHOIDES.

Vviſemani ſententia.

Hæmorrhoides quid? *Art.* 2462. Hæmorrhoides ani ſunt venarum hæmorrhoidalium tumores *varicoſi*, morbus eſt *ſimplex*, quando venæ ſolæ intumeſcant, vel *compoſitus*, cum partes vicinæ afficiantur, vel cum quaſi novum corpus generetur ipſis adhærens, vel appendens; unde (ob ſimilitudinem aliqualem ita dicta) *ficus*, *criſta Galli*, *condylomata*, &c. producuntur.

Apertæ vel cœcæ. *Art.* 2463. Hæmorrhoides ſunt vel *apertæ*, i. e. ſanguinem effundentes, vel *cœcæ*, tumentes, ſcilicet, ſine hæmorrhagia, exquiſite tamen dolentes.

Curatio. *Art.* 2464. Alvus aperta ſedulo ſervetur. Ad inflammationem, quæ ſæpe accidit, valet ſequens fotus; ℞. *Fol. plantag. polygon. ſummit. rub. equiſet. ana* M ſs. *flor. verbaſc.* M ij. *ſem. lini* ℥ ij. *flor. roſ. rub. cort. granat. balauſt. bacc. myrt. ana* ʒ vj. coq. in q. f. aq. font. & vin. rub. pro fotu. In extremitate doloris. ℞. *Ol. vitel. ov.* ʒ ij. *opii gr.* vij. m. item *balſ. ſulphur. Rulandi* dolorem ſedat.

In dolore magno.

Art.

Art. 2465. In fluxu nimio ſanguinis, *venæſectio*, *cucurbitulæ*, &c. conveniunt revulſionis gratia. Interne *aſtringentia* & *opiata*, quemadmodum in aliis hæmorrhagiis; externe ſuppoſitoria ex *cort. granat. flor. balauſt. thure*, *maſtich.* &c. *cum. gum. tragacanth. ictyocol. alb. ovor.* &c. *In fluxu nimio.*

Ettmulleri ſententia.

Art. 2466. Diſtinguendus eſt ante omnia fluxus hæmorrhoidalis verus a Diarrhœa cruenta ſcorbuticorum, alias vocata dyſenteria ſcorbutica mendoſa (1434.) Hæmorrhoides veræ attritu excrementorum plerumque aperiuntur, & ſanguis cum excrementis una evacuatur, ſed ſi ſanguis promiſcue excernatur tam ante quam poſt excrementa ſine dolore & torminibus, probabile eſt, quod ſit fluxus ſcorbuticus. Hæmorrhoides ad venerem omnino impotentes reddunt, cum magno fœminarum tædio. *Differentia ab alio morbo.*

Art. 2467. Hæmorrhoides conſueto fluore ſuppreſſo, ſive in cœcas degenerantes, aperiendæ ſunt; de aperiendis iiſdem vide locum *p.* 173. Remedia *aloetica* fluxum hæmorroidum promovent. „ Extreme convenit *hirudinum* ſuctio, „ vel frictio cum *foliis ficus recentibus modice* „ *tritis*, quæ forti impreſſione lac acre ac fere „ cauſticum plorant, cujus acrimonia vaſa tu- „ mentia ſucceſſive aperiuntur; vel ſi hoc non „ ſufficiat, intrudantur *ſuppoſitoria ex hiera pi-* „ *cra cum pulvere colocynthidos & melie parata*, „ quæ hæmorrhoides inſigniter ſtimulant, & „ cataplaſma *ex ſtercore columbino*, *ſem. ſtaphi-* „ *dis agriæ & lupinorum* applicari poteſt. „ In doloribus conducit fotus ex decoct. *verbaſc. flor. ſambuc. & ſem. hyoſcyam.* Laudatur *ſcrophularia*, ſed *chelidonium minus* eſt inſtar omnium pro *Apertio.* *Dolores.*

uſu interno quocunque modo uſurpatum. *Camphora* & *ſacchar. ſaturni* pro uſu externo in unguentis. Ad hæmorrhoidum exulcerationem linimentum ex *auro fulminante*, & *ol. amygd. dulc.* eſt ſingulare experimentum apud *Anglos*.

Fromanni ſententia.

Fluxus hepatici nomen perperã in Medicina retentum.

Art. 2468. Fluxus hepaticus Medicis communiter eſt humoris ſanguinei, tenuis, ſeroſi, & loturæ carnium ſimilis, copioſa, liquida, ſæpeque diuturna dejectio non ſine dolore gravante, cum virium, & actionum languore, & faciei pallore. Hepaticus dicitur, quia ab Hepatis imbecillitate originem ducere putatur, quando nimirum hepatis facultas retentrix propter atoniam adeo debilitata eſt, ut ſanguinem retinere amplius non poſſit, hinc ad inteſtina ſanguis crudus ruit, & inde per venas mœſentericas rejicitur. Verum cum ab hepate ad inteſtina nihil amandetur, fluxus hepaticus nullus eſt ut Dn. D. *Ammannus* in Paræneſi ad Diſſent. p. 162. bene notat, neque venæ huic oneri ferendo, ad extra ſtante jam ſanguinis motu circulari, pares ſunt.

Quia hæmorrhoidalis proprie fluxus eſt.

Art. 2469. Cadunt ergo omnes illi fluxus hepatici, quos *Hercules Saxonia* lib. III. Med. Pract. cap. 15. recitat, nimirum chiloſus, lacteus, ſanguineus, purulentus, carneus, colliquativus & humoroſus. Itaque ne aquam e pumice petamus, ad alium fontem recurrendum erit nobis, aliique in eo quærendi rivi. Fons autem alius nullus eſt, niſi ipſa maſſa ſanguinea, rivuli vero ſanguinei arteriæ cœliacæ rami ſunt in inteſtina tendentes, quare *Paulus Barbette*, in Praxi & *Deckerus* Exerc. Med. Pr. cap. 7. p. 550. fluxum hepaticum ex arteriarum ſplenicarum,

quæ

quæ quibuſdam hæmorrhoidales ſuperiores dicuntur, apertione diſerte deducunt.

Art. 2470. Hæ nimirum a ſero copioſo ſanguini admixto relaxatæ & reſeratæ, fluxui, qui hepaticus dicitur, præbent occaſionem, ut eleganter *Joh. Laurentius* Fehr in diſp. inaug. de flux. hepat. quoque demonſtravit, atque adeo tota differentia fluxus hepatici & hæmorrhoidalis in hoc uno conſiſtit, quod in hepatico arteriæ hæmorrhoidales ſuperiores in hæmorrhoidali vero inferiores ad ſedem deſinentes tum internæ tum externæ aperiantur. *Quod a quibuſdam ad notatũ.*

Art. 2471. Non ergo eſt, ut ob exiguam hanc differentiam, quæ facile componi poteſt, peculiaris in Medico Foro Hepatico fluxui aſſignetur locus; ſed præſtat mutato nomine eumdem ad caput, quod de hæmorrhoidibus inſcribitur, referre, niſi velimus in certo caſu retinere nomen idem, quatenus ſcilicet hepar, ob intemperiem quamdam excedentem ſymbolam ſuam ad ſanguificationis negotium (dicere debuerat ad bilificationis) conferre neſcit, & ſic remote ad fluxus hujus ortum concurrit. Verum annon pari ratione fluxus ſtomachicus, cordialis, ſpleniticus, nephriticus concedendus foret? Cuivis conſiderandum relinquimus. Præſtat ergo fluxus hepatici nomen plane deſerere. *Concluſio.*

Riverii ſententia.

Art. 2472. *Mercurialis* docet *tamarindos* præcipue miram poteſtatem habere ad compeſcendum hæmorrhoidum fluxum. In fluxu immodico fotus ex *verbaſc. tapſo barbato*, *fol. plantag. flor. roſ. rub. balauſt.* &c. *in aq. ferrat.* & *vin. aſtringent. decoct.* convenit; ut & *unguentum comitiſſ.* curato hæmorrhoidum fluxu, præcavendum eſt, *Fluxus immodicus.*

ne redeat, quod fit *victus* ratione convenienti, *venæſectione* bis vel ſæpius in anno, *purgatione* leni, &c.

In gravi dolore. *Art.* 2473. Oleum *buxi* præ cæteris dolorem lenit, ſi illius gutta una ſupra hæmorrhoides apponatur, vel cum *ol. ſem. lini* miſceatur, item *ſaccharum ſaturni in aq. roſ.* pro fotu dolorem ſedat.

Mayerni ſententia.

Remedia varia, externa, & interna. *Art.* 2474. Chalybs ſeu ferrum eſt ſpecificum in hoc affectu obſtructiones viſcerum tollens, atram bilem domans & plurimum dulcificans, viſcera roborans, &c. Cerevifia parari poteſt cum *limaturis*, vel *ferri rubigine*, & *herbis* & *radicibus ſpecificis*, &c. *Aquæ Spadenſes* & *minerales acidulæ*, multum valent. *Vernix*, qua utuntur pictores, eſt remedium ſingulare in curandis hæmorrhoidibus, tam apertis, quam latentibus; ſi apertæ fuerint, & nimis tenaciter vernix cuti adhæreat, addatur *ol. roſarum:* hujus uſu ſanatus eſt *Carolus* quintus a muliere, cum nulla ope curari poſſet: vernix autem præparatur ex *ol. lin.* ℥xij. *tereb. ven.* ℥iv. *ſandarac. puriſſim. ſive gum. junip.* ℥iij. liquentur ſimul lento igne, &c. De *ſuppoſitoriis* vide locum. ℞. *Unguent. popul.* ℥ij. *cochinel. in alkool. lævigat.* ʒij. *ſacchar. ſaturn.* ʒj. *ol. hyperic.* q. ſ. miſceantur diuturna agitatione in mortario plumbeo, f. unguentum e bombyce applicandum & continuo geſtandum.

Farrago ſententiarum.

Vires ſcrophulariæ. *Art.* 2475. Si quis hæmorrhoidum dolore inſano torqueatur, (inquit *Sennertus*) minimum quid *ſcrophulariæ*, vel radicis vel foliorum, cum cibo

cibo aut potu capiendo, ſtatim dolore liberatur, ſive ipſam plantæ ſubſtantiam ſiccam vel viridem, ſive decoctum ejus aſſumat. Sedandis hæmorrhoidum doloribus (inquit Cheſneau) præſtantiſſimum eſt *unguentum de linaria a Vvolphio* inventum; & pluribus medicis *Germaniæ* communicatum; ſimile anodynum, licet variis uſus fuerim, nunquam inveni; ſequenti modo paratur. ℞. *Herb. linar. cum floribus q. v. decoquatur cum adipe porcin. quouſque adeps valde vireſcat fiatque unguentum, uſus tempore adjiciatur vitelli ovi tantum quantum unguenti quantitas requirit.* *Unguent. de linaria.*

Art. 2476. *Cepa* vel *porrum* ſub cineribus coctum cum *ol. roſ.* & *pauco croco* valde laudantur a *Solenandro* (& pro certo *porrum* cum butyro in ſartagine frixum dolorem ad miraculum ſedat.) De viribus *chelidon. minoris* in hoc affectu conſulatur *Solenander*, qui de hoc morbo egregie ſcripſit. *Oleum ſuccini* per ſe uſurpatum dolorem atrociſſimum compeſcit. Sequens linimentum eſt admodum proficuum, ℞. *Balſam. ſulph. terebinth. unguent. nicotian. ana* p. æ. m. f. liniment. & ſequens *Boyleanum*, ℞. *Sacchar. ſaturn.* ʒß. *acet. opt.* ℥iv. *ol. ſambucin.* q. ſ. m. f. linimentum. *Roſmarinus* ſingulis auroris comeſtus hæmorrhoides penitus tollit. Ad dolorem & ardorem compeſcendum, & fluxum immoderatum lente ſiſtendum, inſtar arcani (inquit *Dolæus*) medicis junioribus commendo vile ſed proficuum hoc remedium. ℞. *Alchool lapid. ſciſſil. q. v. cum butyri non ſaliti q. ſ. f. unguent.* Aliquando etiam ſequentia in uſum adduci poſſunt; *Tabulæ divinæ, fotus ad hæmorrhoidum dolorem, fotus ad hæmorrhoidum fluxum immodicum, electuarium ſtyptic. Cataplaſma de ovis, enema de verbaſco, unguentum hæmorrhoidale.* *Cepa & porri, &c.*

HERNIA VARICOSA.

Ettmulleri ſententia.

Hernia varicoſa. *Art.* 2477. Hernia varicoſa eſt tumor varicoſus venarum ſpermaticarum; tacto patet, quaſi funiculi tenſi hinc inde oblique diſtributi & nodi æqualiter uvæ in modum conglomerati obſervantur, cum teſticuli plus minus relaxatione; dolor aliqualis (aliquando acutus) percipitur. Difficile eſt malum, & quod etiam interdum cancroſi aliquid occultum habet.

Curatio. *Art.* 2478. "In genere medicamenta, quæ conducunt in aliis tumoribus *varicoſis*, præcipue „ *hæmorrhoidibus cœcis* in hoc affectu etiam ſunt „ proficua; *deligationem* aptam vix admittit; „ opem fert pſychroluſia vaſa relaxata contrahendo firmandoque; ut & lotiones & fotus „ aſtringentes frigide uſurpati, & præ reliquis „ ſequens, ℞. *Liquor. coriariorum, quo utuntur* „ *ſubigendis coriis* ℔j. *ſacchar. ſaturn.* ℥ij. *alum.* „ ℥iß. f. ſolutio quæ ſit pro uſu prædicto; conveniunt *venæſectiones*, purgationes cum *Hellebor. nigr. & calomel. Rubigo ferri cum gum. Ammoniac. millepedes, Tinctura Hellebor. nigri*, „ *abſorbentia, antiſcorbutica*, &c. ſed ante omnia *oleum lini* frequenter intus ſumptum „ expertus laudo.

Platneri ſententia.

Hernia varicoſa ratio. *Art.* 2479. Quod Græcis Chirſocele, Latinis Ramex dictum fuit. Interdum enim quæ per inguem ad teſticulos deſcendunt, intumeſcunt, & quaſi conglomeratæ tum inguina, tum ſcrotum implent. Vel oculis patent, vel ſi magis ma-

magis conditæ non æque quidem cernuntur, habent aliquid tumoris pro venarum magnitudine & modo, qui prementi etiam renititur. Vitium naſcitur, ſi ſanguis in corpore malus eſt, craſſus, ater, atque concretus, qualis interdum eſſe ſolet literarum cupidis, quibus ſtudii ratio omnem corporis curationem, exercitationemque detrahit. Nec minus hoc aliis frequens eſt, quibus totus corporis habitus ex ſcorbuto, cachexia, aliiſque diuturnis gravibuſque morbis, vitiatus eſt. Non raro etiam venæ iis tument, qui concubitum nimis concupiſcunt, vel, qui inflammato animo venereis cogitationibus immorantur. Solent etiam interdum hæ Sedes ex illato ictu intumeſcere, vel, ſi venæ perizomate, aliave vinctura, compreſſæ fuerunt.

Art. 2480. Hoc vitium inter initia facilius avertitur, quam, ſi id vetuſtate confirmatum eſt, tollitur: Illud cauſæ æſtimatio ſolvere aliquando poteſt. Si vitium in toto corpore conſiſtit, & ſanguis abundat, is mittendus eſt, & cum corporis exercitatione adhibenda dilutiſſima, & frigida potio. Aliis cum his victus ſubtrahendus eſt, & cibus dandus, qui minus alimenti præſtat. Hi etiam monendi ſunt, ut animum a libidinoſis cogitationibus abducant. Si vero venæ, vetuſtate jam occalluerunt, vitium haud facilem curationem recipit. Auctores multi ſunt, incidendas eſſe tumidas induratasque venas, & ſanguinem concretum ex iis educendum, vulnera vero iterum ad ſanitatem perducenda. Sed hoc vix ſine periculo fieri poteſt, niſi remiſiores laxioreſque venæ fuerint. Nam in aliis, quæ occalluerunt, ſectio non ſine periculo eſt. Metuendum etiam, ne ex vulnere relicta cicatrix venas magis devinciat, prohi- *Curatio.*

beatque, quo minus ſanguis in eas permanare ſine impedimento poſſit.

OEDEMA.

Ettmulleri ſententia.

Oedema. *Art.* 2481. Oedemata ſunt tumores molles, qui digito prementi cedunt, & preſſionis veſtigia diutius retinent, frigidi, indolentes, & albicantes, ſæpius in cruribus evenientes. In leucophlegmatia totum corpus œdematoſum videtur. "Oedema ftequentiſſime a pituita ſola originem trahit, & *perfectum œdema* nominatur; quandoque vero cum aliis humoribus mixtum eſt, & *imperfectum* appellatur; hujuſmodi ſunt *Oedema Phlegmonodes*, *Eryſipelatodes*, *Scirrhodes*, &c." Hi tumores aliis morbis plerumque ſupervenire ſolent, imprimis chronicis, interdum etiam affectibus ſoporoſis & convulſivis, gravidis quoque familiares.

Curatio. *Art.* 2482. Conveniunt interne *ſtomachica & aromatica*, intermiſtis interdum *ſudoriferis & diureticis*; externe fotus & cataplaſmata *diſcutientia* ex *abſynth. roremarin. cham. ſalv. puleg. rut. flor. ſambuc. melilot. cham. bac. junip.* in lixivio & vino coct. addi poteſt etiam *ſulphur. vivum* inter coquendum. *Stercus* quorundam animalium cum *urina humana* valde proficuum perhibetur.

Vviſemani ſententia.

Art. 2483. Oedema ut plurimum non eſt periculoſum; quidam corporis craſſioris, & crapuloſi cruribus œdematoſis diutius vivunt; ex hydrope aut phthiſi malum caloris nativi defe-

Prognoſis.

ctum oſtendit; in abſceſſum tendens periculoſum eſt; ſi induреſcat, in ſcirrhum abire ſolet. Quoad curam medicamenta interna eadem ſunt ac in *cachexia* & *hydrope*; externa *diſcutientia*, *faſciatio*. " Præ reliquis vero pro uſu „ interno recordandum eſt *tincturam Hieræ* „ eximias vires obtinere.

Barbette ſententia.

Art. 2484. Signa Oedematis ſunt albedo, mollities digitis cedens; dolor minor, minorque pulſatio. Morbus ſi in ſcirrhum vel abſceſſum abeat difficile admodum curatur; periculoſus quoque ſi Phthiſis, aut hydrops adfuerit. In ſenibus, corporibus phlegmaticis, tempore hyemali, omnibuſque illis, qui cibo, potuve, immoderatius ſumptis calorem nativum continuo debilitant, frequentius ſe exhibet. *Prognoſis.*

Art. 2485. Curatio æque ac in aliis tumoribus diætam bonam exigit, cibum item potum & aerem moderate calefacientes & exſiccantes. Caro aſſata præſtat elixata; Nocent fructus horarii, caſeus, piſces marini &c. Nocet & quantitas, cibi potuſque nimia. Conducit Vinum per ſe uſurpatum, aut herbis calefacientibus alteratum. Motus corporis moderatus ante ſumptum cibum valde prodeſt; ut obeſt ſomnus diuturnus inprimis diurnus, alvi item durities, quies, & triſtitia. *Regimen.*

Art. 2486. Venæ ſectio omnino inutilis hic, & non niſi rariſſime inſtituitur. Sed ſudoris provocatio, & purgatio frequentius locum habent; quandoque & vomitus. Semper autem & præcipue quidem ventriculi habenda ratio eſt. *Curatio.*

Art. 2487. Tumori ipſi in principio adhibemus medicamenta repellentia, diſſipantibus tem- *Remedia externa.*

perata, ita tamen ut diſſipantium virtus excedat; mox diſſipantia ſola, eaque fortiora, aut debiliora pro morbi conditione veluti:

♃. *Aloes* ℥iij. *Boli armen. unc. ſem. Acaciæ Sang. Draconis, Rad. cyperi pulv. ana* ℥ij. *Croci* ℥. *ſemis Acet. roſat. unc.* j. *ſem. Ol. myrthin. Lumbric. terr. ana unc.* j. *Ceræ* q. ſ. m. f. *Ceratum.*

Aliud fortius: ♃. *Sulph. crud. Ciner. ferment. vitis, ſalis Gemmæ ana* ℥ij. *Farin. fabar. unc.* ij. *Acet. unc.* j. *Ol. nucum* ℥j. *Terebinth. & Ceræ* q. ſ. m. f. *Unguent. vel Ceratum.*

Aliud adhuc fortius: ♃. *Ladan. unc.* j. *ſem. Thur. unc.* j. *Styrac. calamit. unc. ſem. Sulph.* ℥vj. *Alumin. ſal. nitr. Ciner. commun. ana* ℥ij. *Stercor. Vaccin. unc. ſem. Ol. rutac. unc.* j. *Terebinth. & picis* q. ſ. m. f. *Emplaſt.*

Item Cataplaſma efficax: ♃. *Rad. Alth. unc.* iij. *Bryon. Ebuli ana unc.* ij. *fol. Salv. Rutæ ana m.* j. *Sabinæ m. ſem. Coq. ex Aq. & Vin. æqualib. partib. Addendo ſub finem Acet. unc.* iij. *Contuſis adde Farin. fabar. unc.* ij. *ſem. Ciner. commun. unc. ſem. Stercor. vaccin. unc.* j. *Salis commun. unc. ſem. Ferment. unc.* j. *ſem. Ol. Chamemel. unc.* iv. *Axung. Por. unc.* ij. m. f. *Cataplaſma.*

Quodſi Oeodema in abſceſſum mutetur, quod raro contingit; cataplaſma hoc etiam valde prodeſt, præſertim ſi cepas aliquas, omiſſo aceto, cum quantitate unguenti Baſilici ei admiſces.

Remedia interna. *Art.* 2488. Celerrime Oedema Vino hoc aut conſerva purgante curare ſolitus ſum, adhibitis inſuper faſciis longitudinem 12. aut 15. ulnarum habentibus, quas brachiis aut pedibus curioſe circumjici curo, ita ut & ſuperiora verſus aſcendant, & deſcendenti humori nullibi collectionis locum concedant. Hoc modo partes mobiles roborantur, humores præternaturales educuntur, mem-

membraquē externa ſpacio paucorum dierum ſanitati reſtituuntur.

℞. *Rad. Ireos florent. unc.* j. *Eryngii, Petroſell. ana unc. ſem. Rhab. elect. Agaric. trochiſc. ana* ʒiij. *Fol. ſenn. mundat.* ʒvj. *Cinamomi* ʒij. *Caryophyll.* ʒ. *ſem. Semin. Sileris Montani* ʒij. m. f. *nodulus cujus fiat infuſio in Vini Gallici antiqui pint.* ij. *Sumantur inde mane unc.* iv. *aut* v. *pro doſi.*

Vel ℞. *Electuar. de ſuc. roſar. unc.* j. *Jalap.* ʒj. *Sp. ſal.* ℈j. m. f. *Conditum. Sumat inde æger tertio aut quarto quovis die ad quantitatem fabæ aut nucis avellanæ.*

S C I R R H U S.

Ettmulleri ſententia.

Art. 2489. Scirrhus eſt tumor durus tactui renitens, indolens, immobilis: ut plurimum ſenſim generatur in partibus mollioribus; præter glandulas occupat alias partes, imprimis carnoſas, ſive internas, nempe viſcera, ſive externas quaſcunque. N. B. Scirrhus eſt vel indolens, & *legitimus*, vel *dolens* & præterea nonnihil liveſcens, & nothus, qui ſubinde eſt cancroſus, unde ſi curatur periculum eſt, ne in cancrum degeneret. „ Scirrhus, qui doloris eſt expers, & „ cui pili increſcunt, incurabilis omnino habe- „ tur; coloris lividi valde periculoſus, & ſæpius „ in cancrum degenerat; imperfectus exiguus, „ aliquo modo dolorificus, aliquando, licet rariſ- „ ſime, curatur. *Scirrhus qualis eſt tumor. Prognoſis.*

Art. 2490. „ Quoad curam inſtituenda eſt catharſis cum mercurio dulci, & helleboro ni- „ gro, & aliquoties repetenda; & in intervallis „ cum fructu exhiberi poſſunt *pulveres abſorben-* „ *tes, antimon. diaphoret. cinnab. antimon. Elect.* *Curatio.*

„ *ni-*

„ *nigrum*, *decoctum e lignis*, *milleped. viv. vel* „ *præp.*" Interim externe uſurpanda ſunt *reſol-* „ *ventia* fortiora cum *diſcutientibus* moderatis permiſta, ut tumor ſucceſſive reſolvatur. *Stercus bubulum* aceto incoctum ſcirrhum mirifice diſſipat; item *oleum tartari rectificatum*, *fœtidum* licet, tumores duros potenter emollit & diſcutit, ut etiam cataplaſma ex *brion.* cum *ſtercore caprillo*. Scirrhus, ſi non poteſt ſenſim reſolvi, non eſt ſuppurandus, ne cancroſus evadat, intactus omnino eſt relinquendus, aut applicatione *nitri* in aceto diſſoluti in lapideam duritiem indurandus. „ Scirrhus, qui omni ſenſu deſtitui- „ tur, eſt incurabilis.

Scrophula. *Art.* 2491. Strumæ ſeu ſcorphulæ ſunt tumores, vel *indolentes* & benigni, vicinis partibus colore ſimiles, mobiles, &c. vel *dolentes*, fixi, colorem ſubcæruleum vel ſublividum repræſentantes, hæ ſtrumæ malignæ dicuntur, vix aut ne vix quidem curabiles. *Curatio.* Prioris generis ſtrumæ *diſcutientibus* tentandæ ſunt; *emplaſtrum de cicuta cum ammoniaco*; in incipientibus convenit fotus cum ſpongia *aqua calcis* ebria; *empl. de ranis cum mercurio*. Scrophulæ ſuppuratæ non ſunt ſtatim aperiendæ; ſed quamdiu fieri poteſt, abſceſſus clauſus linquendus eſt, propterea, ut eo major glandulæ ſtrumoſæ pars per maturationem in pus abeat, nam tota, ſi fieri poſſit, eſt abſumenda. Interne convenit *purgatio* cum *helleboro nigro* & *mercurio dulci*, & *acidum abſorbentia*, &c. Oſſibus adhærentes fere incurabiles ſunt.

Vviſemani ſententia.

Definitio. *Art.* 2492. Struma ſeu ſcrophula eſt tumor „ durus, inæqualis; rariſſime dolorificus, reli- „ quo corpori plerumque concolor, aliquando

„ levis

„ leviter rubeſcens aut liveſcens“ a peculiari ſeri ſanguinis aciditate ortus, quod ubicunque in glandulas, muſculos, membranas, imo ipſa oſſa incidit, coagulatur & indureſcit. Glandulæ ſunt ſedem hujus morbi frequentiorem, præcipue autem ac primario glandulæ meſenterii, quæ nunquam intactæ ſunt, ſi morbus alicubi in corpore vigeat. Cernitur frequentiſſime in labiis, maxime ſuperiori, illud incraſſat, & fiſſura obſignat.

Art. 2493. „ Prognoſis a magnitudine morbi „ & reliquis ægroti conſtitutionis circumſtantiis „ plerumque deſumitur; eſt morbus admodum „ difficilis curatu, & ubi hæreditarius, inſana- „ bilis, ut etiam in ætate grandioribus, vix poſt „ annum quadrageſimum curatur. *Prognoſis.*

Art. 2494. Medicamenta interna ſunt *cathartica*, *alterantia*, & *ſpecifica*, *millepedes*, *lac aſininum*, *decoct. ſarſæ*, „ *Pulv. ad ſtrumas Batean. ſpongia calcinata*, *paronychia cum folio rutaceo*, &c. Sudoris provocatio eodem modo ac „ mediis, ut in *Lue venerea*, inſtituta hic plu- „ rimum facit, immo vel ſola ſtrumas tollit, &c.“ Externe indicationes ſunt *reſolutio*, *ſuppuratio*, & *extirpatio*: Strumæ molliores aliquando reſolvuntur; ſtrumæ phlegmonoides frequenter ſuppurantur, ſed antiquæ, duræ, ac crudæ raro ad perfectam ſuppurationem perveniunt. Si ſtruma ſit mobilis & libera, extirpatio per *inciſionem* eſt cura promptiſſima; ſin vero ſtrumæ ſint grandiores & profunde jacentes, extirpatio per *cauſtica* melius efficitur, inter cauſtica ad hoc inſtitutum optimum eſt iſtud, quod conficitur ex *calce viva in lixivio ſaponis* cocta: Apertione per cauſticum facta ſtruma eſcharoticis eſt abſumenda, huic uſui inſervire poteſt *pulvis ſine pari* dictus: ex æquali parte *mercurii ſublimat. auripigment. calcis & viv.* mitior eſt *mercurius præcipitatus.* *Curatio.*

tatus, cum, vel ſine *alumine uſto*, lente tamen operatur.

Conſulendus eſt auctor. *Art.* 2495. „ Præſtantem hunc tractatum Auctoris, chirurgus juvenis iterum atque iterum „ diligenter evolvat.

Platneri ſententia.

Scirrhi externi ubi maxime conſpicui. *Art.* 2496. Fiunt ſcirrhi in interioribus ſedibus viſceribuſque, quorum curatio, ſi quæ datur, a Medicis requirenda eſt: Chirurgus ſcirrhos curandos accipit in palpebris, glandula lacrymali, glandulis Meibomii, caruncula quæ in cantho interno ſita eſt, in labris, lingua, parotidibus, maxillaribus, ſublingualibus glandulis, in glandula Thyroidea in qua ſedes ſtrumarum eſt, in mammis, teſtibus, ſub alis, in inguinibus, in utero, & ubique, ubi majores vel minores glandulæ ſunt. Tunica adipoſa, & celluloſa in omnibus corporis ſedibus indureſcit.

Prognoſis. *Art.* 2497. Si ſcirrhus, qui exteriorem aliquam ſedem occupat, non a ſubita cauſa ortus eſt, ſed per ſe, & intus orto vitio incepit, metus eſt, ne viſcera, & interiores partes ſimili vitio laborent. Hic nec medicamentis facile curatur, nec tuto ſecatur. Tumor enim exciſus, poſt inductam etiam cicatricem, vel priori, vel alio loco revertitur.

In quibuſdam tamen ſedibus majus periculum eſſe ſolet. In mammis enim ſi ſcirrhus initatur, is protinus in cancrum degenerat. Quamvis etiam in muliere, cui cæteroquin integerrimum corpus eſt, tumor nulla imprudentia agitetur, is tamen plerumque concitatur eo tempore, quo per ætatem menſtrua ſiſtuntur. In lingua labriſque etiam major metus eſt, quia hæ partes, & multo humore redundant, & aſſiduis fere motibus agitantur.

Quam-

Quandiu in ſcirrho perfecta vaſorum obſtructio eſt, & vaſa, quæ cum retenta ſiccataque materia in unum quaſi concreta ſunt, integra manent, humores vero boni ſunt, & ſine acritudine; ſcirrhus benignus dicitur, qui, ut res, quaſi aliena, & quæ ſine vita eſt, aliis vitam habentibus adhæreſcit. Si autem ex quacunque cauſa humores, qui in vaſis circa ſcirrhum ſunt, citantur, hæc tandem rumpuntur. Humores vero, qui ſine noxa quieverant, jam hoc motu, & attritu cientur, calore putres fiunt, & acres, qui proxima, adhuc ſana rodendo ſinuant. Et ſic tandem Scirrhus in malignum verumque cancrum degenerat.

Scirrhus qui recens eſt, & nondum occalluit, & qui non a mala cauſa ortus, non nimis magnus, & ſcaber eſt, & ubi vaſa nondum intumuerunt, qui etiam mobilis, & ſine dolore in corpore integro eſt, aliquando medicamentis vincitur.

Benignus ſi ei nulla vis adhibetur, iſque nec medicatione, nec aliis concitatur, ſæpe ad vitæ finem ſine noxa tolerari poteſt. Qui vero nec medicamentis vinci, nec tolerari poteſt, nec non omnis malignus, ſcalpelli operam deſiderat; nec tamen ii tuto ſemper ſecantur. Si enim metus eſt ne nervus, ne arteria major, ne vena incidatur, ſi humor altiores agit radices, iſque ſubjectis partibus valentius adhæret; ſi a vitio, quod intus in corpore eſt ortum habet; vel ſi corpus in quo hæret, mali habitus eſt, & viribus a ſenio, aliave cauſa defectum; & ubi cancer mammas infeſtat, ſi jam glandula ſub ala intumuit: nec ſectio prodeſt, & ii, qui ferro tollere malum tentant, plerumque celerius hominem occidunt.

Art. 2498. Ergo ubi ſpes ſcirrhum, qui exter- *Curatio*

nas

Chirurgica ſine inciſione. nas corporis ſedes infeſtat, tolli poſſe, ſuper tumorem danda ſunt, quæ aliquantum molliunt, retentam materiam mobilem reddunt, aſt ſimul putredini reſiſtunt. Sedulo etiam, & in his curationibus tenendum eſt, quod ſupra de glandularum tumoribus reſolvendis præcepi. Inter emollientia prima ſunt Emplaſtra ex gummi parata, & ex cognitis compoſitionibus malacticum, & diachylon, tum ſimplex, tum compoſitum, adjecto diaphoretico Mynſichti, nec non gummi galbanum, ſagapenum, quæ gummi vitello ovi excipi, & ſuperdari poſſunt. Expedit vero, hæc ſatis craſſa alutæ illinire, & cum hac ſuperdare; emplaſtra vero manibus in magnitudinem tumoris dilatare, & imponere, ſubinde etiam calefactoriam regulam ſuper habere. Nec ſi vitium recens eſt, aliena ſunt cataplaſmata ex farinis, mica panis adjecto hyoſcyamo, croco, & parum ol. alth. lil. verbaſc. hyoſcy. quæ tamen minime humida eſſe oportet. Ex his fere commodiſſimum eſt, quod paratur ex caricis pinguibus, conquaſſatis, uſtulatiſque, donec temperaturam pulticulæ habeant. Proſunt vapores ex aceto bene calido, ſi in illud igniti ſilices conjiciuntur, & ſuper vaporem locus collocatur. Levis etiam frictio, maxime ſi alia, quæ admota fuerunt, tumorem jam aliquantum immutaverunt, multum proficere ſolet. Plures extollunt Emplaſtrum Vigonis cum mercurio. Fere commodius eſt unguentum Neapolitanum tumori illinire, vel imponere plumbeam laminam, quam argentum vivum penetravit. Argentum vivum prodeſſe poteſt, ſi vitium ex venereo morbo enatum eſt, raro proficit in mammis, ſi ex alia cauſa induratæ ſunt. Neceſſe vero eſt, ſi eo uti volumus, ut ſubinde detur catharticum, ne mercurius ad ſalivæ glandulas convertatur, & oriatur ptyaliſmus.

mus. Nam & hoc curationis genere quod plures ſcirrho adhibuerunt, hunc rariſſime tolli, obſervatione cognitum eſt. Intus dari debent diſcutientia ex rad. ſarſaparillæ, bardanæ, chinæ, graminis, & ex illis, quæ nomine radicum aperientium proſtant. Nocent cathartica, quæ corpus nimium ſiccant; reſolventia, quæ humores nimium citant.

Art. 2499. Ubi vero hæc tumorem nihil mutaverunt, iſque nec deſiit, nec mollior factus fuit, ad ſcalpelli curationem veniendum eſt. Medio tumor una linea, vel duabus tranſverſis, uſque ad tunicam, qua ſcirrhus incluſus eſt, inciditur, diducta parumper cute. Tumor vel forcipe *Helvetii*, vel duabus linis tranſverſis acu trajectis, vel, id quod fere optimum eſt, digitis, adducitur, & ab integro corpore digito ſeparatur, totuſque cum velamento ſuo ejicitur. Si enim ſic glubendo eximitur, radices, ſeu durati nervi, vaſaque lymphatica melius extrahuntur, nec adeo metuenda eſt ſanguinis profuſio. Sanguis enim ex ſectis vaſis majori cum impetu ruit, quam ex ruptis ac dilaceratis. Siccis linamentis vulnus implendum eſt, ſupraque imponendi panni, injiciendaque faſcia. Nec protinus ſanguis, niſi majori impetu ruat, ſupprimendus eſt, in cujus curſu adverſus inflammationem auxilium eſt. Raro valentioribus opus eſt, quibus ſanguis ſiſtitur. Si quando autem tunica eximi non potuit, illa concidenda eſt, & inſpergenda, ſuperdandaque adurentia, & alia ſunt, quæ pus movent. Si enim ejus aliquid ſuper ulcus relinquitur, omne id in pus verti debet, ne putris caro excreſcat, vitiumque revertatur.

Curatio Chirurgica per ſcalpellum.

Stor-

Storchii ſententia.

Art. 2500. Remedium exhibet novum experimentiſque probatum ex Cicuta vulgari Germanice *Schirling* dicta, cujus internus uſus hucuſque reprobatus eſt, quod teterrimum venenum audit. Parva tamen doſi & rite parata utile admodum, & ſumme reſolvens medicamentum ſiſtit, quod indurata, & ſcirrhoſa reſolvit, ubi etiam alia medicamenta ſumme penetrantia nihil efficiunt, & quæ non reſolvit plerumque ad benignam ſuppurationem redigit, cancro ponit limites, & ulcera, fiſtulas, & ſinus ad omnia alia remedia rebelles claudit, & conſolidat; tum demum incipientes cataractas aut ſolvit, aut earum progreſſum ſaltem impedit.

Hoc vero remedium ſic paratur, ℞. Fol. Cicut. recent. q. ſ. exprimatur ſuccus, iſque recens lentiſſimo igne in vaſe terreo (ſæpius agitando ne amburatur) coquitur ad ſpiſſitudinem extracti. Hoc extractum ſ. q. pulveris foliorum ejuſdem Cicutæ in maſſam pilularem ſubigitur ex quo fiunt pilulæ granorum duorum, quæ auro, vel argento obduci poſſunt. Hujus uſus a minima doſi ſemper incipit, unica pilula mane, & veſperi ex infuſo thææ, vel juſculo vitulino exhibita, tertio vero quartove die ter etiam talis pilula juberi poteſt. Poſt octiduum ter de die duæ pilulæ dantur, atque hac ratione ſenſim pro neceſſitate augendo ad drachmam unam, vel ſeſqui alteram quotidie ingerendam pervenitur. Ejus actio inſenſibilis eſt, nec alvum, nec vomitum, nec urinam, nec ſudorem movet.

Far-

Farrago ſententiarum.

Art. 2501. Notarunt quidam medicamenta ad curandas ſcrophulas in ultima lunæ phaſi majori cum ſucceſſu aſſumi, & in novilunium uſque continuari debere. Decoctum *folior. tuſſilaginis* interne ſumptum per longum tempus ultra omnia, quæ hactenus nota ſunt, hunc morbum tollit, ut experimento fideli D. *Franciſci Fuller* mihi quondam amiciſſimi conſtat: videatur locus medicin. gymnaſtic. p. 93. Pro ſpecifico etiam habetur *paronychia folio rutaceo in* cereviſia infuſa. Infuſum *roriſmarini* inſtar theæ, item *rad. ſcrophulariæ* ab *Ettmullero* ſumme laudantur. „ *Lamium* in lacte coctum ipſum coagulat; ſerum „ intus ſumptum, & coagulum ulceribus appli„ catum ſine alio quocunque remedio morbum „ ſanant, ut a quodam ruſtico accepi, qui & „ ipſe & aliquis ejuſdem vicinus, ambo deplo„ ratiſſime ſtrumoſi, curati ſunt. " Extat hiſtoria ſtrumarum deletarum applicatione manus hominis mortui in *Act. Philoſ.* Sequens emplaſtrum ſtrumas reſolvit, vel ad ſuppurationem deducit, & nunquam fallit, *ait Zacutus cum juramento lib.* 1. *prax. admirand. obſerv.* 101. ℞. *rad. brion. in taleolas ten. ſect.* ℔ſs. *frige in ſartagine quouſque contabeſcat, cola & add. terebinth. abietis* ℔ſs. *cer.* ℥v. *f. unguentum* ſ. a. *De viribus tuſſilaginis.* *Parony-chia, &c.*

Sub ſtrumarum nomine veniunt, aut venire poſſunt, articulorum *tumores albi dicti*, & revera plerumque ſunt peſſimi commatis, de his empirici, & tyrones nonnunquam graviter hallucinantur, illos cum *artuum luxationibus* confundentes, unde mille mala; quocirca cautela opus eſt. *Tumores.*

Art. 2502. Hi tumores diſcuti nequeunt, aut *Prognoſis.*

ſaltem rariſſime & quam difficillime, ſi autem in abſceſſus vergant, panderæ pyxides ſæpius includunt, oſſium caries, ligamentorum putredines, ulcera fiſtuloſa, & curatio denique non raro ſaltem imperfecta erit, articulis ſcilicet inflexibilibus relictis, & quod adhuc pejus, tandem aliquando *tabes univerſalis* induci ſolet.

Curatio. *Art.* 2503. Curatio interna eadem eſt ac in aliis ſtrumoſis affectibus. *Suffuſio frigidæ* hic multum prodeſt, ſpeciatim a fide dignis mihi nunciatum fuit, plures curatos fuiſſe artum aliquamdiu detinendo *ſub flumine molari decidentis aquæ*, idem experimentum aliquoties repetendo. Atque hic atteſtantem habemus *Cheyneum* hoc remedii genus in iſto affectu eſſe *infallibile*, vid. *Tract. de Arthritide*, p. 87. Apta deligatio parti affectæ tempeſtive inducta fluxionem plerumque prohibet. Cunctatio periculoſa eſt: abſceſſus enim hujuſmodi ſummam chirurgi peritiam poſtulant, ut ſupra dictum eſt.

SPINA VENTOSA.

Vviſemani ſententia.

Spina ventoſa. *Art.* 2504. Spina ventoſa eſt ſcrophulæ quædam ſpecies, quæ eſt oſſis protuberantia cutis colore non mutato; raro accidit, niſi in infantibus & junioribus: In oſſibus minoribus, uti cranii, maxillæ, digitorum, &c. eſt curabilis; non vero in majoribus.

Curatio *Art.* 2505. Aperiendus eſt locus juxta protuberantiæ longitudinem ac os carioſum eodem modo tractandum eſt, ac in ulceribus cum oſſibus carioſis poſtea dicetur.

Art. 2506. „ Chirurgus curioſus conſulat D. „ *Freind*, *Hiſt. Med.* Vol. II. p. 54. &c. de hujus „ affe-

„ affectus natura & indole a libris *Rhaſis & A-*
„ *vicennæ.*

Junckeri ſententia.

Art. 2507. Spina ventoſa eſt ſpecies corruptionis oſſium, & in eo tantum a carie differt, quod intus originem ſuam ſumat, & extrorſum rodendo pergat. Caries autem in ſuperficie oſſis exoritur, & introrſum rodit. Tres habet Spina ventoſa gradus: 1. Quando corruptio intus adhuc oclusa eſt, quo gradu dolores ſpinoſi, quaſi in meditullio ſentiuntur, externus autem contactus oſſis illos non exacerbat. 2. Quando corruptela fit manifeſta præcipue tumore ſpongioſo, & quaſi ventoſo. 3. Quando tumor ille prorumpit in ulcus fœtidum ſerum plorans. Spina ventoſa igitur quando externe manifeſta fit, tumorem quaſi ventoſum exhibet cum doloribus exquiſitis, qui ſenſum referunt, ac ſi ſpina infixa eſſet. Initium plerumque in extremitatibus oſſium ſumit, utpote mollioribus. Frequens eſt infantibus præcipue in artubus. Dolores in meditullio perſentiſcuntur, quamdiu corruptio adhuc in ocluſo eſt, per contactum non exacerbantur. *Spinæ ventoſæ diagnoſis & gradus.*

Art. 2508. Spina ventoſa calamitoſum eſt malum, aditum enim prius non concedit, quam ad acmin pervenerit, & tunc ſphacelus non raro ſupervenit. Quæ occulta adhuc eſt, reſpiciatur, num ab infectionibus venereis, vel inquinamentis ſcorbuticis derivanda ſit, atque pro harum rerum prudente dignoſi curationem internam inſtituere oportet. *Prognoſis.*

Art. 2509. In Venerea cauſa conducunt decocta lignorum per aliquot hebdomadas uſurpanda cum regimine, præcipue autem mercurialia, quia in tali caſu decocta raro ſufficiunt; con- *Remedia interna.*

junctis ſuccinatis, & floribus ſulphuris, ad ſcrupulum propinandis. In corruptione vero ſcorbutica remedia ad hoc aptiora requiruntur.

Remedia externa. *Art.* 2510. Quando his internis malum non cedit, terebrationem, ſeu perforationem in cavitatem uſque oſſis commendant Auctores, ut materia exitum nanciſcatur. Deinde balſamicis, uti cariem manifeſtam, tractare docent. Nam balſamica, ob denegatum exitum colliquatæ acris ſalſæ corruptelæ in tot foraminulis, quæ in cartilagine ſunt, nihil efficiunt. Atque demum partis affectæ extirpatio ultimum refugium eſt.

CANCER.

Ettmulleri ſententia.

Cancer tumor ſingularis. *Art.* 2511. Cancer eſt tumor plane ſingularis, ac omnino ſui generis. Punctio ab ægro primo percipitur; a piſi magnitudine ſucceſſive, modo citius, modo tardius incrementum capit, & progreſſu temporis evadit tuberculum durum, nigricans, lividum; quando exulceratus ſit, ardor eſt acerbiſſimus inſtar aquæ fortis corrodens, & depaſcens cum inſigni putrilagine & fœtore; venæ tumorem ambiunt hinc inde turgidæ, & nigricantes, tanquam *pedes cancrini* (unde nomen ſortitur.) Strumas & ſcirrhos male tractatos frequentius ſubſequitur, in mammis vero per ſe inchoat, in genitalibus utriuſque ſexus interdum adoritur. In partibus faciei externis, ore, naſo, labiis, &c. appellatur *noli me tangere*, item *lupus*; revera ſunt *cancrorum* ſpecies. Opera danda eſt, progreſſum impedire, ne exulceretur cancer.

Noli me tangere & lupus. *Cura palliativa.*

„ Poſtquam enim cutis diſrupta fuerit, certo certius hominem miſerrime interimit, carnem
„ ubique avidiſſime depaſcendo, fungos tanquam

braſ-

„ braſſicas floridas ubertim protrudendo, per „ acrimoniam humoris cauſticam vaſa nervoſa „ & ſanguifera deſtruendo & erodendo; unde „ ichoris copioſa effuſio cum vitæ fere diſpen„ dio; hæmorrhagiæ frequentes & profuſæ ple„ rumque agmen claudunt, & mortem opta„ tam accelerant. „ Cataplaſma ex *cicuta* potenter mitigat cancrum (ſed cavendum eſt, ne cutem excoriet) *fonticuli* ſunt inurendi. Interne conveniunt purgantia ex *helleboro & mercurio dulci*, decoctum *lignorum*, *millepedes* „ *item pulveres teſtacei & lac aſininum*, &c. Cancer ulceratus vix aut ne vix quidem curatur. *Oleum ſtercoris humani* in ulceribus cancroſis eſt ſummum remedium; ſi enim oleo hoc illinitur, ulterior progreſſus præcavetur. Multum quoque faciunt medicamenta *ſaturnina* acidum acre corroſivum mire abſorbentia & edulcorantia; ſed cura radicalis in *arſenico* conſiſtit (ſi verbis fides habenda ſit.)

Hildani ſententia.

Art. 2512. Galenus cancri curandi rationem duplicem ſtatuit, quarum prima perficitur medicamentis humores atrabilares expurgantibus: altera conſiſtit in extirpatione tumoris. Quantum attinet ad primam niſi ſtatim ab initio adminiſtrata fuerit, parum aut nihil ad ſanitatem poſſe, certum eſt; quandoquidem jam materia ita compacta atque indurata eſt, ut medicamentis purgantibus non cedat. Altera via a *Galeno* præſcripta, eſt extirpatio tumoris; hanc autem nonnulli *ferro candente*, alii medicamentis *erodentibus*, reliqui vero *cultro inciſorio* perficiunt. Quantum ad *cauterium actuale*, illud cum *Albucaſi* in ſcirrhoſis & cancroſis tumoribus atque

Curatio per medicamenta.

Cauterium.

ulceribus ſuſpectum habeo, quandoquidem vi ignis, qui id ſummo gradu caloris & ſiccitatis agit, magis indureſcit materia atrabilaris, fitque malignior. Porro extirpatio quæ fit medicamentis *eſcharoticis*, aut *ſepticis*, ſive quovis ſimili medicamento erodente, mihi quoque propter nobilitatem partis affectæ, ſuſpecta eſt. Adde: experientiam docuiſſe cancroſa ulcera hujuſmodi medicamentis exacerbari, atque pejora fieri. Supereſt extirpatio, quæ manu & inſtrumentis incidentibus fit, quæ præ aliis eligenda eſt, & tamen ſua habet incommoda & difficultates.

Eſcharotica.

Inſtrumenta.

Platneri ſententia.

Cancri deſcriptio.

Art. 2513. Scirrhum malignum factum eſſe ex notis quibuſdam ſcire licet. Ab initio dolor modicus, prurigo major, & circa locum aliqua quaſi punctura ſentitur. Dolor in die increſcit, fitque pungens, fodiens, pulſans, acris, urens, & ſub finem fere intolerabilis, quo homo detinetur, & ſimul multum cruciatur. Duritia inter hæc & aſpritudo augetur, color ab initio non alius eſt, mox ruber, lividus, & nigricans, & venæ, quæ etiam livent, circa tumorem multum inflantur, ac quaſi recurvantur. Tandem humor vitioſus velamentum, quo ſcirrhus comprehenditur, & quod a glandulæ tunica ortum videtur, nec non ſupremam cutem exeſt; ex ulcere humor fertur putridus, malique odoris, & verum factum eſt carcinoma ſeu cancer apertus.

Ejus progreſſus & prognoſis.

Art. 2514. Ubi eo uſque malum proceſſit, omnia exaſperantur, ex ulcere fertur ſanies, quæ mali odoris, tamque acris eſt, ut eam etiam cutim, impoſitaque linamenta arrodat. In omni enim cancro humor ex putri, qualis in ſphacelo

celo emortuus eſſe ſolet, ex rodente, qualis ex malis ulceribus exit, quaſi compoſitus eſt; quare vitium, quod & putrefaciendo, & rodendo ulterius ſerpit, inſanabile eſt. Hoc humore etiam inferius illud velamentum, quo tumor comprehenditur, exeditur, vaſcula, quæ lympham ferunt, indurantur, cum quibus hoc vitium altius in infra ſitas carnes deſcendit, & quaſi altiores radices agit. Ob hanc cauſam, ſi vitium mammas infeſtat, glandulæ, quæ ſub alis ſunt, intumeſcunt, & quia vaſa premunt, brachio etiam tumorem, doloremque acerbiſſimum, cum ſtupore adferunt. Ora ulceris & proxima cutis tumida, & dura, ſcabraque fit, & colorem habet ex rubro ſubnigrum, ulcus continuatur, & odoris fœditas in dies augetur. Putris etiam caro increſcit, quæ multum tumet, eminetque. Acutiſſimus acerbiſſimuſque dolor ægrum die nocteque fatigat. Febricula lenis oritur, quæ etiam, cum quievit, tamen repetit, ægrumque extorret, corpus extenuat, & ad ſummam maciem perducit. Ad ultimum homo, qui per multum ſæpe tempus miſerum ſpiritum trahit, omni ſentiendi facultate amiſſa, crebrius animo linquitur, quandoque convellitur, tandemque extinguitur. Subinde etiam hominem ſanguinis profuſio interimit, ſi is, ex qua arteria, venaque paulo majori, & ab acri humore eroſa, cum impetu ruit, & ſupprimi nequit.

Cancri mammarum curatio.

Art. 2515. Alia quidem curatio eſt ſcirrhi benigni, ac ſi malignus factus eſt, & cancer vel occultus vel apertus evadit. Quando mammam occupat ferro etiam raro ſanatur, maxime, ſi aliquid eorum in corpore eſt, quæ morbum ſanari prohibent. Si ulcus adhuc ſub cute, tumor autem durus, aſt mobilis, is quandoque eadem ratione ex carne & cute, digitis vel

ſcalpelli manubrio, diduci, vel juxta radices excidi, & inviolata tunica ejici poteſt. Si vero ſuperior cutis jam ſui coloris non eſt, ſed alienata, inferius autem tumor mobilis, is æque a carne, & aliis ei junctis ſeparari poteſt; ita tamen, ut, quantum ex cute vitiatum eſt, etiam forfice, vel ſcalpello præcidatur.

Si cancer totã mammã occupat. *Art.* 2516. Ubi vero cancer totam mammam infeſtat, illa tota præcidenda, & a muſculo pectorali ita ſeparanda eſt, ut potius hujus aliquid excidatur, quam ut aliquid vitiati omittatur. Dum vero præciditur mamma, ſcalpelli acies ab inferioribus ad ſuperiora procedere debet. Sanguis paulo valentioribus, prævinctis etiam, preſſiſque arteriis, ſupprimitur, vulnuſque curatur. Sub ipſa curatione, & poſt ſuperatam inflammationem intus danda ſunt medicamenta, ad ſanguinem alioſque corporis ſuccos purgandos idonea, & inter hæc leniora cathartica. Nec homo alium cibum, quam modicum, & ſalubrem capiat, vitatis omnibus acribus. Potui danda eſt ptiſana ex ſarſaparilla, aliiſque quæ ſanguinem purgant. In quo victu & abſtinentia, etiam poſt curationem, per longum tempus perſeverandum eſt, cum nunquam metus non ſit, ne vitium recrudeſcat.

Cancri labiorũ curatio. *Art.* 2517. In labris ſi cancri fiunt, hi protinus ita excidendi ſunt, ut ſemper aliquid ex ſana parte tollatur. Quia vero hoc ſine labrorum mutilatione fieri nequit, oræ adducendæ inter ſe, ſuendæque ſunt, trajectis, & ibi relictis acubus.

Cancer qui curari nequit. *Art.* 2518. Ubi vero vitium in quavis ſede penitius deſcendit, & vel certa deſperatio, vel gravior metus eſt, hominem ſectione ſalvum præſtari non poſſe, eſt prudentis chirurgi, hunc quem ſervare nequit, non attingere. Novum igi-

igitur petendum conſilium eſt, & adhibenda ſunt lenia auxilia, quæ quaſi blandiuntur, morbumque trahunt. Carnes quæ nimis ſuccoſæ, aut pingues ſunt v. g. ſuillæ nocent; ſi ſanguis in corpore abundat, is ſubinde detrahendus, & alvus etiam, ſed non niſi lenioribus, rhabarbaro, tamarindis, cremore tartari, mercurio dulci, pilulis Becheri, nunquam valentioribus ducenda eſt. Vitanda enim ſummopere omnia ſunt, quæ humores citant. Potioni ptiſana idonea eſt. In proxima parte fonticulus excitari poteſt.

Art. 2519. Quamdiu vitium adhuc ſub cute deliteſcit, fere omnia, quæ imponuntur, aliena ſunt. Locus contra frigus, omnemque injuriam, quæ exterius accidere poteſt, cuſtodiendus. Et fere optimum eſt, illum plumbea lamina, aſt tenuata, minimeque gravi contegere. Si dolor nimis acerbus eſt, quandoque ſuperhaberi poſſunt hyoſcyami herba, & papaveris flores, qui cera excipiuntur, vel Emplaſtrum Saturninum Mynſicht. Pinguia enim, & reſinoſa inimica ſunt. *Cancri occulti Prophylaxis.*

Art. 2520. Ubi autem ulcus adapertum eſt, pauca etiam medicamenta inveniuntur, quæ ſine noxa imponi poſſunt. Nam, ſi vis adhibetur, malum irritatur, & increſcit. Itaque contentus eſſe debet Medicus lenioribus, quæ ulcus purgant, & prohibent, ne id nimium ſerpat, vel ſupercreſcat. Ad id fere idonea eſt aqua phagedenica dilutior, quæ putrem carnem ſatis continet, nec ulcus nimium ſerpere patitur. Si vero major corruptio cum fœtore eſt, ei adjici poteſt parum eſſentiæ ſuccini, quam tamen minime acrem, & ſine ſale compoſitam eſſe oportet, vel admiſceri poteſt aqua vulneraria. Subinde etiam linamenta ſicca imponen- *Aperti Prophylaxis.*

da

da ſunt, quæ tetros humores quaſi bibunt, illaque ſedulo mutanda. Si dolor urget, cremori, qui ex cydoniorum ſemine cum aqua plantaginis paratur, adjici poteſt plumbum uſtum, & ulceri illini. Idonea etiam compoſitio eſt, quæ habet acetum, quod argenti ſpumam excipit, & oleum roſarum, quale vulgo linimentum nutritum appellant. Ex emplaſtris, quibus hæc continentur, fere optimum eſt Mynſicht. Ulcus quando deligatur, avertendus eſt omni ſtudio aeris afflatus, quo illud graviter afficitur.

Farrago ſententiarum.

Cancri occulti non medicandi. *Art.* 2521. Quibus occulti cancri fiunt (inquit *Hippocrates in Aphoriſm.*) eos non curare melius; curati enim cito pereunt; non curati vero longius tempus perdurant, i. e. (ſi mentem ſenis recte aſſequor) remedia plus nocent, quam proſunt, & officioſa medicatio mortem accelerat.

Epithema. *Art.* 1522. Certe, ſi quid aliud, epithema *Vviſemani* cancro occulto cum fructu aliquo applicari poteſt, quod fit ex ſolutione *ſacchari ſaturni in aq. ſpermat. ranarum*, cui urgente dolore graviori, addi poſſunt *trochiſci alb. rhaſ. cum opio*. " Emplaſtrum ſi velis, ſit *de minio* „ *ſimpl. Pharm. Lond. edit. ult. in linteo extenſum*, „ quod mitiſſimum eſt ac innocuum.

Qualis cancer extirpandus. *Art.* 2523. Cancer parvus, incipiens, liber, loco apto ſitus, vaſis magnis non adcretus, cauſa externa ortus, in juvenili ſanoque corpore, ſolus in toto corpore cum bona ſpe curationis extirpari poteſt.

Qualis non attingendus. *Art.* 2524. Quibus ſunt cancri in cavitate corporis, aut palato, ſede, vel utero, ſi ſecentur,

tur, vel urantur, ulcera cicatrice induci non poſſunt.

Art. 2525. Inter remedia *Empirica* valde prædicatur ſequens pulvis, ℞. *Verrucar. calcibus poſterioribus equi maſculi adhærent.* ℥ij. abluantur aqua communi, deinde in vino albo per noctem infundantur, & poſtea exſiccentur & in pulverem reducantur, doſ. ℥ß. bis in die in vehiculo qualicunque idoneo. *Sapo veneta ad* ʒj. bis in die exhibita, vel forma pillulari, vel in vehiculo appropriato diſſoluta, cancrum operatione quadam occulta vel ſpecifica ſanare dicitur. *Vid. Turneri Art. Chirurg.* pag. 83. Vol. I.

Art. 2526. Opportunum eſt monitum *D. Vuinter* in hoc uſu. Cancro laborantes (inquit) incipiant, ubi plus ſæpe finire ſolent, ad *diætam lacteam & aquas Briſtolienſes*, tanquam ad ſacram anchoram, confugiendo, & medicamentorum farraginem, præcipue *mercurialium & topicorum* vitando. *Remediũ empiricum.*

Art. 2527. Interne etiam exhibentur *antimonialia*, *mercurialia*, *viperina*, decoct. *e lign. millepedes*, &c. *cerevifia ad cancrum*; *cerevifia ad ſcrophul.* *Remedia varia.*

TUMORES FLATULENTI.

Sennerti ſententia.

Art. 2528. Tumores flatulenti (quos Græci *emphyſemata* vocant) a flatibus ſeu ſpiritu flatuoſo oriuntur. Materiam flatibus producendis præbet humor craſſus, pituitoſus vel melancholicus. Cognoſcuntur hi tumores, quod pars in molem nunc majorem, nunc minorem attollitur, ſine coloris mutatione; ex diſtintione autem interdum dolor aliqualis excitatur, nulla *Tumor flatulentus unde.*

tamen

tamen gravitas ſentitur, digito preſſi foveam nullam relinquunt, & ut plurimum periculo vacant; accidunt frequenter in palpebris, genubus, ſcroto, præputio, &c.

Curatio. *Art.* 2529. Conveniunt interne flatus *diſcutientia*. Non temere aperiendi ſunt hi tumores, præcipue in articulis exiſtentes, in aliis locis punctura facillime curantur. Applicationes externæ debent eſſe *diſcutientia*. " Emplaſtrum ſi
„ velis, ſit *de cymino cum exigua calce viva*.
„ Plura emphyſemata novi (*inquit Turner*) di-
„ ſcuſſa applicatione calcis vivæ more ca-
„ taplaſmatis, ut etiam linteïs aqua calcis forti
„ imbutis. Cavendum eſt ut accurate diſtingua-
„ tur ab *aneuriſmatibus*. Vid. *Art.* 2454.

TUMORES CAPSULARES.

Sennerti ſententia.

Tumores Capſulares. *Art.* 2530. Tumores in ſuis propriis folliculis incluſi non ſunt adeo difficiles tractatu ac ſtrumæ: hujuſmodi ſunt ganglium, lupia, meliceris, atheroma, ſtatoma, bronchocele, &c. Obſervatum fuit, quod hi tumores capſulares ſubinde *Lunæ phaſes* imitantur.

Gangliū. *Art.* 1531. Ganglium eſt tumor in tendine corporis concolor, doloris periculique expers. Curatur frequenter ſola *frictione* ſicca diuturna, aliquando frictione cum *ſaliva* abſque aliorum medicamentorum uſu; quidam applicant *laminam plumbeam argento vivo inunctam*; " vel ſe-
„ quens emplaſtrum tertio vel quarto quoque die
„ renovandum, ℞. *Empl. de ranis cum mercur.*
„ ℥ß. *de cicuta cum ammoniac.* ʒij. *argenti vivi*
„ *gr.* xvj. *min.* ʒj. *cum ſtyrac. liquid.* q. ſ. m. f. em-
„ plaſt. vel ℞. *Mercur. dulc.* ʒij. *Galban. colat.* ℥j.

„ mi-

„ *miſce pro emplaſt.* his remediis non cedens *ſe-*
„ *ctione* tollendum eſt.

Art. 2532. Lupia eſt tumor mollis & rotundus in juncturis & locis ſiccis ortus; a *Ganglio* parum, ſitu ſaltem, & mollitie, diſcrepans; materia frequenter in folliculo continetur; eandem fere cum Ganglio recipit curationem. *Lupia.*

Art. 2533. Meliceris, Atheroma, & Steatoma ſunt tumores, qui materiam habent peculiarem in propria tunica aut folliculo clauſam: Si enim materia intus contenta ſit melli ſimilis, *meliceris*; ſi pulti frumentaceæ, quæ ἀθήρα dicitur, *Atheroma*; ſi ſebo, *Steatoma* appellatur. Omnes hi tumores ſunt corpori reliquo concolores, a parvulo incipiunt & diu ac paulatim excreſcunt. Non ſunt periculoſi, diu tamen durant, & circumferuntur; interdum vero ſponte in abſceſſum deſinunt, quod ſi non fiat, non tam difficulter ut *ſcrophulæ* ac *ſcirrhi* curantur. *Meliceris. Atheroma Steatoma.*

Art. 2534. Curatio eorum omnium eadem fere eſt, eandemque requirunt diætam ac pharmaciam cum *œdematoſis*: " ut plurimum ſunt
„ adeo benigni, ut internis vix indigeant. „ Si ſponte non aperiantur *ſectio* inſtituenda eſt; ita ut cyſtis cum ſuis contentis penitus tollatur; ſi enim aliquid de tunica illa relinquatur, tumor regenerabitur. " Vel ulcus fiſtuloſum fœdiſſi-
„ mum difficilis & tardæ curationis relinquetur,
„ ideoque quod *cultro* nequit auferri *cauteriis*
„ abſumendum eſt, ne iterum repullulet. *Curatio.*

Art. 2535. Talpa ſeu Teſtudo eſt tumor mollis & latus, ex impuris humoribus inter cranium & cutem putreſcentibus collectus, *talpæ* aut *teſtudinis* formam referens. *Talpa ſeu Teſtudo.*

Art. 2536. Hujuſmodi apoſtemata, ut & alii capitis erodentes affectus, propter cerebri viciniam & ſuturarum cranii proclivem in cariem *Prognoſis.*

lapſum

lapſum periculo non vacant; quæ corruptionem cranii jam induxerunt, mala ſunt.

Curatio. *Art.* 2537. Quoad curam, præmiſſis univerſalibus, tumor *reſolventibus* & *diſcutientibus* tentandus eſt, ſi diſcutientibus tolli non poſſit (quod raro fit) *ſuppurantia* adhibenda ſunt, & quidem neque ſemper perfecta ſuppuratio expectanda eſt, ſed ſi aliqua ſaltem ſuppurationis ſigna adſint, tumor mature aperiendus eſt, ne os *cariem* contrahat.

Natta. *Art.* 2538. Tumor, quem Natam (Nattam, & Naptam appellant) eſt magnus & mollis ſine dolore, & colore, in dorſo præcipue excreſcens, quandoque tamen in humero & aliis partibus erumpens, a tenui quidem radice pendens, ita tamen incrementum ſumens, ut aliquot libras pendat, & melonis vel cucurbitæ quantitatem æquet, qui cum non ſemper eaſdem figuras habeat, ideo etiam diverſis nominibus ab authoribus appellatur. Materia quidem in eo interdum videtur carnoſa, ſed non vere caro eſt, verum adipi ſimilis. Non curatur niſi *exſectione*. " In Tranſactionibus Philoſophicis Anglic. " extat hiſtoria *ingentis Nattæ* maxillæ inferiori adnaſcentis, viginti pondo pendentis, cujus baſis fuit quinque digitos lata; abſciſſa fuit & homo perfecte ſanatus.

Heiſteri ſententia.

Cyſtici tumores tenuiores quomodo excidãtur. *Art.* 2539. Tumores tunicati pro diverſa indole, quam gerunt, diverſimode extirpari ſolent, quando nec eorum reſolutio, nec ſuppuratio ſatis rite proceſſit. Tenuiorem enim radicem, qui habent, ſuoque veluti petiolo dependent, ii, veluti in verrucis, ligatura injecta auferuntur, nam poſt aliquot dies veluti ſponte ſua deci-

decidunt; aut tumores hujuſmodi ſcalpello præciduntur, factumque inde vulnus ut vulnera reliqua deligatur, glutinaturque; vel demum medicamentis erodentibus circa eorum radicem quotidie applicatis ope emplaſtrorum tantum convolvuntur & firmantur donec decidant, vel eroſa ex majori parte radice, commode reſecari queant.

Art. 2540. Ubi amplior tumorum tunica incluſorum fundus, ſive radix advertitur, a ſcalpello, vel exedentibus petenda ſunt ſanitatis præſidia, quamquam vel ipſis etiam medicamentis exedentibus anteponi ferrum a quampluribus chirurgis ſoleat. Ipſa itaque, quæ ſcalpello fit operatio, ſic ferme inſtituitur. Cutis per medium tumorem longa plaga inciditur: cui, ubi forte parum videtur, plaga altera, eademque tranſverſa ſive in formam crucis adjungitur, quanta ſcilicet eximendo tumori ſufficit. Tum diduci ac ſeparari a cute, & carne reliqua tumor iſte cum tunica ſua, tam ſcalpelli, quam digitorum ope diligenter debet, inviolatuſque ſic tandem, ſi fieri poteſt, ejici. Quod ipſum equidem, ut commodius fiat, miniſter aliquis oras vulneris uncinulis, vel digitis graviter diducat, ſanguinemque profluentem, qui chirurgum impedit, ſpongia ſubinde detergat. Protinus autem, quum tunica tumoris, quæ ut plurimum alba & intenta eſt, ſe oſtendit, tum elevare, & continere manus ſiniſtræ digitis eum, ſi parvus eſt, ipſe Chirurgus, vel ſi major, aut digitis ſatis prehendi nequeat, alius miniſter uncinulo, aut volſella tumorem intus hærentem debet, aut ope etiam fili, acu curva trajecti, & digitorum ac ſcalpelli ſubſidio circumſpecte a vicinis undique ſeparare, atque tandem totum eximere. Fieri id ipſum

Ampliores quomodo ejiciãtur.

ipſum facilius ſolet, ſi mobilia adhuc ejuſmodi tubercula ſunt. Majorem vero non laborem modo, ſed prudentiam quoque operatio poſtulat, ſi minus mobiles jam tum atque renitentes humores inveniuntur. Videndum enim ante omnia hic eſt, ne quid forte partium juxta poſitarum præſertim nobiliorum lædatur: & ſi in pede, vel brachio ejuſmodi tumor auferendus, ubi forte arteria, vel vena major lædenda, torcular prius membro illi injici poteſt, imo debet. Nam his rite obſervatis tumores aliquot librarum pondus ſuperantes, non a carne tantum, ſed ipſis quoque quandoque oſſibus, & maxillis ſeparari haud infeliciter non raro poſſunt.

Quid poſt ejectum tumorem fiat.

Art. 2541. Rite ſic extracto tumore, vel tuberculo ſequitur, ut ſi vulnus exiguum, vel levior ſanguinis profuſio, oræ ejus digitorum ope jungantur, linamenta, ac ſplenia ſuperimponantur, & faſcia omnia conſtringantur, ita intra paucos dies ſæpe ſaneſcit. Quodſi autem gravior aliqua ſanguinis profuſio incidit, tum cohiberi ſanguis ea ratione debet, quam ſupra jam tum in vulneribus præſcripſimus, præſertim vero linamentis multis vulneri immiſſis, ſpleniis, ac faſciis, vel adſtringentibus remediis, vel filo, vel ferro denique ipſo candente.

Quomodo tunica læſa extirpari debeat.

Art. 2542. Ubi vero in ipſo opere, vel per imprudentiam, vel & data opera humorem, præſertim molliorem includens tunica inciditur, ceu fieri nonnumquam id ſolet, ne oculus quando tumor eſt in palpebra, aut vena, aut arteria grandior, vel ſimilis pars aliqua, quando tumor eſt in alia parte, lædatur, tum nihilominus providendum ſolertiſſime eſt, ut tunica iſta penitus ejiciatur, alias tumor facile redit. Ac in ſcirrho quidem, ſarcomate, aut ſteatomate, quum glandulam, vel carneam ſubſtantiam, vel pinguedi-

nem

nem duram intus contineant, materia contenta, tunica licet læſa, non effluit; quare totus etiam tumor plerumque una cum re contenta eo, quem hactenus propoſuimus modo, eximitur; ita ut de tunica non facile aliquid relinquatur. In tuberculis autem reliquis, quæ molliorem, ac fluidiorem materiam continent, poſt factam percuſſionem aliquam, inciſionem, vel lacerationem, quicquid intus in tunica coiit, effunditur, non ſcalpellis ſolum, & forfice, quantum fieri poteſt, reſecari tunica relicta debet; ſed, ſi quid forte reliquum ex eadem intus delitescit, illud omne per medicamenta rodentia, & ſuppurantia, præcipitatum nempe rubrum cum alumine uſto, vel unguentum ægyptiacum cum digeſtivo permixtum, extirpari. Quibus confectis, glutinari vulnus haud difficulter, ut alia vulnera, ſic poterit, ut nunquam iterum a tumore locus inde infeſtetur.

Art. 2543. Quoties denique viſum fuerit, adhibitis medicamentis rodentibus tuberculum aliquod tunica incluſum extirpare, tum vel lapis cauſticus, vel butyrum antimonii, aut ſimile quid ſupra dari oportet; eo quidem modo, ut cutis per emplaſtri impoſiti medium foramen a cauſtico contegatur. Sed ne quid tandem hic diſſimulem, in durioribus, ac grandioribus, aut ad carcinoma ſpectantibus tumoribus diuturna nimis, ac moleſta, quin periculoſa etiam quandoque hæc per medicamenta rodentia curandi ratio eſt; quia ſcirrhi hi facile in carcinoma mutantur; alii difficulter ſine graviſſimis doloribus, ſanguinis quandoque profuſionibus, maximo denique vel virium, vel ipſius vitæ detrimento toti exedi poſſunt. Ut proinde ſatius plerumque ſit ac ſalutarius, in tumorum grandiorum ac duriorum curatione ad ſcalpellum con-

Rodentibus quomodo utendum ſit.

fugere; interea tamen ſubinde ſatis magni exedentibus medicamentis caute adhibitis feliciter tolluntur. Si qui autem aliquando molliores adhuc tumores ſunt; ſive atheromata ſive meliceriides, tunc ego ſæpius hanc potiſſimum curationis viam ingredi ſoleo; ut cute & tunic ; vel lapide cauſtico, aliove medicamento adurente eroſis; vel per medium inciſis; quicquid intus coiit, emittam; impoſitiſque deinde pus moventibus, ac rodentibus, tunicam intus hæreſcentem ſuppurationis adjumento eliciam; expurgatum vero vulnus à tunica illa, ut aliud vulnus modo conſueto glutinem: Quæ quidem curandi ratio ideo ſaltem reliquis ſæpe præſtat; quod mitius ſingula conficiat, quam ſi tota tunica exſcindenda eſt.

HERNIA.

Ettmulleri ſententia.

Herniæ quot? *Art.* 2544. Herniæ veræ ſunt tantum duæ; nempe inteſtinorum vel omenti extra abdomen elapſus; horum poſterior non eſt adeo moleſtus neque periculoſus; ac prior. Nomen vero late ſumptum plures alios tumores comprehendit, ut in ſequentibus patebit.

Herniæ in genere definitio. *Art.* 2545. Hernia itaque proprie dicta in genere eſt prolapſus inteſtinorum tenuium aut omenti ex limitibus ſuis a vulnere aut laxatione peritonæi. Aliquando eſt hæreditarius, ita ut hernioſi parentes hernioſos generent filios; ſed rarius (novi talem progeniem.) *Quibus in locis accidit.* Hernia in adultis ut plurimum eſt incurabilis. Ex Hernia frequenter morbus *Iliacus* producitur, interdum inteſtina inflammantur, & gangræna corripiuntur. Herniæ ordinario & frequenter ſiunt in inguine,

ne, ſcroto, aut umbilico; aliquando vero in aliis locis, nunc ſupra nunc infra umbilicum, nunc in lateribus longe ſupra inguina, nunc in ſuperiori femoris parte muſculoſa, nunc juxta ſpinam dorſi, &c. ex obſervatione *Barbette*. „ Valde cu„ rioſa eſt obſervatio *M. Mery de Hernia ve*ſi„ *cæ ſcilicet urinariæ in ſcrotum prolapſæ*, aut ſal„ tem ibidem munere ſuo fungentis; exiſtimat „ enim hoc vitium malæ conformationi ortum „ ſuum ſemper debere. *Memoir. de l' Acad.* „ *Vol.* XVII. *p.* 146. &c.

Art. 2546. Inteſtina fœcibus cum *enemate* carminante, & emolliente prius exonerata, in loca ſua cum cautela ſunt reponenda, mediante *fotu* ex emollientibus, & carminativis cum *ſpiritu vini*, &c. & ita repoſita in naturali, omni arte & debitis ſubligaculis retinenda ſunt, ne denuo excidant, adeo ut peritonæum ruptum aut laxatum conſolidetur. Interne conveniunt *vulneraria*, ſpeciatim commendatur *perfoliata*, item *ſymphytum majus*; continuus in dorſo decubitus eſt Herniarum *panacea*, etiam in ſenibus. „ Qui„ cunque *Hernia* debilitatur ſummopere debet „ cavere (ut prudenter admonet *D. Harris in* „ *Diſſert. Med. & Chirurg.*) a ventriculo cibis „ incongruis implendo, ſpiritibuſque furibundis „ nimis perturbando, & a colicis doloribus ſpaſ„ miſque excitandis, atque a tuſſi importuna „ contrahenda, quoniam iſtæ corporis concuſſio„ nes ac tumultus ſolent hernias horride ampli„ ficare. *Curatio.*

Art. 2547. „ Herniæ inteſtinales reductionem „ reſpuentes periculum ſubitaneum minantur. „ Symptomata quaſi *Paſſionis Iliacæ* ſuperveni„ unt, dolores graviſſimi, vomitus enormes, „ ſingultus, & demum pulſus languidus, & ſu„ dores frigidi, diagnoſis indubitata inſtantis *Herniæ reductionem reſpuentes.*

„ gangrænæ, & mortis appropinquantis. Audentes interdum *ſectionem* moliuntur cum ſucceſſu tamen valde ancipiti; nam res eſt per quam difficilis, & periculi plena, nec temere tentanda; & hac præcipue de cauſa, quoniam, fere ſemper, non niſi ſero nimis operatio ſuſcipitur.

Pneumatocele. *Art.* 2548. Pneumatocele ſeu Hernia ventoſa, eſt tumor membranarum teſtium a flatibus ortus, eſtque ſaltem inflatio teſtium, nunc unius, nunc utriuſque, nunc ſcroti quoque, adeſt dolor tenſivus ſine gravitate.

Hernia temporaria. *Art.* 2549. „ Infantes ex eorum temperiei humiditate, & fibrarum laxitate huic affectui ſunt valde obnoxii, & a flatibus intra eorum inteſtina occluſis ſæpenumero adoritur *extemporanea quædam Hernia inguinalis*, & quandoque etiam *teſticulorum*, quæ ſtatim facta flatuum exploſione ſubſidit.

Curatio. *Art.* 2550. Hæc Hernia flatulenta eſt omnium leviſſima, & curatu facillima: conveniunt interne flatus *diſcutientia* & remedia ad *colicam flatulentam*; externe *fotus diſcutientes*, *cataplaſma ex farina fabarum*, *ſem. cymin. fimo vaccin. ſulph. viv.* &c.

Hydrocele. *Art.* 2551. Hydrocele ſive Hernia aquoſa eſt tumor aquoſus teſtium a lymphæ receſſu a teſtibus impedito; eſt hydrops teſtium particularis, & a tumore ſcroti, qui in aſcite accidit, diſtinguitur; ſimilis eſt Herniæ carnoſæ, ſed in aquoſa induci poteſt fovea, quod non fit in carnoſa; præterea pelluciditate ſe prodit.

Curatio. *Art.* 2552. Tentanda eſt cura interne cum *hydragogis & diureticis*, externe *diſcutientibus*; hic quoque valet cataplaſma, in ſectione de Hernia ventoſa, deſcriptum (2550.) cum additione *balſam. ſulphuris*. De operatione chirurgica vide locum *p.* 991.

Art.

Art. 2553. Sarcocele ſeu hernia carnoſa: eſt tumor a carne ſuperflua adnaſcente; ex contuſione vel ictu plerumque oritur, & ex inſenſibili principio ſenſim augetur, ſecus ac in aliis teſtium tumoribus; eſt fere indolens, ſed ægri pondus percipiunt. „ Eſt revera *ſarcoma* vel potius *tumor* „ *ſcirrhoſus*; & metus eſt, ne temporis progreſ- „ ſu in *cancrum* abeat: ideoque *caſtratio tempe-* „ *ſtiva* imperanda eſt, de qua conſulantur ſcri- „ ptores chirurgici. Caro ſuperflua quandoque „ *tunicarum ſcroti communium ſecundæ* adnaſci- „ tur, & non *teſticulis*, quo in caſu ſine horum „ læſione tolli poteſt. *Sarcocele.*

Art. 2554. „ Sarcocele (inquit *Barbette*) me- „ dicamentorum ope vix tollitur; chirurgiæ vero „ opera raro ſine ablatione teſticuli; ad inguina „ ubi ſe extenderit fere incurabilis habetur. " Interne conveniunt medicamenta ad *ſtrumas*. " Spe- „ ciatim a ſcriptoribus fere omnibus commenda- „ tur *radix ononidis* intus ſumpta per longum „ tempus. " Externe *reſolventia & diſcutientia*, *emplaſtrum de cicuta cum ammoniaco*, *de ranis cum mercurio*, ſed ex hoc vis teſtis periclitabitur. „ His nihil proficientibus ad auxilium chi- „ rurgicum deveniendum eſt. Fiat itaque fora- „ men cauterio potentiali adhibito *in ſuperiori* „ *tumoris parte*, & ſuppurantia medicamenta ap- „ plicentur, ut hoc modo, ſi poſſibile ſit, caro „ ea tolli poſſit: quavis tamen viſitatione omne „ pus non eſt emittendum, ut tanto melius carnis „ reliquiæ conſumi poſſint. Supereſt *caſtratio*, „ ut ante dictum ſit. De Hernia varicoſa, vide „ ſect. de Varice. (2477.) *Prognoſis.* *Curatio.* *Hernia varicoſa.*

Art. 2556. „ Bronchocele, ſive hernia guttu- „ ralis improprie dicta, eſt tumor prominens in „ gutture, amplo ſpatio protuberans, corpori con- „ color, utcunque mollis & mobilis, & doloris *Bronchocele qualis eſt tumor.*

„ expers; modo caro hebes includitur, modo hu-
„ mor aliquis melli, aquæve ſimilis, interdum
„ etiam minutis oſſibus pili immixti; ut pluri-
„ mum periculo vacat; quandoque vero mate-
„ ria putreſcens malignam induit naturam, un-
„ de in cancrum degenerans mortem inferre ſo-
Progno-ſis. „ let. *Alpinorum* montium incolis eſt morbus
„ *endemius*.

Curatio. *Art.* 2557. „ Præmiſſis univerſalibus, humor
„ peccans diſcutiendus & abſumendus eſt. Inter
„ *topica* laudat *Aetius bdellium & caprinum ſter-*
„ *cus* in aceto liquatum. Si medicamentis non
„ cedat, ex *Rogerii* conſilio admovendi ſunt duo
„ *ſetacei*, ut ſenſim humor defluat: & ſuper-
„ fluum poſtea erodentibus paulatim eſt abſumen-
„ dum. Denique ſi venis, arteriis & nervis im-
„ plicata non fuerit, *inciſione* poteſt extrahi cum
„ cyſti; hanc operationem *Galli* fœliciter mo-
„ liuntur. De hoc tumore conſulatur *Turner.*
„ *Art. Chirurg. p.* 178. &c. Vol. I. Item in Ap-
„ pendice *p.* 21. &c. Etiamſi ſit tumor in cyſta
„ incluſus, tamen extirpatu difficillimi eventus
„ ex ſtructura loci." Qui hanc operationem
aggreditur, *Lupum auribus tenet*.

Platneri ſententia.

Obſervãda in herniis. *Art.* 2558. De omni herniarum genere, in quo per varias ſedes inteſtinum, atque Epiploon devoluta ſunt, illud tenendum, eas curari poſſe in infantibus, quorum corpora augeſcunt, ſola adhibita vinctura. In adultis vero vinctura morbum non tollit, ſed levat, & ſi recte accommodata eſt, hominem ſine periculo eſſe ſinit. Si vero ea, quæ prorumpunt non intus compelluntur, & arctius circumdata faſcia continentur, metus eſt ne intentum peritonæum, inteſtinum,

ac

ac epiploon inter ſe glutinentur. Nam hæc res in omni hernia periculum augent, cum ea, quæ ita adhærent, ſine ſcalpelli opera inter ſe diduci ac retro compelli nequeant.

Art. 2559. Igitur ſi exomphalus in puero eſt, is reſupinari debet, & quod prolapſum eſt, digito premi, ut id in ventrem relabatur. Umbilico autem & ſinui qui in eo eſt, imponitur cera, quæ fere pileolum repræſentat, ima parte, qua cuti imponitur, globoſa, ſuprema parte latior. Huic imponi poteſt emplaſtrum, ſuperfulciendi vero ſunt panni gradati. Omnia comprehenduntur faſcia, quæ abdomen circumit, & quæ paulo valentius adſtringitur. Neceſſe vero eſt, ut hæc per plures menſes ſuperhabeantur, &, ubi faſciam reſolvi oportet, ea diligentia adhiberi debet, ne ea, quæ in ſuas ſedes reducta fuerunt, iterum devolvantur. *Exomphali curatio.*

Art. 2560. Adultis vero neceſſarium eſt lorum, cui pila aſſuta eſt ex ſubere, panniculis, vel coactili, facta, & aluta contecta, quæ tumori, poſtquam is, repulſis omnibus, deſedit, accommodatur. Cum hæc, quæ diutius ſuperhabentur, ſudore conſpurcari, cuctim vero exulcerare ſoleant, inter pilam & cutim linteorum mundum, vel panniculus quadratus conjiciendus eſt. Faſcia vel lorum, melius continet, ſi ei adjiciuntur duæ habenæ, quæ utrinque a ſcapulis deſcendunt, ita, ut dexterior ſiniſtra, ſiniſterior dextera procedant, & quæ ſic tum in tergo, tum in ventre illi loro aſſuuntur. Magis tamen opportunum eſt, ſi, loco faſciæ, ſemicirculus ex calybe, cui pila affixa eſt, abdomini recte, & curatius aptatur, & is, mediante loro, adſtringitur. *Et inſtrumentum ne rurſus prorumpat.*

Art. 2561. Quando vero quæ prolapſa ſunt inflammantur, eadem intus cogi nequeunt, niſi homini *Ejuſdē curatio ſi cum inflammatione eſt.*

mini reſupino, cujus caput, & coxæ a miniſtris eriguntur, ilia vero utrinque comprimuntur, tumor recta digitis deorſum premitur, ita, ut priora ſemper condantur, quæ poſteriora prolapſa ſunt. Situs ſubinde mutandus, & venter parumper concutiendus eſt. Si vero ea in ſua ſede reduci nequeunt, ſuper tumorem dari poſſunt cataplaſmata ex pane candido, lacte, & oleo. Vel ex lacte coquuntur radix althææ, malvæ, herba meliloti, flor. ſambuci, verbaſci, ſemen lini, donec cataplaſmatis craſſitudo ſit, & additur oleum. Opportuna eſt etiam lana oleo madens, & ſuccida. Hæc omnia calida eſſe oportet. Interea venter ſuperinungi poteſt oleo, quod roſam excipit; In alvum vero infundi debent lotiones, tum mollientes, tum paulo acriores. Eas iterare oportet, quamvis venter nihil excernat, & ipſa etiam lotio intus maneat. Non raro opem fert fumus peti, ſi is ſimili ratione, vel per fiſtulam ad id accommodatam in alvum immittitur. Cum his dari debet oleum amygdalarum dulcium recens, quod cum cereviſia miſceri poteſt, adjecto ſemine cumini, bene trito. Multi vinum Malvaticum cum oleo miſcent, & ejus cyathum ægro propinant. Interdum ubi omnia fruſtra adhibita fuere, opem tulit ſanguinis miſſio.

Si vero Epiploon, & inteſtinum, quæ inflammata ſunt, his fomentis in ſedes ſuas reduci nequeunt, ad incidendum tumorem feſtinare neceſſe eſt. Hæc tamen chirurgia inanis eſſe ſolet, ſi ea jam gangræna tenet; cujus rei notæ ſunt: tumor mollior, ita, ut ſinus digito impreſſo maneat, cutis livida, & dolor ſe multum ſine levatione remittens, majorque imbecillitas.

Quando ad inciſionem confugendum eſt.

Art. 2562. Hominem autem, quem ſcalpello curari oportet, neceſſe eſt, reſupinum, & ſuper ſcor-

ſcorteum pulvinum ita collocari, ut pectore, & coxis demiſſioribus ſit, umbilico vero erectiori. Eum etiam duo prævalentes miniſtri, pectori ac cruribus incumbentes, continere debent. Inciditur ſuper tumorem intenta cutis, plaga recta, & ſi tumor major eſt, etiam duabus lineis tranſverſis. Magna vero moderatio adhibenda eſt, ut ſola cutis aperiatur. Nam quandoque, quamvis rarius, ſi peritonæum ruptum eſt, protinus ſub ea & adipe inteſtinum eſſe ſolet. Si vero peritonæum integrum eſt, ſecta cute conſpicitur aliquod quaſi reticulum, quod nihil aliud eſſe videtur, quam tunica celluloſa, qua peritonæum contegitur, alioquin tenerior, jam vero vexata, inflata, & tumida, in quam non raro, etiam humor contractus eſt. Hæc tunica leviſſima manu ſecanda, & vulnus ſedulo, objectis ſanguini linamentis, vel ſpongia, detergendum eſt. Neque chirurgus periclitetur, ne inteſtinum, quod ſubeſt, lædatur.

Eadem præſtita, quid inſuper faciendum?

Art. 2563. Tandem vero, ubi ad imam unicam, ipſumque peritonæum perventum eſt, illud etiam incidi debet; ſumma itaque moderatione adhibita illa tunica digitis prehenſa levanda, & facta prius minori plaga, pertundenda eſt, mox autem demiſſo ſpecillo ſulcum habente, & ſcalpello, vel forfice incurva, quæ retuſum mucronem habet, latius aperienda. Aperto ſic tumore, ea, quæ proruperant, intus compelluntur. Si vero quædam ex omento vitioſa ſunt, vel induruerunt, illa præcidi debent. Quodſi vel hoc, vel inteſtina peritonæi tunicæ, vel hæc circulo muſculorum abdominalium inhæreſcunt, & glutinata ſunt, neceſſe eſt illa inter ſe, non tam ſcalpello, quam digito, vel ſcalpelli manubrio, diducere. Hoc autem non raro incidit, ſi nondum repoſito omento, & inteſtino vinctura inji-

jici-

jicitur, illaque, & elongatum peritonæum aliquantum comprimuntur. *Si* vero res cogit ſcalpello uti, illud ſemper quam maxime a*b* inteſtinis debet abduci. Opportunum eſſe poteſt ſcalpellum Petiti, quod aciem habet non admodum acutam.

Relicti vulneris curatio. *Art.* 2564. Repoſitis omnibus, vulneri imponi poteſt glomus, ſeu pila ex linamentis facta. Superdantur panni, & injicitur faſcia, quam mantile vocant cum ſuſpenſorio. Neceſſe eſt, ut æger ſe contineat, atque reſupinus decumbat. Oportet etiam uti ſanguinis miſſione, abſtinentia, & lotionibus in alvum immiſſis. Peſtifera ſunt omnia, quæ inflant, opportuna autem, præ aliis, juſcula ex avena, hordeo, & ſimilibus, cum ptiſana.

Nota bene. Obſervatione cognitum eſt, eos, quibus in hoc, & aliis herniarum generibus magnus modus omenti, & inteſtini deſcendit, raro ſervari, quamvis curatio bene ceſſiſſe videatur, omniaque ſine noxa fuerint retro acta. Nam omnia abdominis viſcera ab inſolito pondere premuntur, atque male afficiuntur.

Quamvis omnis curatio finita, vulnuſque ad cicatricem perductum fuerit, non omnis tamen metus ſublatus eſt. Non raro enim ea, quæ repulſa ſunt, diducta minus valida cicatrice, iterum in illum muſculorum abdominalium circulum irrumpunt, quare oportet umbilicum pilæ atque vincturæ ſubjicere. Quandoque & præcipue, ſi homo jam adolevit, illa vinctura per omnem ætatem neceſſaria eſt.

Hernia Ventralis curatio. *Art.* 2565. Simili modo curatur hernia ventris quælibet alia, quæ minus peritos fallere poteſt, iiſque opinionem obſceſſus facere; ſed vero, tum ortu, tum variis ſignis, quæ cum hernia eſſe ſolent non parum diſcrepat. Ubi enim inteſtinum

ſubeſt,

ſubeſt, illud vehementiſſimos abdominis dolores affert, & ſtomachum etiam afficit, ut, tum ea, quæ aſſumpta ſunt, tum bilis, tandemque ingraveſcente morbo, etiam ſtercus, per os reddatur.

Art. 2566. Bubonocele eſt herniæ genus fere omnium frequentiſſimus, præcipue Viris; fœminis vero non bubonocele ſed hernia cruralis advenit. Bubonocele enim proprius a pudendis eſt, & in inguine paulo inferiore; hern. a vero cruralis in parte ſuperiori, & fere ſuper femur prominet; quare etiam, ubi inflammatio acceſſit, hæc magis dolet, ſi tibia flectitur. Bubonocele demum a bubone inter alia indicia per hoc maxime diſtinguitur. Imperandum eſt, homini, ut tuſſiat, interea vero manus admoveatur tumori. Si bubo eſt, fere nullus in tumore percipitur motus, longe major in hernia. Subeſſe inteſtinum cognoſcitur ſi tumor paulo magis digito renititur. Si vero omentum eſt, tumor mollior eſſe conſuevit, & alvus etiam redditur. *Bubonocele diagnoſis & differentia ab hernia Crurali.*

Art. 2567. Si in bubonocele, & in omni hernia, ea, quæ deſcenderunt non retro compelluntur, tandem gangræna naſcitur, quæ hominem brevi inter frigidos ſudores nervorumque diſtentionem tollit. Majus vero periculum eſt, ſi ſolum inteſtinum ſubeſt, idque ſtercore accepto vaſtius tumet, quam, ſi cum inteſtino etiam epiploon devolutum fuit. Ubi enim utrumque eſt, inteſtinum facilius in ventrem relabi poteſt. Ubi vero ſolum omentum deſcendit, idque comprimitur, vomitus dolorque non ita urgent, nec inflammatio tam præceps eſt, ſed magis lenta, quæ vero, niſi illud reducatur, etiam morte finitur. Ergo omne conſilium eo dirigendum eſt, ut ea, quæ prolapſa ſunt in ventrem reducantur, quod ſimili omnino modo peragitur, quem ſupra pro Exomphalo docuimus. *Prognoſis & curatio.*

Art.

In caſu gangrænæ quid faciendum? *Art.* 2568. Incidere poteſt, ut aperto tumore & patefacta peritonæi tunica inteſtinum jam vitiatum ſit, & gangræna affectum; id quod intelligitur ex colore, & ſi ex vulnere ſtercus cum odore malo effertur. Plerumque mors in propinquo eſſe ſolet. Servari quandoque homo poteſt, cui id, quod corruptum eſt, tollitur, & inteſtini finis, qui ſuperne labitur, vulneri adſuitur.

Herniæ Scroti diagnoſis. *Art.* 2569. Oſcheoncele ex deſcenſu inteſtini, vel omenti in ſcrotum plerumque ex Bubonocele oritur, aliquando etiam ex vehementiori totius corporis nixu, motuque, aut abdominis preſſione. Ejus ſpecies ſunt Sarcocele, quæ ex teſtis inflammatione relinquitur, tum hydrocele, quæ plerumque a validiori ſcroti compreſſione generatur. Si ſub humore ſunt inteſtina & epiploon, ea, homine reſupinato in ventrem reduci debent. Si etiam non omne id, quod devolutum fuerat, revertit, quia peritonæum annulo inhæreſcit, major tamen prolapſorum pars digitis repelli poteſt. In Sarcocele tumor duritiem fere lapideam habet, in hydrocele vero is digito cedit, ſublato vero digito mox iterum conſurgit.

Curatio abſque inciſione. *Art.* 2570. Ratio curationis non alia eſt, quam quæ bubonoceles, ad ſalpellum tamen non temere decurrendum eſt, ſed ſi major epiploi modus, & juxta inteſtina prolapſa ſunt, eaque nec a ſcroto excludi atque repelli, nec admota pila & vinctura contineri poſſunt, multum levatur æger, ſi magno tumori ſubjicitur faſcia, quam *ſuſpenſorium* vocant chirurgi, quo is commode excipitur.

Curatio cum inciſione. *Art.* 2571. At in eo, quem ſcalpello curari oportebit, incidendus tumor eſt, ab inguine, vel annulo deorſum, ad extremum uſque teſtem.

Simul

Simul atque ad peritonæi tunicam, ſeu ſaccum, pervenit ſcalpellum, is aperiendus eſt, ſic, ut inteſtinum, quod ſubeſſe ſolet, haud lædatur. Exire ſolet ex plaga humor, qui intus in peritonæi tunicam ut plurimum contractus eſt, & qui, ſi melioris generis, haud lividus, aut mali odoris eſt, ſpem oſtendit. Ceterum haud quidquam novi curatio requirit. Semper incidenda eſt peritonæi tunica. Faſcia vero accommodanda, ut ea etiam ſcrotum ſuſpenſum contineatur. Quodſi etiam feliciter ceſſit curatio, vinctura tamen per omnem vitam neceſſaria eſt.

Art. 2572. Poteſt interdum evenire, ut præcidatur arteria epigaſtrica, ex qua re magna ſanguinis profuſio, & ingens mortis periculum ſequitur. Ea enim devinciri commode nequit. Igitur linamenta ex liquore ſtiptico expreſſa arteriæ admoveri, eamque per plures horas ita æqualiter digito premi oportet. *Nota bene.*

Art. 2573. Quando in bubonocele, vel oſcheoncele veſcica urinaria ſubeſt, quod raro evenit, tunc morbus *Cyſtocele* dicitur. Hic cognoſci poteſt, ſi homo urinam reddere nequit, niſi preſſo exterius tumore. Nec alia hujus vitii curatio eſt. Summa cura atque moderatio adhibenda, ne, ubi tumor inciditur, veſica lædatur, quam non peritonæi tunica contineri, ſed proxime cuti ſubjectam in tunica adipoſa, vel celluloſa, hærere novimus. *Cyſtocele curatio.*

Art. 2574. Inter tumores, qui propius ad herniarum indolem accedunt: ſunt *Hydromphalos*, & Sarcomphalos. Et quidem nonnumquam umbilicus prominet, quod in eum humor irrupit; id quod crebrius iis incidit, quos aqua inter cutem male habet. Cognoſcitur ſine opera, humorem intus eſſe, quia is, ſi humor digito premitur, circumfluit. Huic vitio ſi cum hydrope eſt, non alia *Hydromphali ratio.*

ratio-

ratione ſubveniri poteſt, quam eo percurato Nam ſi tumor perforatur, & humor effunditur is brevi revertitur.

Sarcomphali curatio. *Art.* 2575. Sarcomphalos eſt, quando umbilico carnes increſcunt, quæ ſæpe carcinomati ſimiles, cum periculo tractantur. Accidere id ſolet puerperis, quorum umbilico laxior vinctura poſt partum injecta fuit. Nonnunquam corrupta caro oculis, & latius patet, ac nocenter increſcit, aliquando vero ea ſub cute eſt, quæ inæqualiter tumet. Interdum locus mollior, interdum aſperior eſt, qui tactus aliis dolorem affert, in aliis vero non habet. Tumor vero, ubi homo reſupinatus eſt nunquam relapſo inteſtino deſidit, nec prementi cedit, quam vitiata caro in eadem figura retinet. Si tumor cum malo ulcere eſt, valdeque durus, cum magno dolore, is omni curatione, præcipue admotis medicamentis adurentibus irritatur. Nec is ſine periculo ſcalpello inciditur. Si vero tumor malus non eſt, is, utraque ratione tolli, quandoque poteſt. Caro etiam, quæ ſub cute increvit, hac exciſa, reſolvenda, eximendaque eſt.

Nota bene. *Art.* 2576. Ut humor in peritonæi laxati ductique tunica crebrius reperitur, quando in Omphalocele Epiploon & inteſtina per umbilicum prolapſa ſunt; ita etiam cum prolapſis inteſtinis & omento etiam vitiata caro a circumjectis membranis increſcit.

Sarcoceles deſcriptio. *Art.* 2577. Sarcoceles duo ſunt genera; utrumque naſcitur ſi vel teſticulus, vel quæ ad eum pertinent arteriæ, venæque, & membranæ, quibus hæ partes comprehenduntur, compreſſæ, vexatæ, & inflammatæ fuerunt, præcipue ſi teſticulo, qui ex his, & aliis cauſis, ex impura venere, & gonorrhœa ſuppreſſa inflammatus eſt, non opportuna curatio fuit adhibita. Obſer-

ſervatio docuit teſtem tumere, & ſarcocelen oriri poſſe etiam ex ea cauſa, ex qua aliæ, veræque herniæ naſcuntur; ſi retento ſpiritu, vel ſub gravi faſce, vel alia occaſione, homo valentius, & diutius nititur; vel, ſi is præcipiti ſaltu in terram fertur. Inter rariora eſt teſticulum oſſeum fieri.

Art. 2578. Si teſticulus occalluit, licet ante ſcalpellum prius experiri medicamenta, quæ glandularum tumoribus, ac ſcirrhis reſolvendis quandoque idonea eſſe retuli. Neceſſaria vero cum his eſt faſcia, quam ſuſpenſorium vocavi, qua teſticulus excipiendus, & ſemper ſuſtinendus eſt. Parum valent medicamenta, quæ ore ſumuntur. Victus ſit tenuis & parcus, & alvus ſubinde ducatur. *Teſticulo ſcirrhoſo facto curatio.*

Art. 2579. Si his vero per plures dies admotis nihil ex tumore minuitur, & ægro, cui teſticulus indecore, vel etiam cum dolore dependet, ultima experiri ſtatutum eſt, teſticulus excidendus eſt. Protinus vero conſiderari, & diligentius admoto digito explorari oportet arterias, & venas ſpermaticas, ubi illæ ex ſic dicto annulo educuntur, & ad teſticulum feruntur. Illæ enim ſi multum tument, duræque ſunt, chirurgia, in qua cæteroquin multa genera, ac tempora periculi ſunt, ſine pernicie adhiberi non poteſt, cum eæ tuto, nec præcidi, nec devinciri queant. Nonnumquam aliud vitium acceſſit, & per laxiorem annulum etiam omentum, atque inteſtina deſcenderunt; quæ ſupra durum tumentemque teſticulum hærent. Id ex eo cognoſcitur, ſi in inguine, ubi modo dictæ arteriæ, venæque deſcendunt, tumor eſt, non vero ita durus, ſed magis æqualis, & ſi reſupinato homine pars quædam ad ventrem revertit, vel preſſa retro pellitur. Et hæc res *Nihil juvante is amputatur.*

cura-

curationem recipere poteſt, ſi, repoſitis iis, quæ devoluta erant, arteriarum, venarumque funiculus lino adſtringitur, & teſticulus exſcinditur.

Ante amputationem quid faciendũ. *Art.* 2580. Quodſi vero res ſcalpello agenda eſt, abſtinentia, ſanguinis miſſione, & alvi ſubductione ante aliquot diebus ægri corpore præparato, conſtituta die æger ſupinus collocandus, & raſo inguine ab hoc uſque ad ſcroti infimum plaga recta deorſum ferri debet, ne quid ſanguinis concreti in ſcroto remaneat. Dorſum ſcalpelli vaſis ſpermaticis obverſum ſit, & ſola cutis digitis comprehenſa & ſublata cum pinguedine ſcindenda eſt. Ubi ad tunicam, quæ vaſa ſpermatica tegit ventum eſt, eadem inclinato mucrone itidem ſecari debet, aſt ſcalpellus leviſſima manu tenendus ſummaque cura adhibendus, ne arteriæ, venæ, nervique attingantur. Si etiam inteſtina deſcenderunt & ſuper teſtem hærent, majori diligentia opus eſt, ne violentur, protinus inde reponenda. Omentum vero devinciri, atque præcidi poteſt. Videndum tamen ſedulo, ne ab omento inteſtini cœci vermiformis appendix comprehendatur, quod fieri poteſt, ſi tumor ab inguine dextro dependet.

Quibus cautionibus amputatio peragenda. *Art.* 2581. Patefactis ſic omnibus tunicæ celluloſæ proceſſus, qui plerumque, induruit, & tumet, a vaſorum ſpermaticorum funiculo reſolvi, & lino incerato ſeparatim a reliquis ad annulum deligari debet. Alio vero lino vinciri oportet vaſorum ſpermaticorum funiculum, a quibus teſticulus dependet, ſi vero hæc ipſa vaſa occalluerint devinciri nequeunt. Linum ex quatuor filis non tortis, ſed ſibi ad latus poſitis debet eſſe compoſitum, mediaque cera ita inter ſe glutinatis, ut ligulæ ſimiles ſint. Lini

duo

duo capita inter ſe connexo nodo adſtringuntur, primum ſimplici, poſta, ubi linum iterum funiculum comprehendit, duplici, quali chirurgi plerumque utuntur. Inter lini etiam capita, antequam adſtringuntur, ponendi ſunt panniculi minores ex linteo incerato, quo id melius inſideat, & ne arteriam, venamque abrumpat. Capita vero extra plagam relinquenda ſunt. His peractis, teſticulus a tunicis ſuis digito, ſcalpelli manubrio, ferramentove, reſolvitur. Si tumor ingens eſt, etiam ex ſcroto aliquid exſcinditur. Tandem ille funiculus, ex quo teſticulus dependet, ſcalpello abſcinditur ad quartum circiter digitum, ab injecto vinculo. Præciditur quoque illud velamentum, quod alio lino adſtrictum fuerat, ad alterum circiter ab hoc digitum, & totus teſticulus demitur. Alia ſectione vero ampliari debet annulus; ne, superveniente inflammatione, tumentes arteriæ, venæ nervique, cum illo velamento, quod hæc vaſa ex tunica celluloſa habent, a minori, & ſtrictiori annulo ſtrangulentur.

Quæ poſt amputationem facienda.

Art. 2582. Super vulnus linamenta eatenus dari debent, donec id tegant, atque impleant, ea vero non fulcienda, ſed leviter tantum ponenda ſunt. Cætera, quæ ad reliquam curationem pertinent ex ſupra dictis facile comprehenduntur. Ea quoque curatio eſſe debet, ſi teſtem ex ictu, aliave occaſione, gravis inflammatio tenet, & hæc in gangrænam tendit. Supervacua eſt illa, quæ gangræna confirmata ſuſcipitur, interdum tamen etiam temeraria medicina profuit.

Hydroceles curatio ejuſque diſtinctio ab hydrope ſcroti.

Art. 2583. Humor qui ex ruptis lymphaticis inter mediam vaginalem vulgo dictam, fere ſemper, & imam ſeu albugineam tunicam congregatur *Hydrocelen* facit, vel etiam ſi integris vaſis

vaſis ſeparatus non aſſorbetur. Parum a ſcroti hydrope diſcrepat, quæ ſub ſcroto eſt, & in ea membrana, quam dartos dicunt. Satis autem diſcriminatur, quia in Hydrocele ſcrotum rugoſum eſt, coles minor & contractior; qui fere ſub tumore deliteſcit, & tumor etiam nonniſi unum ſcroti latus plerumque occupat. In ſcroti vero hydrope ſcrotum ſine rugis eſt, æquale, albidius, & magis omni ſua parte tumidum, cum hydrope per univerſum corpus oriente eſſe ſolet, tumor mollis eſt, qui prementi digito cedit, & eo ſublato ſe tardius attollit; intumeſcit etiam cutis, quæ ſuper glandem eſt, adeo ut ea fiſtulam quoque urinæ intercludat.

Hydroceles curatio. *Art.* 2584. In hydrocele ſupervacua plerumque ſunt medicamenta, quæ extrinſecus admoventur, ſi humor penitus inſedit. Quo minus vero tumor ad majorem molem increſcat prohibet faſcia. Scalpelli opera neceſſaria, humorque effundendus eſt, qua tamen curatione morbus non tollitur, ſed ad tempus levatur, cum tumor poſt intervallum ut plurimum rurſus aſſurgere ſoleat. Chirurgus ſiniſtra prehendere debet tumorem ita, ut humorem quantum valet, a ſuperioribus & teſte ima verſus propellat, & poſt audacter phlebotomo tranſverſas membranas ſecare, donec perveniat ad humorem. Plaga facienda eſt in parte inferiore atque externa tumoris. Niſi cum periculo læditur illa membrana ſcroti, quæ teſticulos diducit, & quam in ſcroto linea, quam *raphin* vocant, indicat, quippe arteriam comprehendit ex qua ſanguinis profuſio timeri poteſt. Si vero præciſa forte vel rupta fuit arteria, hæc ſine mora omnis humor evocandus, vulnus latius aperiendum, idque purgandum eſt, ut rupta arteria oculis pateat. Sanguis devincta, compreſſaque

que arteria, vel admotis medicamentis cohibendus, & vulnus percurrandum eſt.

Art. 2585. In ſcroti hydrope curanda utendum eſt iis quæ hydropem ſanant. Si tumor concidendus eſt, ut humor exeat, utendum eſt ſcalpello tenui, atque bene cultellato. Poſt magna cura adhibenda, ne gangræna naſcatur, id quod etiam accidere ſolet, ſi humor per ſe tenuatam cutim perrumpit, vel erodit. Quandoque pueri naſcuntur, quibus ſcrotum intumuit; quæ res oriri videtur, ſi infans in utero ita compoſitus fuit, ut verenda preſſa fuerint. Tumor ſæpe per ſe diſſipatur, opitulantur vero vegetabilia, quæ reſolvunt atque diſcutiunt, ſi ex vino rubro, vel aqua, cui acre acetum adjectum fuit, coquuntur, & panni ex liquore bene expreſſi, calidique imponuntur. Nec inutilia ſunt Emplaſtra, de cumino, diaphoreticum, ſi ei aliquid ex emplaſtro de meliloto adjicitur. Tenerior vero cutis ſæpe emplaſtrorum impatiens eſt, quæ, ſi id deprehenditur, protinus tolli oportet. *Hydropis ſcroti curatio.*

ANI PROCIDENTIA.

Ettmulleri ſententia.

Art. 2586. Ani procidentia fit, quando ſub fœcum excretione inteſtinum rectum ita prominet & protruditur, ut non poſſit rurſum ſponte retrahi intra corpus, aut licet retrahatur, mox incipiat denuo prolabi. Eſt interdum malum chronicum (præcipue quando a paralyſi ortum ducit) & difficulter curatur. Ani procidentiæ cauſæ ſunt: alvi adſtrictio, diarrhœa, dyſenteria, vel præcipue teneſmus; difficillima eſt curatu, quando hæmorrhoides comites habet. *Ani procidētia.* *Cauſa.*

Curatio. *Art.* 2587. Si adſit inflammatio prius arcenda eſt cum fotibus *mollientibus & diſcutientibus*, & remotis impedimentis reponendus anus in ſitu naturali. " Alvum leniter laxantia pro „ re nata ſunt quandoque propinanda: „ Alias abſente inflammatione aut tumore foveatur *aſtringentibus*, quæ etiam ſub forma *ſuffitus* uſurpari poſſunt: *Paraus* „ ſpongiam *aſtringentibus* „ imbutam ano applicat. Stans alvum exoneret „ æger, ſic enim non tam facile excidit. In„ ter *aſtringentia* mihi nondum innoteſcit re„ medium efficacius, quam *fotus pro hernia va*„ *ricoſa*. (2478.)„ Teneſmus frequenter affli„ git, in tali caſu remedia ad teneſmum adhi„ benda ſunt.

Reductio. *Art.* 2588. " Inteſtinum rectum foras prola„ pſum a frigore externo periclitatur, ne gan„ græneſcat, quam citiſſime reducendum eſt. „ Reductio quandoque perfici poteſt *artifi*„ *tio ſequente*, aliis mediis incaſſum tentatis, „ viz. nates patientis extenſa manu quinquies, „ ſexies aut plures verberando, quo muſculi „ ani levatores inteſtinum rectum in priorem „ ſedem attollent.

Langii ſententia.

Ani procidentiæ cauſa. *Art.* 2589. Oritur hic morbus ex vitio muſculorum elevatorum ani: atonia, aut paralyſi, vel a frigore externo, vel affluxu humoris viſcidi, feroſi, aut acris, vel nimio conatu in fœcum, aut fœtus excluſione patientium. Igitur hyberno tempore, in puerulis, cachecticis, poſt purgantia aſſumpta, vel dyſenteriam, & teneſmum, ſectione calculi, alvi ſegnitiem difficilemque partum accidere ani exitus conſuevit. Quacumque vero ex cauſa occaſionali con-

tige-

tigerit muſculorum læſio, ad duo tamen in primis reſpici debet in cura, quæ partim inteſtini repoſitione, partim in ejus firmatione abſolvitur.

Art. 2590. Repoſitio citiſſime debet fieri: alias intumeſcit pars prominens cum inflammatione in ſphacelum non raro abeunte. Præſtatur autem illa in principio ſtatim manu ipſius ægrotantis; accedentibus vero memoratis ſymptomatibus Chirurgi, qui digito linteo molli involuto, elapſum inteſtinum retrudit, poſtquam ſcilicet tumorem, ſi quis adeſt, lacte tepido, decocto chamomillæ, tanaceti, fl. ſambuci, ſemin. aneth. aut vino callido &c. fovit, & illito oleo chamomelino, hyperici, anethino, fl. verbaſci, ſevo hircino, &c. viam reddidit lubricam. *Cura per repoſitionem.*

Art. 2591. Firmatur poſt hæc anus remediis ſolis adſtringentibus gallar. pulvere: ſem. rutæ, fl. balauſtior. roſis rubris, myrtillis, nuce cupreſſi, glandibus, rad. prunellæ &c. decoctis in aqua Martiata, aut vino, & cum ſpongia aut lino appoſitis, vel ſub pulveris forma adſperſis. *Per firmationem.*

Art. 2592. Fruſtra tamen omnis medicina applicatur, niſi ſimul occaſionali cauſæ remedia opponantur v. g. paralyſi & atoniæ muſculorum Antiparalytica, & roborantia, pituitoſo ſanguini acria, & incidentia, læſioni vulneraria, acrimoniæ corrigentia, & anodyna, quorſum in ſpecie ſuffitus ex maſtiche, & conis pini, & remedia, quæ pro Teneſmo præſcribi ſolent. *Remotio cauſarū curam perſolvit.*

VERRUCÆ & CLAVI.

Ettmulleri ſententia.

Verrucæ & clavi. *Art.* 2593. " Quales tumores vel potius ex-
„ creſcentiæ ſunt verrucæ & clavi, nemo non
novit. Verrucæ ſunt vel planæ ſeu ſeſſiles, vel
penſiles, acrochordones appellatæ.

Curatio verrucarum. *Art.* 2594. Si verrucæ in ſola cute ſint radicatæ facile curantur vel tolluntur; ſin vero a ſubjectis tendinibus originem ducant, vix radicitus extirpari poſſunt citra ingens periculum; idem etiam de clavis pedum verum eſt. Succus *chelidon. maj.* vel *eſulæ*, vel *dentis leonis*, *vel tithymali*, &c. ſæpius illitus verrucas abſumit. *Aqua*, in qua ſolutum eſt *ſal armoniacum* eſt experimentum *Borelli* " Atque hoc eſt medica-
„ mentum unicum certiſſimum, quod ſe cogno-
„ ſcere in tota medicina faſſus eſt *D. Mapletoft*
„ haud pridem *Profeſſor Græshamenſis*: hoc qui-
„ dem remedium eſt ut plurimum maxime ef-
„ ficax, ſed non certiſſimum & infallibile, ne-
„ que tamen ars noſtra omnium nobiliſſima,
„ eſt adeo incerta, ſicut vir doctiſſimus ſuggeſ-
„ ſit.

Curatio clavorum. *Art.* 2595. " Clavus (inquit *Celſus*) nonnun-
„ quam quidem etiam alibi, ſed in pedibus ta-
„ men maxime naſcitur, præcipue autem ex
„ contuſo, quamvis interdum aliter, dolorem-
„ que movet, Clavi a *Plinio Morticini* appel-
„ lantur. „ Ad curam quod attinet, *emolliendi* ſunt cum *emplaſtro mynſicht. e galbano crocat. cum ſale ammoniaco*, & poſtea *evellendi* ſunt; eidem uſui inſervire poteſt *emplaſt. de ranis cum mercurio*. Item recipiatur *caro bubula* recens, cujus fruſtulum inſtar emplaſtri iis alligetur, &

ſæpius

ſæpius removeatur; ſic enim cito ſponte dilabi dicuntur.

Art. 2596. De cornibus non lubet diſſerere, quoniam pauciora ſunt viſibilia. *Cornua.*

Æginetæ ſententia.

Art. 2597. Formicæ & verrucæ exiguæ quædam in cute excreſcentiæ calloſæ, & magna ex parte rotundæ ſunt. Earum vero diſcrimen eſt, quod formica quidem latiore baſi ſeſſilique eſt, in ſcalpendo & attritu ſimilem morſiculis formicæ ſenſum adferens, verruca maxime, quæ acrochordon dicitur, baſim habet anguſtam ac penſilem, ita ut chordæ nexu ſuſpenſa pendere videatur. *Verrucarum ſpecie & diſtinctio.*

Art. 2598. Hos ſane tumores e medio tollunt elaterium cum ſale impactum, thuris item lacrymæ cum aceto, groſſi cum aceto & farina, nitroque; ſuccus fici illitus, itidem tithymalli, ſmaridiſque caput ſalſum, crematum. Ærugo item cum ſulphure igne intacto combuſta, ocymi folia cum atramento ſutorio, quod ex palmitibus etiam dum viridibus combuſtis deſtillat, retrimentum ovium cum aceto, hirci fel illitum; herbæ ſolaris majoris fructus, cum vino cataplaſmate inductus; ruta cum nitro & pipere, nitrum cum lotio pueruli venerem non experti, ſtercus bovis armentarii in aceto adhibitum. *Verrucarum remedia.*

Art. 2599. Clavis prius undique repurgatis, aliquid ex erodentibus ſuperinducito; vel rubiginem arſilem, vel ſandaracham, vel pulverem ſyringiacum, aut collyrium Syringiacum gummi loco, gutta ammoniaca exceptum. Eſt autem clavus, circinatus in orbem callus, colore candido, clavorum capiti ſimilis: omnibus cor- *Clavorũ remedia.*

 poris

poris partibus, ſed pedum planta, digitiſque potiſſime oriens. Longiori autem tempore evellitur etiam, ſi ſcalpello ferreo apex clavi continue abſcindatur, aut pumice atteratur: pari etiam modo, & callos. Proſunt vero lupinorum crudorum deuſtorum cineres cum melle, aut miſy liquida pice exceptum: nigella cum urina pueri venerem non experti, vel ovi croceum, vel putamen fabarum, cum aceto decoctum. Ad hoc in frequenti experimento eſt, cantharidum, atramenti ſutorii, caſtoreique æquales portiones, terebinthina, emplaſtri modo exceptæ, & clavo prius undique repurgato impoſitæ. Aliud Fœcis, calcis vivæ, viſci par modus cum ſtillatitia lixivia, vel lotio pueri venerem non experti.

Jonſtoni ſententia.

Verrucarum ſpecies & remedia.

Art. 2600. Ad tumores ex ſolida ſubſtantia tria referenda. 1. Verrucæ ſeu tumores monticulorum inſtar in cute; qui cognoſcuntur facillime, ſiquidem oriuntur vel a materia craſſa melancholica, & pituitoſa, vel ex ſucco cuti, & cuticulæ alendæ deſtinato, curantur vel per applicationem appropriatorum, ut ſunt ſuccus foliorum ſalicis, cichorium verrucarium. Aqua ſupernatans truncis quercuum bipenne detruncatorum. Lac tithymalli, cœpa cum ſale contuſa. Dividuntur in *penſiles*, quæ Acrochordones Græcis dicuntur, parte ſumma latiores, ima, quæ ad cutem, tenuiores, qua quaſi pedunculo innituntur. *Thymia*, quæ colorem thymi repræſentant, ad cutem etiam tenues ſunt, in ſummo latæ, duræ, & aſperæ, penſilibus minores; & *Seſſiles* quæ Græcis Myrmeciæ, humiliores thymiis, lupino vix majores, duræ, latio-

latiore baſi, radices alte exigentes, dolorem cientes.

Art. 2601. 2. Clavi qui in digitis, plantiſque pedum ex calcei preſſu, aut intertrigine naſci ſolent, acuto interdum dolore ſponte ferientes, ſemper vero ingradienti moleſti. Inungi debent ſang. anguillæ Oleo, Mercurii, & poſtquam emolliti fuerunt, oleo Limacum. Si inciduntur, eluantur urina canis, ſuperpoſito emplaſtro ex cera rubra. *Ad Clavos remedia.*

Art. 2602. 3. Callus obdurata eſt ſumma cutis ex labore in palmis, aut in inferioribus pedis plantis ſuccreſcens. Nullam radicem alte demittit, ac prorſus doloris expers eſt. Poſſunt radi præmiſſis lavacris frequentioribus. *Calli deſcriptio.*

Art. 2603. Obſervat item Heiſterus ad clavos vel callos emolliendos in primis proficere pediluvia frequenter & diu adhibita, poſt quæ ſuperior eaque durior pars ſcalpello abraditur; ita ſæpe omne poſtea incommodum ceſſat. Quodſi vero hoc non fieret, deinde emplaſtrum ex cera viridi vel ex gummi ammoniaco, vel emplaſtro de mucilaginibus, vel & de ſapone raſo, vel denique folium ſedi majoris, poſt detractam cuticulam externam, ſuper partem induratam impoſita, inque dies ſingulos, donec malum cedat, innovata, ſuperimponi poteſt. His diligenter aliquandiu factis, facili negotio, vel per admotos digitorum ungues decerpere, vel per adhibitum ſcalpellum reſcindere, vel potius caute abradere clavos licebit. Denique ſi medicamentum aliquod ex præſcriptis, poſt ſingulas viginti quatuor horas, ſed demptis tamen antea ſemper radendo ſquamulis externis, recens ſuperimponitur, clavi vel penitus ſenſim emittuntur, vel tardius ſaltem, ac rarius denuo renaſcuntur, atque ita tolerantur. *Tutiora ad clavos, & callos remedia.*

CAPUT XIII.

Sive Faſciculus Morborum decimus tertius.

CONTUSIO, &c.

Ex obſervatione & inter legendum.

Contuſio. *Art.* 2604. Corpora noſtra, vel a caſu ab alto, vel ictu violento, vel compreſſione ponderis incumbentis, &c. ſæpiſſime læduntur; partes carnoſæ contunduntur, & ipſa oſſa luxantur, & quandoque franguntur. *Ecchymoſis.* Ex prædictis cauſis accidit plerumque *ecchymoſis* cum vel ſine tumore, quæ revera eſt accumulatio vulnuſculorum cum attritu ſolidorum, & vaſculorum, unde liquida ſtagnant, coeunt, & interdum putreſcunt, cohærentibus quandoque integumentis externis, vel iis etiam interdum hinc inde læſis.

Æginetæ ſententia.

Ecchymoma ex contuſione quomodo generetur. *Art.* 2605. Carne a gravi aliquo corpore illapſo contuſa, exilibuſque in ea venis contuſis, ſanguis exſudans per ſubſultum tranſcolatur; qui ſub cute collectus, ecchymoma appellatum inducit. Cute nullum divortium experiente, tumoris inſtar moles tactui cedens, lividi coloris abſque dolore, ut plurimum comitatur. Noſter igitur medendi ſcopus eo tendit, quo grumi ſub cute contenti diſtrahantur, idque ſine mora, priuſquam nigredo ſuperveniat.

Incipientis curatio. *Art.* 2606. Inter principia ſtatim adſtringentia quædam diſcutientibus ſunt admiſcenda, eo quod tunicæ venarum contuſæ condenſari poſtulant. Poſt

Poſt hæc vero ſola diſcutientia admovemus; ſcarificatio initio ecchymomatis, ita deinceps reliquam curationem aggredimur.

Art. 2607. Ad inveterata ecchymomata accommodatus eſt raphanus, cataplaſmate adglutinatus; diſcutit enim ipſa, ubi erodere cœperit: vel raphano cremor cum micis panis impactus. *Confirmati curatio.*

Art. 2608. Species autem ecchymomatis ſunt ſugillata, & rupturæ venarum, livoreſve ex ictu provenientes, hypoſphagmata nuncupata, & ſanguinis ex plaga inter ungues coitus. *Ecchymomatū ſpecies aliæ.*

Heiſteri ſententia.

Art. 2609. In contuſionum curatione illud proſpiciendum ſemper eſt, tum ut ſuffuſi iidemque inſpiſſati humores digerantur, tum & vel maxime, ne forte ſuppuratio, vel gangræna ſuperveniant. Ac leviores quidem contuſiones variis curari modis poſſunt, atque ſolent. Quoties enim ex. gr. tumor aliquis in fronte ſubortus ex lapſu fuit, ut pueris ſæpe contingere ſolet, longe optimum erit, vel calidum vinum, ſpiritum vini, ſpiritum vini Camphoratum, aquam Reginæ Hungariæ cum linteolis ſuperimponere: vel aquam frigidam, itemque acetum, quibus admiſceri nonnunquam ſalis quidpiam poteſt, identidem ſupra dare. Sed digeri quoque tumores iſti leviores haud incommode poſſunt, ſicubi cultro quodam amplioti, vel nummo etiam grandiori ſupra deligato graviter comprimentur. Tenuioris conditionis homines in tenuiſſimo medicamento auxilium, neque id prorſus infeliciter quærunt, dum ſcilicet pro abigendis ejuſmodi tumoribus urinam recentem calidam cum linteolis læſæ corporis parti applicant. *Contuſionum leviorū cura.*

De contuſionũ graviorũ cura. *Art.* 2610. Ubi paulo graviores factæ contuſiones ſunt ſcordium, ſabina, abrotanum, eademque vel ſeorſim, vel junctim etiam in vino, vel aqua ſalſa decoquuntur, probeque calida cum linteolis ſacculiſque medicis identidem ſuper parte læſa deligantur. Sapo venetus in urina, vinoque decoctus, atque ſic panniculorum, ſpongiæve ſubſidio læſæ parti applicatus, ad digerendum cruorem intus hærentem haud parum vehemens eſt. Quamquam memorari etiam jure ſuo hic debeant aqua calcis cum admixto ſpiritu vini camphorato, vel acetum lithargyrizatum, item acetum cum ſemine carvi coctum, utpote quoque ſingulorum egregiam eſſe adverſus vexata ſeu contuſa efficaciam, ipſo rerum uſu diſcimus, ſi modo ſæpius calide imponuntur.

De contuſionum graviſſimarum cura. *Art.* 2611. Si qua vero mox ita gravia, & periculoſa reperiuntur vexata, ut nimia liquoris ſtagnantis copia digeri nullo modo queat; ſed potius gangræna jam jam proditura ſit, neceſſarium utique videtur partem læſam crebro alte quidem ſcalpello incidere, vel ut vulgo loqui amant, ſcarificare. Sic enim non ſanguis ſolum effuſus, atque ſtagnans ejicitur, ſed quam maxime gravia etiam mala, cujuſmodi quidem ſuppurationes, & gangrænæ ſunt, feliciſſime præcaventur.

Curatio ulterior. *Art.* 2612. His itaque ſic confectis, neceſſe eſt fomenta quædam digerentia adhibere, ſacculos item ex herbis reſolventibus in vino coctis, vel & ſequentia, ℞. *Rad. Brioniæ unc.* ij. *vel* iij. *herb. Sabin. Scord. Abrotani, Arboris vitæ ſive thuyæ, vel abſynth. ana man.* ij. Singula iſta minutim diſſecantur, affuſiſque vini circiter libris duabus per horæ quadrantem probe decocta per panniculum aliquod laneum percolantur. Dehinc ſaponis veneti, vel hiſpani aliquot unciæ decocto huic pro-

be

be calido admiſcentur, complicatique panniculi linei ex eodem expreſſi per ſingulas fere horas læſæ corporis parti calide ſuperinjiciuntur. Si quis autem cataplaſmate uti maluerit, ſequens utpote ſimpliciſſimum, ſimulque efficaciſſimum commendatum volumus ℞. Pulv. rad. bryoniæ, Saponis Veneti ana unc. iij. coq. in ſuff. quant. aq. recent. vel aq. ſalſæ ad conſiſtentiam cataplaſmatis, quod adhuc magis efficax erit, ſi cuilibet unciæ, gummi galbani, vel ammoniaci uncia in vitello ovi reſoluta ſimul admiſceatur.

Art. 2613. Digeſtis jam per fomenta, ſacculos, aut cataplaſmata maximam partem iis, quæ per contuſionem coierant, reliqua vulneris curatio fieri quam aptiſſime poterit per emplaſtrum aliquod digerens, probe prius purgatæ, digeſtivoque impletæ plagæ ſuperimpoſitum: quoniam fomentorum, & cataplaſmatum uſus ob nimium laborem chirurgis paulo moleſtior plerumque eſſe ſolet. Serviunt hic ægregie emplaſtra diaſaponis, diachylon, de meliloto, de ſpermate cœti, de galbano, vel & ſequens. ℞. *Emplaſt. de melilot. unc.* iv. *Galban. vin. ſolut. unc.* ij. *Farin. rad. bryon. unc.* j. *Flor. ſulphur. Æthiop. mineral. ana unc. ſem. ol. chamomill.* q. ſ. f. *Emplaſtrum*. Confectis denique omnibus, quæ ad cruoris diſſipationem, vulneriſque purgationem pertinent, nihil aliud ſupereſt, quam ut vulnus balſamo vulnerario, & tandem linamentis ſiccis ut alia vulnera, penitus glutinetur. *De curatione reliqua.*

Ettmulleri ſententia.

Art. 2614. In ecchymoſi curanda imprimis opera danda eſt, ut ſanguis extravaſatus, congrumatus, & acore inquinatus, ſucceſſive reſolvatur *Curatio.*

tur

tur, inſenſibiliter abſumatur, & per meatus ſeu porulos corporis eliminetur. Conveniunt remedia interna *acidum abſorbentia*, ſanguinem congrumatum *reſolventia*; ſimul & blande *diaphoretica*; eminet *ſperma ceti* cum *lapillis cancrorum*, *ſuccin præparat. coral. rub.* &c. *Antimonium diaphoreticum*, & *volatilia* ſunt egregia. Externe imprimis *reſolventia*, & ſanguinem grumatum inſenſibiliter diſſipantia ſunt uſurpanda; huc facit *ſpiritus vini* nunc ſimplex, nunc *camphoratus*, *nunc crocatus*, cum linteis applicatus, efficacius erit ſi addatur *theriaca*, & etiam *balſam. peruv.* maxime in contuſionibus partium nervoſarum: In contuſionibus levioribus applicatio *carnis bubulæ* in tenues lamellas ſectæ optime conducit. Quod ſi his & ſimilibus remediis ecchymoſis nequeat diſſipari, opera danda eſt, ut ſanguis extravaſatus in pus convertatur; ſi vero metus ſit gangrænæ, mox pars contuſa profunde ſcarificetur, & ſanguis congrumatus, quantum fieri poteſt, eximatur, & tanquam grangræna tractetur, de qua alibi (2749.). In omni contuſione graviori convenit *venæſectio*.

Caventur a gangrana.

Farrago ſententiarum.

Remedium ſingulare.

Art. 2615. Quidam adoleſcens ex alto ceciderat; & omnia membra admodum contuſa fuerant, ut brevi moriturus videretur. Pater ipſius accepit *favos cum mele* & coxit in vino ad conſiſtentiam unguenti, quod extendit ſuper *corium vervecis recenter mactati*, eoque ægrum involvit, reiterata per triduum operatione, æger omnino curatus eſt; ex *Riverio*.

Vires dulcamaræ.

Art. 2616. ℞. *Fol. ſolani lignoſi ſive dulcamar.* M.iv. *ſem. lini ſubtiliter pulveriſat.* ℥iv. coq. in

vin.

vin. *moſcatellin. cretic. aut larido porcin.* ad conſiſtentiam cataplaſmatis, quod loco contuſo tepide admoveatur: unius noctis ſpatio tumorem capitis humani magnitudine reſolvit; & contuſiones deploratas muſculorum ſanavit (inquit *D. Hulſe apud Ratum*) vires quoque ejuſdem plantæ pro uſu interno ſunt egregiæ; eſt enim baſis *infuſi traumatici* apud *Fullerum*; addit author ſingulare eſſe experimentum ad caſum ab alto & contuſionem: cruorem quippe extravaſatum, & grumeſcentem mirifice diſſolvit; &c.

Art. 2617. In ſimplici contuſione ſufficiunt embrocationes cum *ol. roſar. myrtil. & aceto*; & applicatio cataplaſmatis ſequentis, vel hujuſmodi ℞. *Far. hord. fabar. ana* ℥iij. *pulv. nuc. cupreſſ. balauſt. alum. rup. ana* ʒß. *roſ. rub.* ℥iij. *ol. roſ.* ℥iS. *alb. ov.* N. iij. *acet.* q. ſ. m. f. cataplaſma. Ex *Wiſeman*. *In ſimplici contuſione.*

Art. 2618. Præter remedia modo recenſita interdum in uſum venire poſſunt ſequentia; *Bolus ad caſum*; *pulvis ad caſum*, *oleum ſem. lini* intus ſumptum; *emplaſtum coſmecticum*, &c. *Remedia varia.*

DE CONTUSIONE CAPITIS.

Ettmulleri ſententia.

Art. 2619. Gravior contuſio capitis interdum cranium findit, vel in loco contuſo, vel loco oppoſito (& vocatur *contrafiſſura*), nunc penetrat utramque laminam, nunc externam illæſa interna, nunc e contra. Signa fiſſuræ ſunt multiplicia, ut vomitus bilioſi, vertigo, ſanguinis per os, nares, &c. effluxus, ſubitanea obmuteſcentia, & brevi ſuperveniens delirium, convulſio, paralyſis: ſymptomata hæc ſuperveniunt: nunc mox in principio, ubi gravior fuerit læſio, *Contuſio capitis.* *Signa fiſſuræ cranii.*

nunc quarto vel ſeptimo die, ubi levior. Si æger firmiter teneat funiculum inter maxillas, & chirurgus fortiter trahat, ſi habeat fiſſuram, in loco fiſſo dolorem percipiet. Neceſſe eſt ut plurimum, ut perforetur cranium, ut ſanguini & ſaniei pateat exitus. Obſervandum eſt, quod vulnera ſimplicia capitis interdum poſt quartum, vel ſeptimum diem contrahant dolores, hinc rigorem & febrem; hæc ſi ſuperveniant, & alia adſint ſymptomata, ſuſpicio eſt fiſſi vel fracti cranii, ſin vero non adſint alia ſymptomata, non ſtatim ad *trepanationem* accedendum eſt; febris enim ex aliis cauſis oriri poteſt. „ In „ contuſionibus cranii, & læſionibus meningum „ ſeptimo, vel undecimo die gravis ſupervenit „ *ophthalmia*: & eſt ſignum mortis imminentis. „ *Balgivus*.

Boerhaavii ſententia.

Capitis contuſionis effectus.

Art. 2620. In capitis contuſionibus, & inde ex collecta materie, interdum creantur varii tumores, eryſipelas, œdema, dolores, convulſiones, oſſis & perioſtei putredines, febres, mors. —— Cranium in junioribus intro-preſſum, vel in adultioribus poſt fracturam intro pulſum, cerebrum premit; pro varietate loci preſſi, pro varia magnitudine, profunditate, acutie, punctura prementis, producit hebetudines, ſopores, vertigines, tinnitus, caligines, deliria, vomitum bilis, dolores capitis, convulſiones, paralyſes, lotii fœcumque ſpontaneum exitum, apoplexias, febres, mortem. Concuſſus validus capitis interdum eadem facit rumpendo, comprimendo &c.

Contuſſio vehemens.

„ In his affectibus religioſe conſulatur laudatus „ author in *cap. de capitis vulneribus*, qui (ſi „ quid ego judicando valeo) omnium ſcripto-

„ rum

„ rum eſt facile princeps. In contuſionibus gra-
„ vioribus ſemper recordandus eſt *aphoriſm. Hip-*
„ *pocratis*, nempe omne quod contuſum, ne-
„ ceſſe eſt, ut putreſcat, & in pus vertatur.

Platneri ſententia.

Art. 2621. Si in capite nullum vulnus eſt, illud autem lapide, ligno, alioque retuſo telo, percuſſum fuit, ſcire licet, os reſtitiſſe, & integrum manſiſſe, ſi nihil eorum ſecutum eſt, quæ accidere conſueverunt, ubi calvaria fracta, & ea, quæ intus ſunt, violata fuerunt. Vexata vero cutis, ſi levior caſus eſt, ſine ſcalpello, impoſitis iiſdem curari poteſt, quæ adverſus inflammationem valent, Si vero cum cute etiam aliæ partes, quæ ei ſubjectæ ſunt graviter affectæ fuerunt, expedit, quam primum illam ſedem ſcalpello concidi, & profluentem ſanguinem detergi; poſt autem eadem ſuper dari, quæ inflammatis medentur. Nec aliud auxilium eſt, ſi tardius, & poſtquam locus jam intumuit, atque rubet, ſubveniendum eſt. *Capitis contuſio abſque oſſium læſione.*

Art. 2622. Hæc autem curatio magis neceſſaria eſt, ſi multus ſanguis concretus ſub cute, vel ſub ipſo pericranio hæret, qui vehementiſſimam movere poteſt inflammationem. Si is ſub hac membrana calvariam cingente coiit, tumor valde durus eſt, & renitens, aſt plerumque minor; ſi vero ſub cute mollior, magiſque diffuſus. Hic tumor ſine mora incidendus eſt, & ſanguis evocandus, ubi etiam confert, plagam patentiorem eſſe. Conſiderate vero ſecandum eſt, ne inopinato aneuryſma incidatur, quod etiam in capite naſci poteſt. *Ejus curatio.*

Art. 2623. Quodſi vero ex vulnere perioſtium diductum, deraſum, vel detritum eſt, oſſiſque quæ- *Cranium perioſtio nudatũ corrũmpitur.*

quædam pars nudata, illud ante omnia ignorari haud debet, os ſine hac membrana ſanum eſſe non poſſe, ſed neceſſe eſt, ut ejus minimum exterior, ſummaque pars utpote alimento amiſſo emoriatur. Hoc celerius incidit ſi aer acceſſit, vel ſi impoſita fuerunt varii generis medicamenta, præcipue pinguia ac digerentia; quibus omnibus, ut & pure atque ſanie, quæ ex vulneribus exit, os pingue fit, nigrum, atque carioſum.

Ejus curatio. *Art.* 2624. Si igitur hoc in calvaria ex vulnere incidit, ab oſſe, quod ſic vitiatum fuit, ſquama abſcedit, & poſt id quod relictum eſt, & ſanum nova membrana contegitur. Oſſi ſuperdanda ſunt linamenta pura; vel ex alcohol expreſſa. Hæc etiam reſpergi poſſunt pulvere, qui bene tritus ex maſtiche, terebinthina cocta, ſuccino, olibano componitur. Reliqua vero ad capitis vulnera infra deſcribenda ſpectant.

Fractura cranii exploratio. *Art.* 2625. Inter ſigna, quæ calvariam fractam eſſe, oſtendere dicuntur, plura ſunt, quæ fallere poſſunt. Protinus conſiderandum eſt, quo lapide, telo, an mediocri, an vaſtiori, an vehementer, an leviter, caput percuſſum ſit. Ubi vulnus eſt, demitti ſpecillum oportet, quo mediante, percipi poteſt, num os integrum ſit. Poteſt vero eſſe, ſi ſpecillo nihil, niſi læve & lubricum, occurrit, ſi quid aſperi eſt, qua ſuturæ non ſunt, fractum os eſſe teſtatur. Demittendum vero ſpecillum temperata manu eſt, ne illud, ſi calvaria effracta fuit in meninges, ipſumque cerebrum incidat.

Indicia rupta intus venæ. *Art.* 2626. Si vero ſpecillo nihil invenitur, conſiderandus eſt homo, & inquirendum, num is, eo tempore quo vulneratus fuit, conciderit, num ei fuerint oculi obcœcati, num obmutuerit, & ſine ſenſu per aliquod tempus jacuerit, num ei per nares, aureſque ſanguis effluxerit,

num

num bilem vomuerit ; quæ omnia eveniunt , ſi ab ictu cerebrum commotum fuit. Nam hoc ſi accidit, etiam metus eſt, ne motu vena rupta ſit, quæ ſanguinem mittere poſſit.

Art. 2627. Clariora vero indicia oſtendunt , periculorumque ſigna patefaciunt ea , quæ poſt aliquod tempus conſequuntur. Si ea parte , qua caput ictum fuit, ejus dolor vehementer urget, ac pertinaciter manet, ſi torpor accedit, & cum hoc febricula , ſi mens non conſtat , & homo quaſi dormiens jacet , ſi trux ejus vultus eſt , oculi, quaſi reſoluti, huc illuc moventur , ſi ii inflammantur, ſi urina, vel alvi fœx, ſine voluntate excernitur , ſi nervi , vel reſolvuntur , vel diſtenduntur. Inter notas etiam eſt , ſi ſeptimo circiter die , pro modo vulneris , major vis puris, vel alius humoris ex eo effertur , & ſi locus mollior eſt, ac quaſi tumet. Nam omnia hæc aliquando celerius , aliquando ſerius , & poſt plures dies , eveniunt , ſi ſub calvaria arteria, vel vena rupta ſanguinem emiſit , vel ſi in oſſe noxa eſt. *Indicia eadem ſed clariora.*

Art. 2628. Scire etiam licet, multum humorem ex ruptis arteriis, veniſque ſub calvaria effluxiſſe, ſi hæc quidem non ſtatim poſt ictum , aſt brevi interpoſito tempore , eveniunt. Mala enim indicia, quæ protinus ictum ſubſequuntur a cerebri commotione fiunt. Ubi ſanguis concretus aut oſſis fragmentum cerebrum comprimit , febris ac inflammatio incenditur, & nervi etiam graviter diſtenduntur. Frequentius incidit , ut dum in uno latere nervi reſolvuntur , illi in altero diſtendantur. Crebius hoc non in eo latere fit ubi plaga , & ſub calvaria concretus humor eſt, ſed in altero. Inde conjectura enata fuit , nervorum initia ſeu medullares cerebri fibras , ex læva in dexteram , ex dextera in levam de- *Indicia compreſſi cerebri a grumo ſanguinis vel ab oſſe.*

ſcendere, & decuſſare. Nihil tamen in his perſpectum eſt.

Quomodo fractura oſſis & fiſſura dignoſcantur. *Art.* 2629. Si igitur hæc omnia; vel plura indicia oſtendere videntur os fractum eſſe, id certiori nota explorare licet, ſi plaga, ubi nulla ex vulnere eſt, manu fit, & cutis cum omnibus, & ipſo perioſtio, ſubſecatur, oſque deoperitur. In patefacto ſic oſſe rima patentior manifeſta eſt. Os etiam ſi eo loco, cute inciſa, pallidum, vel alienatum reperitur, vitium ſubeſſe intelligitur. Si vero os rimulam parvam, omnemque oculorum aciem effugientem, habet, inducendum ſuper os atramentum ſcriptorium eſt, deinde id ſcalpro deradendum. Nigritiem enim continet ſi quid fiſſum eſt.

Fiſſuræ diagnoſis explanatur. *Art.* 2630. Ubi autem ea parte, quæ ictum excepit, & qua cutis ſubſecta fuit, os integrum repertum eſt, mala vero indicia ſignificant, calvariam alia parte fiſſam eſſe, majori diligentia opus eſt. Caput ad cutim tondere oportet, & conſiderari, num quis locus mollior ſit & tumeat, vel plus ſolito rubeat. Ad illud locum patefaciendum juvat emplaſtrum emolliens, quod per aliquot horas ſuperdari poteſt. Cum homo, cui mens conſtat, in parte aliqua dolorem percipit, cum alius, qui propter continentem ſomnum, appellatus ignorat, vel, qui inter verba deſipit, manum alicui loco crebrius admovet, conjectura perducimur ad eam ſedem, in qua noxa eſt.

Prognoſes ad cranii fractiones. *Art.* 2631. Neminem a periculo tutum eſſe novimus, cui caput percuſſum fuit, ſed maxime omnium infantes periclitantur, ſi iis calvaria fracta vel fiſſa eſt. Hæc enim modiolum, quo adultis exciditur ferre non poteſt. Oſſa tamen puerorum, quia tenera ſunt, atque cerea, molleſque commiſſuras habent, non ita facile frangun-

tur.

tur. Tempora ſi percuſſa ſunt, gravis, ac ſæpe lethalis vulneris periculum eſt, ob majores ſubjectas arterias, quæ ruptæ ſanguinem periculoſius fundunt.

Veteribus, & inter hos, Hippocratis, omnis crotaphitis læſio valde terribilis fuit; qui exiſtimaverunt, ſemper vulnerato unius lateris muſculo, alterum convelli; Sed ſine nervorum diſtentione hos muſculos inciſos, quin etiam colliſos ſaneſcere, his temporibus compertum eſt.

Majori in periculo ſunt, quibus ſuturæ percuſſæ fuerunt, ex his præcipue quæ ſagittalis dicitur. Eadem pericula fere iis ſunt, quibus os frontis ſuper ſupercilia fiſſum, vel fractum eſt. Notum enim eſt ibi os duplex eſſe, & intus ſinus habere, qui membrana mucum ſecernente cinguntur. Sinus vero hujuſmodi: ut qui ſub ſuturis calvariæ adſunt, vetant ne ſedibus his modiolus accomodari poſſit, a quo cerebri membranæ cum majori periculo facile læderentur.

Ad eaſdem fracturas quid primo faciendum.

Art. 2632. Igitur, ubi vel certis indiciis cognoſcitur, vel aliqua conjectura percipitur, caput fractum eſſe, & ubi mala ſigna periculum oſtendunt, calvaria deoperienda[a], & rima, vel fractura patefacienda eſt. Plaga vero vel ex vulnere eſt, ubi talem neceſſe eſt, habeamus, qualem accepimus, vel eam manu fieri oportet, ubi ea fere commodiſſima eſt, quæ duabus tranſverſis lineis literæ X. figuram accipit, ut deinde a ſingulis procedentibus angulis cutis ſubſecetur. Nam ſic ſedes præſtatur modiolo, cujus uſus neceſſarius eſſe poteſt. Si os fiſſum ſit, non vero perfractum, valentius imprimi ſcalpellum poteſt, quo ſimul & cutis, & perioſtium incidantur. Ubi vero os totum perfractum eſt, atque labat, ſuſpendenda magis manus eſt, ne oſſis fragmentum intus deprimatur, neque cerebrum ejuſque mem-

membram urgeat. Si ſanguis a plaga fertur, is impoſitis linamentis puris, vel, ſi id res requirit, compreſſa, vel devincta arteria ſiſtitur. Inter cutis ſubſectæ angulos, & os imponi debent linamenta, ne iterum glutinentur.

Curatio generalis. *Art.* 2633. Poſtquam ſanguis conquievit, iterum deoperienda calvaria eſt, illaque ſpongia vino calido madente detergenda. Si os haud perfractum eſt, ſed ſummum tantum colliſum, exaſperatumque, illud radi, & lævari ſatis eſt. Si quæ parvula oſſis fragmenta eminent, eximi, &, ſi ex membrana dependent, forfice abſcindi; ſi vero cum ipſo oſſe cohærent, & retuſa ſunt, in ſedem ſuum dari debent, ut glutinentur. Id, quod haud glutinatur, emoritur, & tandem a parte ſana recedit.

Curatio ubi nulla graviora ſymptomata adſunt. *Art.* 2634. Nam neceſſe non eſt, ut in omni fiſſa, fractaque calvaria ad ferramenta veniamus, quibus illa excidi ſolent. Quodſi enim nulla mala indicia ſunt, vel ſi illa, quæ adfuerunt, levantur, & ſi nulla ſanies, nec ea, pro modo vulneris, nimis multa, ex ulcere effertur; & ſi ex nudato oſſe caruncula excreſcit, modioli uſus ſupervacuus eſt. Rimæ enim, ſi nulla alia noxa acceſſit, in calvaria æque, ac in alio oſſe, callo implentur. Ad id vero non parum conferre exiſtimo, ſi protinus poſt acceptam plagam ſanguinis plurimum detrahitur, danturque medicamenta paulo valentiora alvum ducentia; quibus efficitur, ut ſi forte intus arteria, vel vena aliqua in cerebri membranis ex ictu rupta aliquid ſanguinis miſerit, illud diſcutiatur. Igitur ſi mala ſigna haud accedunt, vel hæc levia ſunt, eaque nulla graviora ſequuntur, experienda prius eas curandi ratio eſt per ſanguinis miſſionem, & impoſita diſcutientia.

Si rima *Art.* 2635. Si vero non niſi calvariæ exterior

pars

pars percuſſa eſt, & rimæ ad diploen, non vero ad alteram, & internam ejus partem, ſeu laminam vitream tranſeunt, metuenda caries eſt. Optimum eſt modiolo vitium comprehendere, & os totum excidere. Si etiam latius vitium eſt, quam ut modiolo comprehendi queat, exitus datur humori, qui in diploe diffuſus eſt, & id quod in oſſe corruptum eſt, aridum fit, & a ſano ſolvitur. Si ejus, quod vitiatum fuit, ambitus major eſt, expedit, iterum modiolum adaptare. Sunt qui os ferramentis radunt, donec integrum id ſit, quod relinquitur: ſed multo melius arbitror, id totum excidi.

ad diploen non vero ad laminā vitream cranii perveniant.

Art. 2636. Si calvaria exterius conciſa ſedem habet, non alia curatio eſt, quam quæ jam propoſita fuit (2623. 2624.) Oſſis enim fragmento proſpiciendum eſt, quo illud, vel cum alio glutinetur, utque ſuper id membrana increſcat; vel ſi hoc fieri nequit, ut aridum factum ab alio ſecedat.

Si calvaria ſubſedit.

Art. 2637. At ſi fragmentum, enſe abſciſſum, undique reſolutum eſt, quod genus *apoſchepar-niſmos* veteribus dictum fuit, illud ſi nondum alienatum eſt, ſervari poteſt, ſi cutis non prorſus abſciſſa fuit, ſed cum oſſe dependet. Si enim, purgato vulnere os in ſedem ſuam datur, cutis vero faſcia, vel ſutura adducitur, raraque adhibetur deligatio, os iterum glutinatur.

Si os enſe undique abſciſſum.

Art. 2638. Experimentis cognitum eſt, ubi os in junioribus ſine fractura deſidit, ſupervacuam eſſe plerumque omnem curationem, ad quam non prius decurendum eſt, quam, ſi ea eveniunt, quæ cerebrum premi teſtantur. Nonnumquam enim id, quod depreſſum eſt, per ſe, & ſine medentis auxilio reſtituitur, ſæpe etiam ſine incommodo relinquitur. Si curatio neceſſaria videtur, neceſſarium eſt, os juxta eam partem, quæ

Si os depreſſum ſine fractura eſt.

quæ defedit, modiolo excidere, & illud ea ratione excitare quæ uſuvenit in fractis, quæ defederunt. Sunt qui extrinſecus cuti emplaſtrum glutinoſum imponunt, idque adducunt, ut cum cute etiam os attollatur; id vero, quod non ſine ſummo dolore fieri poteſt, parum proficit. Experiri licet cucurbitulam, quæ cum igne imprimitur. Majus vero periculum oriri poteſt, ſi res terebra agitur; quia ſi illa os perrumpit, gravis metus eſt, ne id findatur, & cerebri membrana graviter lædatur.

Si os depreſſum cum fractura eſt.

Art. 2639. Si os quod deſidit, etiam perfractum eſt, illud non ſolum cerebrum ejuſque membranas urget, ſed interdum etiam ex fractura, quibuſdam veluti aculeis pungit. Inter ea quæ accidere ſolent, ſi cerebrum premitur, in hoc caſu gravis movetur inflammatio, quæ etiam ad ſuppurationem ſpectat. Quare ſi curatio negligitur, ex cerebro per rimam patentiorem pus fertur. Si aer accedit ulcus putreſcendo intenditur, & caro intus corrupta naſcitur, quæ veluti fungus celerius, etiam ſuper calvariam increſcit. Oportet igitur protinus os, quod deſedit, excitare. Plures hoc moliti ſunt, excogitatis variis, ferramentis, terebra (*tirefond*), nec non ſic dictis elevatoriis, quorum alterum, quia tribus fulcris, ſeu pedibus nititur, triploides vocatur, alterum vero nomen ab inventore *Hildano* accepit. Sed hæc machinamenta cum terebra ſunt: quare ſemper metus, ne hac interior oſſis pars perfringatur. Nec terebra in os, quod undique reſolutum eſt, & labat, ſine periculo adigi poteſt. Longe itaque melius eſt, os, quod deorſum inſedit, recte attolli. Si vero nec rima ſatis patet, nec fragmentum ex facili removeri poteſt, vectis demitti nequit, niſi prius modiolo foramen in oſſe, quod integrum eſt, fiat,

juxta

juxta id, quod deſedit, quo vecti ſpatium, & aditus ſit. Ubi vero id, quod fractum eſt vecte attollitur, videndum, ne hoc foraminis oræ valentius premantur: quare ſemper inter os, vectemque collocandus digitus eſt.

Art. 2640. Si vero os, quod deorſum inſedit excitatum fuit, etiam cura habenda eſt, ut humor, qui ſub calvaria effluxit, evocetur, utque fragmenta, quæ labant, maxime ea, quæ acuta membranam infeſtant, removeantur. Excidendum etiam, quidquid ſpinoſum, & intus eminet. Sæpe foramen non ſatis magnum eſt, ad extrahenda fragmenta: quare alia foramina, mediante modiolo, facienda ſunt, & eorum ſepta excidenda, donec exitus datur intus lædentibus. Quia autem metus eſt, ne os quod perfractum, & vecte excitatum fuit, labet, ita caput deligandum eſt, ne illud iterum decidat. Ob id ſuper oras oſſis, quod integrum manſit, fulcienda circumponendaque ſunt linimenta panique multiplices: id autem, quod fractum eſt, ſaltem molliter contegendum, quo, dum caput faſcia comprehenditur, oſſis fragmentum minime prematur. Ea vero faſcia opus eſt, quæ capital majus dicitur. *Poſt erectiorem oſſis depreſſi quid faciendũ.*

Art. 2641. Tandem etiam calvaria finditur, ex quo ſæpe incidit, ut intus arteria, vel vena rupta aliquid ſanguinis mittat. Hoc autem ſi ex iis, quæ ægro eveniunt, intelligitur, non protinus ad modioli uſum veniendum eſt. Si enim rima patentior eſt, inciſa cute humor per hanc educi poteſt. Et ſi ſanguis parum effluxit, aliis auxiliis (2632.) diſcuti poteſt. In his itaque curationibus perſeverandum eſt, donec mala ſigna calvariæ ſectionem neceſſariam eſſe oſtendunt; maxime ſi hæc non minuuntur, ſed increſcunt. Neceſſaria etiam eſt abſtinentia, quies, & potus *Si liquor ſub calvaria ſit extravaſatus*

tus

tus diluens; quibus diligenter ſervatis, aliquando graviores noxæ, ſine ferramentorum uſu averti poſſunt. Si vero increſcentis morbi notæ adſunt, trapanatio minime differri debet, qua celebrata ſcalpelloque exciſorio foraminis oris circumraſis, alio ferramento ſub ſpathæ forma cerebri membrana deprimitur, ut humori intus concreto exitus detur. Qui non exit evocari poteſt penicillis; non parum etiam ad excutiendum humorem confert, ſi æger interea ſpiritum cohibet, & tuſſiens, ſternuenſque cerebri membranam commovet, atque attollit. Quodſi vero is ſub dura meninge coiit, neceſſe eſt, hanc ſcalpello haud timide ita incidere, ut plaga latius pateat. Arteriis tamen, quæ per hanc membranam feruntur parcendum eſt. Si quæ ſunt oſſis fragmenta, illa vel removeri debent, vel, ſi majora deſederunt, excitari.

Si oſſis fragmētum inditum ſit in dura meninge. *Art.* 2642. Si parvulum oſſis fragmentum intus inditum eſt, idque acutum, duram matrem vexat eique inhæret, id ſæpe ſine hujus graviori noxa tolli nequit. Melius eſt in hoc caſu, membranam incidi, quam valentius trahi, atque vellicari. Immo ſi neceſſarium videtur, aliud foramen modiolo faciendum eſt, quo calvariæ ſinus latius pateat, & fragmentum commode tolli poſſit.

Si dura meninx inflammata eſt. *Art.* 2643. Dura meninx inflammata rubet, & alienata albidior apparet. Quando inflammata, linteolum poſtquam per foramen demiſſum, & cerebro inductum fuit, reſpergi debet aqua vulneraria cui parum eſſent. ſuccini, maſtichis, & croci adjici poteſt. Videndum vero, ne hæc medicamenta acria ſint, & cum ſale tartari parata.

Si dura mater *Art.* 2644. Si vero non dura mater tantum, ſed & ipſum cerebrum aliqua parte corruptum eſt,

eſt, & ex foramine pus, vel ſanies, vel alius corruptus humor fertur, ingerenda ſunt medicamenta ad ulcus purgandum idonea. Optimum eſt eſſentia ſuccini, cui aliquot guttulæ olei terebinthinæ admixtæ ſunt. Si vero ulcus valde impurum eſſe videtur, pauca eſſentia myrrhæ addi poterit. Si hæc valentiora videntur, dilui queunt aqua vulneraria. Commodus etiam eſt liquor, quo Galli crebrius utuntur, qui balſamum Fioravanti vocatur. Inimica ſunt acria, aquoſa, pinguia, & nimis digerentia. Optima ſunt ſic dicta ſpirituoſa; nocere tamen poſſunt, ſi valentiora ſunt, quia dura mater, quæ valde nervoſa eſt, iis nimium afficitur. *aut cerebrum corruptione afficiuntur.*

Art. 2645. Si vero ulcus in cerebro eſt, & ſi hoc aere, vel medicamentis nimium mollientibus, ac digerentibus alienatum, & ſi vulneri laxior vinctura adhibita fuit, per calvariæ foramen, ſuperque hanc ipſam, tumor excreſcit rarus, mollis, putris carnis inſtar, qui cum celerius in majorem molem augeatur, fungus cerebri dicitur. Is avertitur evitatis his omnibus, ex quibus naſcitur, & ſi in calvariæ foramen, quod vel ex vulnere eſt, vel a modiolo factum, demittuntur illi minores, atque paulo duriores glomi ex linamentis formati; & his imponuntur multiplices, ac gradati panni. Multis etiam uſus eſſe poteſt in hoc caſu illa plumbea, & crebris foraminibus pertuſa lamina Belloſtii, quæ omnia, & ſi liquores illis ſpirituoſi ſuperhabentur, & vulnus rarius, & celerius deligatur, cerebrum ſic excreſcere haud patiuntur. At cum fungus jam increvit, is ſcalpello præcidi debet, & reſpergi alcohole, quo etiam ſanguinis profluvium ſupprimitur. Supra imponenda ſunt linimenta ex ſpiritu maſtiches, & ſuccini expreſſa. Neceſſe vero eſt, ut, impoſitis linamentis, *Si ab ulcere fungus excreverit.*

pan-

pannisque adhibeatur paulo adſtrictior faſcia, quo illud, quod iterum excreſcere poteſt, contineatur. Nonnulli medicamentis uti malunt, ad carnem ſuper creſcentem exedendam idoneis. Ergo inſpergunt pulverem ex ariſtolochia, ſabina, caryophyllis, maſtiche, olibano, & vitriolo uſto: quæ, quum acria ſint, minus tuta ſunt. Nam cerebrum graviter afficiunt, & magnam in eo ſuppurationem movent.

DE TREPANATIONE.

Junckeri ſententia.

Trepani deſcriptio. *Art.* 2646. Inciſa cute muſculoſa, & hæmorrhagia non obſtante, aut ſedata, trepanatio ſuſcipitur, & quidem vel mox, vel pro re nata poſt 8. vel 12. horas a fractione calvariæ. Adhibetur in hunc finem peculiaris terebra Græcis *Trepanon* dicta, quæ modiolum cavum, dentibus ſerratis inferius inſtructum refert, ut hac ratione agitando, & verſando portio cranii inſtar trioboli exſcindatur.

Aliud mas aliud fœmina. *Art.* 2647. Duplex autem terebella uſuvenit altera in medio ſui fulcrum quoddam, & quaſi aculeum obtuſum habens, ut in cranium altius penetrari non poſſit, quam centratus ille ſtilus ſeu fulcrum permittit, & hæc trepanum ſeu modiolus mas vocatur; altera terebra ſine tali fulcro eſt parata, & trepanum fœmina dicitur.

Trepanationis deſcritio. *Art.* 2648. Æger ita collocetur, ut pars capitis perforanda ſuperiora ſpectet, quæ trepano perpendiculariter ſubjicitur. Labia vulneris, niſi ſufficienter hiens, emplaſtri glutinatorii aliquantum retrahantur. Ne vero labia a ſcobe oſſis, inter operandum decidua lædantur, linteolis muniantur. Aures bombace obturentur. Itaque in loco

con-

conveniente applicetur primum modiolus mas, cujus cuſpis cranio firmiter admoveatur, manu ſiniſtra trepanum fortiter teneatur, manu autem dextera tam diu circumducatur, donec circulus mediocriter profundus factus ſit. Tum mas quieſcat & fœmina laborem abſolvat. Sanguis quando apparet, ſignum eſt, quod tabulam ſecundam trepanum penetravit, & tum lenius premendum eſt, ne forte modiolus altius calvariam penetret, & duram matrem, quæ cranio circa bregmata ſatis arcte adhæret, ſimul lædat; unde mors poteſt accelerari. Inter operandum trepanum frequentius tollatur, ut profunditas, & æqualitas perforationis exploretur, & ſcobs modiolo ac circulo inciſo inhærens auferatur. Præterea ſcobs dentibus modioli inhærens ſæpius detergatur.

Art. 2649. Si portioni cranii exciſæ dura mater adhæret inſtrumento decuſſorio modeſtè deprimenda eſt. Poſt terebrationem omnes eminentiæ, & feſtucæ, ab actu trepanationis reſultantes, & cranio adhærentes, cultello lenticulari ſtudioſe auferantur, ne meninges pungant. Contingit ſæpe, ut una & ſimplex perforatio non ſufficiat, in quo caſu trepanum bis, vel ter admoveri poteſt. Imo *Stalpartius van der VViel* Cent. I. obſ. 8. exemplum Comitis cujuſdam Naſſavienſis allegat, in quo trepanatio viceſies ſepties adhibita fuit. *Quæ forte accidunt.*

Art. 2650. Finita perforatione capiti applicentur ſacculi e diſcutientibus, roborantibus, & nervinis ex. gr. ex rad. Imperat. Valer. caryophyll. Zedoar. Irid. Florent. Sigill. Salamon. Cyper. rotund. tum ex herbis betonicæ ſalv. ſerpill. hyſſop. ex floribus lavend. anthos, lilior. convall. roſar. rubr. Tiliæ, ſambuci, Ulmariæ, Stæchad. Arabic. Calendul. Ex ſeminibus fœnugræci, aniſ. nigell. ex li- *Poſt operationem obſervāda.*

gnis

gnis ſaſſafras, ſantal. Citrin. In ambitu partis perforatæ inſpergi poteſt aqua vel ſpir. majoran. ſerpill. lil. convall. vel aqua Epileptica Langii. Cranium a labe ulceroſa defendatur per plumaceolum bono ſp. vin. humidum. Ad promovendam exfoliationem contribuunt rad. irid. Florentiæ, & ariſtoloch. rot. ſed magis in eſſent. quam pulv. Supra cranium ponatur emplaſtrum de betonica, ſaponatum Barbette, vel Emplaſt. ad rupturas. Malaxentur autem hæc omnia emplaſtra, cum pauciſſima quantitate olei cujuſdam aromatici ex. gr. cinamomi, caryophyllor. lign. rhod. Adveniente in calvaria ardore ſp. vin. camphoratus applicari poteſt. Hæc omnia faſcia *couvrechef* dicta firmentur. Alvus libera ſervetur; interne demum adhibeantur temperantia nitroſa, abſorbentia, & alexipharmaca temperata.

DE OSSIUM LUXATIONE.

Ettmulleri ſententia.

Luxatio Oſſium. *Art.* 2651. Luxari dicuntur oſſa, quando eorum capita ex ſitu naturali removentur, hæc autem luxatio fit a vi externa ut plurimum, quandoque vero oritur a cauſa interna; namque hoc malum iis, qui ſcorbuto laborant, aut qui affectibus catarrhalibus ſunt obnoxii, nonnunquam accidit; in his enim funiculi nervei laxantur, & reſolvuntur, & fere inſenſiles fiunt, unde *paralyſi ſcorbutica* ſubinde ſupervenire ſolet.

Duplex. *Art.* 2652. Duplex eſt luxatio nempe *perfecta*, quando os a ſede ſua omnino amovetur, vel *imperfecta*, quando non totaliter a ſinu ſuo extruſum ſit os, ſed hæreat adhuc in ſui receptaculi margine.

Prognoſis. *Art.* 2635. Præ cæteris omnibus os femoris diffi-

fícil-

ficillime luxatur, iſtius etiam luxatio eſt omnium curatu difficillima; in adultis raro aut nunquam reſtituitur ſine miſerrima in perpetuum claudicatione; ratio eſt, quoniam ligamentum fortiſſimum, quo in receptaculo ſuo illigatum eſt, vel ruptum ſit, vel inſigniter relaxatum. „Valde probabile eſt (*obſervante D. Cheſelden ex duabus diſſectionibus Anat.* pag. 33.) quod os „femoris nunquam vel rariſſime luxetur, & „quod fractura *cervicis iſtius oſſis* pro luxatione frequentius accipiatur; unde femur decurtatur, &c. Impoſſibile enim eſt (ut cum illo „dicam) quod caput oſſis inter muſculos firmum ac ſtabilem locum inveniat ambulationis munere obeundo, tanquam in acetabulo. Luxatio in talo ſeu pedio eſt omnium periculoſiſſima, ubi ſunt os tali, calcanei, tria oſſa innominata, os cubiculare, &c. ibidem quoque copioſiſſimi ſunt tendines, unde dolor atrociſſimus, inflammatio, quandoque etiam convulſio. „Os humeri (*ex obſervatione Barbettiana*) raro „luxatur, & etiam ita raro reducitur, quin aliquantulum protuberet, quam ob cauſam patiens ſæpenumero manum ad caput porrigere „nequeat. Dorſi vertebrarum ad interiora luxatio malum lethale cenſetur; idem de coſtis „ad interiora luxatis plerumque dicendum eſt.

Art. 2654. Quoad curam luxationis; os luxatum, membro extenſo, mature reponendum eſt, quo facto, nil aliud incumbit chirurgo, niſi ut commodis ligaturis os firmet, apteque collocet, ac inflammationem facile ſuperventuram, & alios affectus mature arceat. Faſciationes non debent eſſe nimis *ſtrictæ*, ne compreſſis vel coarctatis vaſis oriantur tumores; neque tamen nimis *laxæ*, ne pars ſemel reſtitua denuo ex loco elabatur. Si adſit inflammatio, antequam membrum *Curatio.* *Inflammatio.*

brum repoſitum ſit, nihil prius tentandum eſt, quam inflammatio diſcuſſa fuerit; quamdiu durat, tamdiu pars inepta eſt extenſioni, ſin vero violentius luxatio inflammata extendatur, ſupervenit ex nimio dolore convulſio interdum lethalis. Ut ergo inflammatio imminens præcaveatur, vel præſens diſcutiatur, conducit fotus ſequens, ♃. *Summit. hyperic.* Miß. *beton. chamæmel. roriſmarin. ana* Mj. *rad. conſolid.* maj. ℥iij. *ariſtoloch. rotund.* ʒvj. *ſem. quatuor calid. maj. ana* ʒß. coq. in aq. font. & vin. ana q. ſ. ad ℔ij. ſit pro fotu, & in eodem humectentur faſciæ tepide circumvolvendæ: ubi major adfuerit contuſio, augeatur quantitas *rad. conſolid.* ubi levior *Ariſtolochiæ*; ubi urgent dolores *capita papaveris* poſſunt addi. Supervenit quandoque tumor *œdematoſus*; in quo caſu illinantur partes affectæ cum *oleo volatili* penetrante, convenit etiam *petroleum*, item *balſam. peruvianum* cum *ſpiritu juniperi* temperatum. In luxationibus prodeſt inunctio cum *oleo hyperici* & *ol. terebinth.* Ol. diſtillatum fœtidum *tartari* eſt horrendum ratione odoris, ſed tamen nihilominus eſt nobile admodum ratione efficaciæ; conveniunt ex *lumbricis* parata pro uſu externo & interno. Experientia didiſci *ovum cum oleo terebinthinæ & pauco aceto conquaſſatum* in luxationibus eſſe remedium utiliſſimum, omnibuſque intentionibus ſatisfaciens. *Belloſte*. Convenit etiam illud *Boyleanum* nempe *furfur tritici in aceto* coctum.

Oedema.

Heiſteri ſententia.

De luxationū generali curatione.

Art. 2655. In luxationibus, perinde ac in fracturis omne chirurgorum ſtudium eo præſertim ſpectat: 1. ut quicquid forte prolapſum fuit, extendendo ac deinde compellendo in ſedem naturalem

ralem reponatur ; 2. ut quicquid ita repoſitum eſt, in naturali ſitu ſuo conſervetur ; tandem 3. ut malis quibuſcunque propinquis ſive ſymptomaticis, ut vulgo dicunt, occurratur. Ac reponi quidem oſſa commodius ſolent, ubi ægrotus vel in ſedili, vel in menſa, vel in lecto, vel denique in terra, prout ſcilicet chirurgo viſum, ipſique malo commodum fuerit. Namque obſervandum omnino hic eſt, in ſedili quam aptiſſime illud reponi ſolere, quicquid in maxilla, clavicula, ſive jugulo, brachio ſive cubito, manu, vel in ipſo quoque humero prolapſum eſt: in menſa vero, ſi quæ vertebræ, aut femur exciderunt: in lectulo, quicquid forte in cruribus, vel pedibus ſede ſua motum fuit: denique in ſolo quam commodiſſime reponitur, quicquid vel in humeris, vel in colli vertebris ex naturali ſede propulſum eſt.

De extenſione.

Art. 2656. Extenſio quoque oſſium elapſorum eadem fere, ac difractorum ratione peragitur. Scilicet exterior, vel inferior dimotorum oſſium pars a miniſtro tantiſper intenditur, donec oſſa diſturbata, eorumdemque capita cum ſinubus, unde exciderunt, accurate rurſus reſpondere, reperiuntur. Quæ ipſa quidem extenſio manuum, aut ſi hæ parum ſunt, mantilium beneficio quam aptiſſime fieri nunquam fere non poteſt. Ut adeo pleraque iſta ab Oribaſio, Paræo, Andrea a Cruce, Scultero, atque aliis magno conamine delineata machinamenta plerumque haud neceſſaria ſint. Siquidem nihil fere aliud præſtant, quam ut ægrotorum in extenſione metum, terrorem, ac cruciatus ſine ratione augeant.

De excitatione.

Art. 2657. Denique ut mota ſuis ſedibus oſſa reponantur, id ſibi datum chirurugus exiſtimet eſſe, ut, ſimulatque a miniſtris membra corporis ægra, quantum ſatis eſt extenduntur, digitis

ſuis, vel manibus articulos, ſed mitiſſime tamen, tantiſper comprimat, torqueat, & concutiat, donec quicquid elapſum fuerat, in ſedem ſuam compulſum animadvertat.

Quando oſſa accurate repoſita cognoſcátur. *Art.* 2658. Atque accurate quidem recondita ſuis ſedibus oſſa luxata eſſe, iiſdem prorſus indiciis cognoſcitur; quæ ſuperius in doctrina de fracturis propoſita ſunt. Nempe bonum ſignum eſt, ſi ſonus aliquis aut ſtridor in ipſo repoſitionis negotio percipitur; ſi læſum membrum ejuſdem & æqualitatis, & longitudinis cum membro ſano deprehenditur; ſi dolores ſe remittunt, vel denique ſi motus integer membri reſtitutus eſt.

Repoſitio ſæpius differenda. *Art.* 2659. Quemadmodum autem in fracturis inflammationes, ſanguinis profuſiones ac tumores quam ſæpiſſime prohibent; quo minus reponi oſſium fragmenta queant; ſic oſſa quoque luxata, dum ſcilicet mala quædam ſimilia ſupervenerunt, excitari prius, ac laceſſi nequaquam debent, quam ſingula iſta impedimenta aptis remediis fuerint ſublata. Quin etiam iis in caſibus differenda oſſium dimotorum repoſitio eſt, ubi luxationes cum fractura quadam vicina ſunt conjunctæ. Neque enim extendi commode oſſa tunc poſſunt, quam adjuncta fractura probe fuit agglutinata.

Quomodo oſſa jam repoſita tractari debeant. *Art.* 2660. Poſtquam in ſedes ſuas compulſa ſunt, quæ exciderant oſſa, proximum eſt, ut in hoc ipſo ſitu ſuo naturali, quam accuratiſſime contineantur. Contineri autem longe facilius poſſunt, quæ promota, quam quæ comminuta fuerant oſſa. Quemadmodum enim hæc ſane firmiori deligatione, placidiſſimaque requie contineri vix, ac ne vix quidem poſſunt, ſic e contrario ad iſta continenda, niſi forte gravior aliquis caſus incidit, nulla ſæpius nec deligatio,

nec

nec requies magnopere neceſſaria videtur. Sic enim digiti, maxillæ, manus, humeri, atque ulnæ, ſi ſcilicet ſtatim a luxatione rurſus excitantur, nulla nec deligatione, nec quiete indigent; quum a propriis ſuis ligamentis atque muſculis ſatis firmiter ut plurimum ſuſtineantur. Quin & commodius omnino hic eſt, membrum iſtud ægrum leniter identidem, inflectere, atque commovere, ne propter diuturnam quietem ſuam rigidum, atque immobile reddatur. At vero quoties in pede motum aliquod e ſuo loco fuit, ſatius utique videtur, per aliquot dies continuos in lectulo conquieſcere; tum vero, ſimulatque nimirum quadantenus confirmatum membrum advertitur, lente iterum commovere, poſtea provide ſurgere, atque inambulare.

De luxatione inveterata.

Art. 2661. Similiter ubi oſſium repoſitorum ligamenta, vel propter inveteratam luxationem nimium quantum diſtenta, vel propter malum quodcunque aliud infirmata ſunt, neceſſarium utique videtur, faſciam aliquam commodam applicare, quietemque ægroto commendare, dum ſcilicet priſtinus ligamentorum rigor reſtitutus ſit. Sed cavendum tamen ſolicite ſemper hic eſt, ne propter longinquiorem a motu ceſſationem aut rigidi fiant, aut prorſus etiam conferveant ægri iſti oſſium articuli. Quod ne forte contingat, leniter identidem ac provide flecti; atque reflecti os afflictum debet. Interim haud alienum erit, faſcias ſuperinjectas vino, ſp. vin. aq. Reginæ Hungariæ, ſp. matricali, aut quovis alio ſpiritu roborante, ac tepido largiter ſubinde inungere: ſiquidem iſta ratione inſigniter roborari, vel confirmari ligamenta conſueverunt. Faſciæ ipſæ neque laxæ nimis ſint, neque nimis adſtrictæ. Ad emplaſtra autem quod attinet, quæ ſuperimponi quidam uſu habent, ſic omni-

no habendum eſt; poſſe nos iiſdem perinde ac in fracturis, ſine omni periculo prorſus carere, præſtatque, ea his in morbis omittere, quam adhibere.

Quomodo os humeri luxatum reponatur. *Art.* 2662. Quæ vel ante, vel poſt oſſium prolapſorum repoſitionem accidunt inflammationes, tumores, dolores, convulſiones, profuſiones, aliaque his ſimilia ſymptomata, iſta quidem eodem fere modo ractanda ſunt, atque curanda, qui in vulnerum, & fracturarum curatione adhibetur. Simulatque vero oſſa repoſita ſunt, modo recenſita mala ſenſim atque ſenſim ut plurimum evaneſcunt. Quoties ligamenta inſigniter debilitata ſunt; commodiſſimum certe eſt, læſum membrum linamentis calidis probe prius fricatum, ſp. vin. rectif. atque incenſo diligenter fovere, alioque dein ſpiritu roborante largiter inungere, denique autem faſcia quadam illud apte deligare. At vero ſicubi oſſibus jam tum repoſitis nihilominus dolores vehementiores remanent, ſane periculum quandoque eſt, ne qua fortè fractura ſimul adſit. Igitur in ejuſmodi caſibus circumſpiciendum, num aliqua forſan fractura ſubſit. Namque tunc, & hæc reſtituenda, ac præterea eadem obſervanda ſunt, quæ de fracturarum curatione ſupra propoſuimus. Febricula ſi acceſſerit ſanguis per venam detrahi debet, medicamentis refrigerantibus, victuque tenuiori ſimul adhibitis. Quod ſi autem, prout fieri in promotis oſſibus nonnunquam ſolet, gangræna ſubnaſci cœperit, non iis ſolum, quæ jam jam commendavimus medicamentis, ſed fomentis, & cataplaſmatibus quoque digerentibus, una cum faſcia octodecim capitibus prædita, pro deligatione opus eſt. Si qua porro corporis oſſa, cum vulnere loco ſuo mota reperiuntur, applicanda hic quoque eſt octodecim capitum faſcia.

Si

Si qui forte abſceſſus ſubnaſcuntur, longe optimum erit, ſtatim illos aperire, ſimulatque maturescere advertuntur. Namque alias periculum eſt, ne nimis maturum pus vel articulos, vel ipſa quoque oſſa corrodat, fiſtulaſque peſſimas moveat, quibus ſæpe nulla ratione alia, niſi per ipſius membri amputationem poteſt ſuccurri. Denique ubi oſſa quædam uſque adeo violenter ſ dibus ſuis expulſa ſunt, ut, quæ juxta ſunt, ligamenta, tendines, atque cutis penitus diſrupta ſint, ac perierint, inſanabile tunc utique, prout Hippocrates etiam obſervavit iſtiuſmodi malum eſt. Quantumvis enim ſolerter oſſa reponantur, tantum tamen abeſt, ut firmiter cohærere rurſus poſſint, ut potius convulſionibus, & gangræna excitatis ægrotum conficiant. Quotieſcumque igitur graviores tales læſiones obtingunt, quæ certiſſimam deſperationem adjunctam habent, ſi vitam conſervare voluerimus, protinus membrum ejuſmodi ægrum præſcindamus neceſſe eſt. Si luxatio eſt ſimul cum fractura; tunc quicquid prolapſum fuit, ſi fieri poteſt, primo loco, quicquid autem comminutum fuit, deinceps reſtitui debet. Quod ubi fieri haud poteſt eadem obſervare convenit, quæ de fracturis præcipiuntur. Tandem ſi forte membrum aliquod rigidum, & immobile factum eſt; haud alienum erit, ſic omnino illud ipſum fovere, oleis, pinguedinibus animalium, vel ungu ntis emollientibus, donec naturalis mobilitas penitus reſtituta ſentiatur.

Barbette ſententia.

Art. 2663. Maxilla, niſi in infantibus, vix in aliam quam in anteriorem partem prolabitur, & luxatur. Aliquando ex uno latere elabitur, *Quot modis maxilla luxetur.*

 & fa-

& facili negotio reducitur: aliquando ex utroque latere; ſed tunc difficillime reponitur, imo valde periculoſum, & ſubinde etiam lethale fuit.

Cauſa ejus luxationis. *Art.* 2664. Rariſſime maxilla luxatur ex muſculorum debilitate, aliquando ex ligamentorum laxitate; ut plurimum tamen ex nimia oris apertione. Si in uno latere elapſa eſt, ſeſe oblique ad partem affectam inclinat: proceſſus acutus protuberat: dentes inferiores non conſiſtunt ſub ſuperioribus, præterea etiam committi non poſſunt. Maxillam propellito ad partem oppoſitam, & ita in priſtinum locum reducito, quod non admodum eſt difficile; imo aliquando unico, ſed rigido colapho in locum repoſita eſt.

Quomodo maxilla luxata reponatur. *Art.* 2665. Si ex utraque parte maxilla luxetur, tota maxilla in anteriorem partem prominet: os manet apertum: proceſſus acutus ex utraque parte apparet prominentior: muſculi temporales ſunt extenſi. Miniſter aliquis caput teneat, vel ad murum illud applicetur: maxillam trahito, cum ambos digitos pollices in os immiſeris, primo deorſum, deinde retro, & denique ſurſum, atque ſic citiſſime, & facillime reponitur.

Quomodo os humeri luxatum reponatur. *Art.* 2666. Os humeri raro luxatur, & etiam raro ita reducitur, quin aliquantulum protuberet; quam ob cauſam patiens ſæpenumero manum ad os, aut caput porrigere nequeat. Ut optime reducatur ægrum reſupinato, & lapidem ſive cacabum ſub humeris collocato; deinde brachium antrorſum, & retrorſum extendito, in illo ſcilicet latere, ubi luxatio conſpicitur, & deinde prominentem ſcapulam in propriam ſedem repellito.

Os humeri adjutorium magnum ſive ſupre-

mum

mum nunquam retrorſum luxatur, rariſſime ſurſum, & antrorſum, ſed plerumque deorſum. Certiſſimum hujus rei ſignum eſt, cum ſub axilis rotundam quamdam duritiem, & ſupra humeros cavitatem quandam perſentias; brachium altero longius eſt, & patiens manum ad os porrigere minime valet. Variis modis reducitur, ſed hi commodiſſimi, tutiſſimique cenſentur. 1. Imponatur patiens articulis humerorum hominis robuſti, & ita teneatur: alius autem brachium deorſum premat, & deinde Chirurgus ſupremam partem in acetabulum elevet, & hoc modo breviſſimo temporis ſpatio in ſedem reducitur. 2. Scalam ſatis firmam ſumito, & infra juxta eam ſedem apponito, cui patiens inſiſtatur: ſupremus ſcalæ gradus corpus quoddam habeat rotundum quod cum alarum forma adamuſſim convenit: brachium affectum ei imponito, & deorſum trahito, os humeri horſum & retrorſum movens: miniſter interim etiam brachium ſanum deorſum trahat, & ſedem pedibus patientis ſubducat, ut os humeri, ipſo ita pendente, in priſtinum locum reduci poſſit. 3. Alas patientis ponito ſupra humeros viri robuſti, quique altioris eſt ſtaturæ, quam ægrotans: brachium luxatum deorſum trahat, proprium humerum elevans, quaſi æger penderet: prematur humerus deorſum, brachiumque horſum ac retrorſum moveatur, donec omnia in locum redierint. 4. *Gloſſocomium* ſive *Ambe*, quam *Hippocrates* deſcripſit, *Paræus* emendavit & fulcimentum ſubalare appellavit: inſtrumentum eſt commodiſſimum cujus forma apud illos conſpici poteſt. 5. *Machina* Petiti *quam ipſe accurate deſcripſit &* Heiſterus *poſtmodum in ſuam Chirurgiam inſeruit.*

Art. 2667. Cum vertebræ cervicis luxantur,

Vertebrarum & os ſacri luxatio quomodo reponatur. patiens humili ſede ſedeat, & humeri deorſum premantur: deinde caput utraque manu ſublevetur, horſum, & retrorſum moveatur, ſed abſque ulla vi, & ita reponantur vertebræ: hiſce peractis, æger quodammodo liberabitur, & caput pro arbitrio ſuo movere poterit.

Si vertebræ dorſi extra excedant, patiens ſe ſe in ventrem projiciat: duo miniſtri vehementer ipſum duobus faſciis extendant, quarum altera ſub alis, altera vero ſupra femora aliganda eſt, & hoc modo vertebræ rurſum intrudantur. Si vertebra ad interiora luxetur, malum lethale cenſetur.

Os ſacrum ſi luxatum eſt, digitos in anum inſerito, & extra in locum ſuum reducito.

Coſtarũ luxatio quomodo reponatur. *Art.* 2668. Coſta luxata ne diu extra locum maneat, ſecus graviora accidentia mox ſequentur. Si ſurſum verſus e vertebris ſit prolapſa, patiens cum brachiis in januam propendeat, coſtamque ita in locum reponito. Si deorſum verſus luxata ſit patiens ſe ſe inclinet, & manus in genubus collocet, & tamdiu Chirurgus coſtam prominentem premat, donec in locum redierit. Si ad interiora luxata & prolapſa ſit, emplaſtrum glutinatorium imponito, quod ſæpiſſime vi detrahes, quo peracto, aliquando reponitur; ſi hoc non ſuccedat, malum lethale eſt, nam manuum auxilio nunquam in locum reducitur.

Cubiti & radii luxatio quomodo reponatur. *Art.* 2669. Cubitus luxatus ad partem anteriorem, vel poſteriorem, ad exteriorem, vel interiorem, & aliquando radius, vel ſubſequitur, vel ſubſiſtit, quod tactu dignoſcendum eſt. Si luxetur cubitus ad partem anteriorem, brachium brevius redditur, cubitumque inflectere non poſſumus. Os ad partem anteriorem protuberat, & cavitas inſueta in poſteriori cernitur.

tur. Os luxatum æque in hac, ac in aliis cubiti luxationibus celerrime eſt reponendum, alias enim vehemens dolor, inflammatio, febris, vomitus bilioſus, imo aliquando mors conſequetur. Brachium oblique & tandiu extendatur, ut oſſa in reponendo ſe ſe non lædant: ſi manus ſint infirmæ, faſcias ſume, & brachium luxatum circum columnam, vel lecti caſtrenſis pilam ducito, ipſum extendito, & os retrorſum premito, donec in locum redierit. Si ad partem poſteriorem luxetur, brachium etiam brevius evadit, & præterea inflecti non poteſt. Os ad partem poſteriorem protuberat, & in anteriori parte inſueta cavitas conſpicitur. Si ad interiorem aut exteriorem partem luxetur, eadem reperies ſigna, ſed protuberantia in illo apparet loco, in quem os prolapſum ſit, & cavitas in illo in quo receſſerit. Hæ tres luxationum ſpecies, poſt congruam extenſionem facillime curantur, præſertim ſi non ſint vetuſtæ. Eadem hæc etiam de Radio intellige.

Art. 2670. Femur quatuor modis luxatur, plerumque ad interiorem exteriorem, & anteriorem, ſed rariſſime ad poſteriorem partem. Cum ad partem interiorem luxetur, crus longius altero apparet, & vix inflecti poteſt; genu in exteriorem partem prominet, & caput oſſis femoris in inguina prolapſum eſt, & manifeſte ibi cerni poteſt. Quam difficulter reponitur, tam facile rurſum excedit; hinc patiens in Phthiſin incidit, & ſubclaudus evadit. *Femoris luxatio quomodo reponatur.*

Ut femur in priorem reducatur ſedem, æger in medio ſcamni aut menſæ colocandus, & intra ejus pedes firmiſſimus, teres, linteis obvolutus, inſerendus, ut cum illo crus ſuum

vehe-

vehementer extendat, & interim manibus chirurgi reponatur.

Si ad partem exteriorem luxetur, crus brevius evadit, & pes ad interiores partes diſtorquetur. Patiens crus quidem movebit, ſed vix uſque ad terram porriget. Licet non reponatur, tandem dolor omnis peribit, & patiens ſine fulcimento incedet. Ægrum menſæ, aut ſcamno, ut ſupra præſcripſi, imponas & crus aut manibus aut faſciis fortiter extendas, & inter in ea locum priſtinum impellas.

Si femur prorumpat ad partem anteriorem inguina intumeſcunt, & nates rugoſæ & excarnes apparent; crus affectum nec brevius, nec longius redditur, ſed inflecti vix poteſt, & urina ſupprimitur. Licet non reponatur, patiens tamen poſt aliquod tempus recte incedet, ſed aliquando crus trahere neceſſe habebit. Si illud reponere ſtudeas, æger ſe ſe in latus integrum, & ſanum deponat, & hoc modo crus fortiter extendatur, & in priſtinum locum repellatur. Si manus huic negotio non ſint ſatis validæ, genu in ſedem intrudatur.

Si in partem poſteriorem promoveatur femur, patiens neque crus extendere, neque illud complicare, neque calce terram quatere poteſt, & hoc ſi cum labore tentaverit, in dorſum delabitur: crus altero brevius eſt: in inguinibus cavitas, & nates ſi comprimas, inſueta ibi protuberantia conſpicitur. Licet non reducatur, tamen interjecto aliquo temporis ſpatio dolor evaneſcit, & crus ſe flecti permittit, ſed brevius, & rectum manet: imo neque pes ad interiorem, neque ad exteriorem partem diſtortus eſt. Patiens in ventrem procumbat, crus fortiter extendatur, interim os femoris

ris ſupra genu præhendens: quod attrahendum ab integro crure ad partem exteriorem, & ejus os in acetabulum propellendum, in quo tamen non manebit, niſi patiens ab omni prorſus motu abſtineat.

Art. 2671. Luxatio pedum eodem modo, quemadmodum luxatio cubiti ſanatur. *Pedum luxatio.*

Art. 2672. Patella genu ſi e ſua ſede prolabatur, patiens ſe recte erigat, eamque ſic rurſum impellito; in illo latere ex quo receſſit, concavam tabulam, quæ patellæ formam habet, & in ſinu illo pone genu compreſſiones quaſdam collocato, & totum pedem tam firme deligato, ut genu minime inflecti poſſit. *Patellæ genuum luxatio quomodo reponatur.*

OSSIUM FRACTURÆ.

Art. 2673. In fracturis oſſium, vel frangitur os ſecundum *latitudinem*, hoc eſt tranſverſim; vel ſecundum *longitudinem* finditur, quod proprie dicitur *fiſſura*. Fracturæ in ſenibus frequentius occurrunt, quam in junioribus, quoniam illorum oſſa ſunt aridiora. *Fracturæ oſſium.*

Art. 2674. Fracturæ oſſium longitudinales, i. e. *fiſſuræ* difficile cognoſcuntur, ſed facillime curantur: neglectæ aut non rite curatæ ulcus poſt ſe trahunt, imprimis ſi in loco fiſſo oſſis caries ſuperveniat, admodum periculoſæ ſunt, & ſæpius ad membri abſciſſionem deducunt. *Longitudinales.*

Art. 2675. Fracturæ *tranſverſales* ſunt cognitu faciliores, curatu difficiliores. Os fractum in medio ſui dat fractutam leviorem, quam circa articulum. Fractura cum vulnere & multa partium contuſione & læſione eſt gravius malum, & perquam periculoſum, ut etiam quando os in plura fruſtula frangitur. In adultis femur fractum rariſſime aut vix unquam ſine *Tranſverſales.*

claudicatione reſtituitur. Minora oſſa fracta intra 7. vel 14. diem fere ſanantur; oſſa majora intra 20. ad 40. præter propter curationem recipiunt.

Curatio. *Art.* 2676. In cura fracturarum duo ſcopi chirurgo incumbunt, nimirum oſſa fracta facta extenſione in ſitum naturalem reponere, & repoſita per faſcias & ferulas firmare; tunc enim natura eadem denuo firmiter conglutinat, & formatur *callus*, qui ſubſtantia quidem ſimilis eſt oſſi, conformatione vero ſola ab eodem differt. Si adſit inflammatio, curanda eſt, antequam aliquid circa fracturam tentandum eſt, qua curata, atque oſſe repoſito illinatur locus fracturæ cum *ol. hyperic.* vel *ol. lumbric. terreſt.* cum guttis aliquot *ol. terebinth.* & applicetur *emplaſt. ex tacamahac.* cum pauco *ol. deſtillat. roriſmar.* malaxatum, applicato emplaſtro imponantur ferulæ tres aut quatuor ad ſummum, quæ poſtmodum conjungantur per tria ligamenta; Ligationes autem debent eſſe moderatæ; nam ſi ſint *arctæ* nimis partem ſuffocant, & gangrænam inferunt. Experientia conſtat præ cæteris *Vires oſteocollæ.* quibuſcunque *lapidem oſteocollæ* a ʒß. ad ʒj. intus ſumptum eſſe remedium ſingulariſſimum in callis oſſium fractorum generandis, & augmentandis, utcunque obſcuriſſimum ſit, quomodo operatur. Hactenus de fracturis ſimplicibus; *Fractura complicata.* Quædam cum vulnere complicatæ ſunt, poſt repoſitionem ergo oſſis vulnus conſiderandum venit, quod, ut alia vulnera, de quibus poſtea, tractandum eſt; emplaſtrum fracturæ applicandum perforatum eſſe debet in loco vulneris, ut ita beneficio foraminis vulnus commode tractari poſſit. Si os iterum frangatur, non frangitur in callo, ſed circa callum.

Chal-

Chalmettei ſententia.

Art. 2677. Fractis aliquot partibus ad earum curationem quatuor nobis opus eſt ſcopis attendere. Primus ut oſſis fracti partes in naturalem formam reducantur. Secundus ut extrema oſſis fracti adamuſſim conjuncta ſic immota permaneant. Tertius ut os fractum ac reunitum poro ſeu callo agglutinetur. Quartus, ut accidentia, quæ ſupervenire ſolent, cohibeantur, aut corrigantur. *Indicationes curativa fracturarũ.*

Art. 2678. Primum ſcopum aſſequemur, cum os tranſverſim eſt fractum, atque ſua ſede depulſum, ita ut alterum ſuper alterum efferatur, cum depreſſum attollemus, & ſublevatum deprimemus, minimo, quam fieri poteſt, dolore. Ægro itaque pro rei exigentia debite collocato, duobus miniſtris jubebimus, ut manus apponant fracturæ: quorum alter inferne ſurſum, alter vero ſuperne deorſum; vel alter a dextro in ſiniſtrum, alter in contrarium trahit. Si valentiori opus eſt intentione, ſeu extenſione, funes, ac veluti habenas ex linteo firmiſſimo parabimus: quibus fractum membrum circumdabimus: altera parte ſuperiorem fracturæ regionem, altera lintei parte inferiorem firmiter ligantes; atque iis funibus alter miniſter unam in partem, alter in contrariam, ut dictum eſt, trahere conabitur. Cavendum tamen ab immoderata tenſione, præſertim in ſiccioribus corporibus: ne vehementiores dolores, febres, convulſiones, ac reſolutiones ſubſequantur. Cavendum quoque ne inter diſtendendum aliquid oſſium extantium frangatur: quo fieret, ut curationem difficilius aſſequereris. Ubi paulo longius membrum eſt extenſum, quam natu- *Indicationis prioris remedia.*

naturaliter eſſe debet: ſenſim erit diſtentio remittenda, ac manibus fracturæ admotis, oſſa in ſuas ſedes reducenda. Hoc autem indicio, oſſa recte conſtituta cognoſces, ſi dolor remittatur, ceſſetque punctionis ſenſus. Alius oſſium reducendorum modus ab *Hippocrate* libro de fract. traditur per *gloſſocomium*, veluti judicis ſententia, tortores in quæſtione reos extendunt; hic tamen nobis eſt familiarior, & facilior. In luxationibus vero in quibus majori vi opus eſt, eo interdum utimur.

Secundæ indicationis remedia. *Art.* 2679. Secundum ſcopum perficiemus, ſi oſſa conjuncta, unitaque retinebimus totum membrum ungentes ol. roſ. calenti, vel myrthino, vel maſtichino, & aſpergentes pulverem maſtiches; poſtea. ℞. Boli arm. terr. ſigill. farin. volatilis ana part. j. excipiantur albuminibus ovorum, ac ſtupis tenuibus, ac optime pexis, oxycrato prius imbutis & expreſſis; quibus pannus lineus etiam oxycrato imbutus ſuperponatur. Denique faſcia molli ſed firma, duobus initiis obvoluta, & oxycrato imbuta fractura tertio aut quarto circumvolvatur: poſtea altera faſciæ pars ſurſum, altera deorſum ducatur, & iterum in partem ſuperiorem reducatur. Oportet itaque illam partem faſciæ multo longiorem eſſe ea, quæ ſurſum membrum involveret. Faſciarum autem longitudinem, & latitudinem metiemur pro fracturæ, & membri magnitudine. Sed interea providendum ne nimis arcta, nimiſque laxa ſit ligatura, nam arctior dolorem, & inflammationem excitat, alimentum ac vitalem ſpiritum communicari prohibet, excrementorum evaporationem impedit; laxior vero oſſa inter ſe conjuncta non ſatis retinet. Tamen in loco fracturæ arctior debet eſſe ligatura, quod eo cognoſcemus, tum tactu noſtro, tum ægrotantis

ſen-

ſenſu. Poſt ligaturam ferulæ ſunt circumponendæ etiam initio (tametſi nec Hippocrates, nec alii Veteres eas admoveant ante diem ſeptimum); eas autem circumponimus initio, non ut conſtringant, alioquin & dolorem, & tumorem accerſerent, aut præſentem exacerbarent, ſed ut adaptationem membri contineant: oſſaque ſedibus, ac locis ſuis reſtituta, utrinque fulciant. Principio autem non ſunt arctius vinciendæ ferulæ, ſed expectandum donec a dolore & inflammatione tutus ſit ægrotus: tuncque erunt arctius vinciendæ. Sint vero ferulæ leves, & plane æquabiles, ex tenui ligno, vel charta papyracea, vel corio. Quidam ferularum loco arborum corticibus utuntur; ſed non ſatis oſſa ſtabiliunt. Quodſi ob membri inæqualitatem ferulæ non poſſint accomodari, partes magis concavæ ſunt ſpleniis implendæ, & ferulæ ſtupa aut lana involutæ in orbem, non minore quam unius digiti ſpatio inter ſe diſtantes, fracturæ ſunt accommodandæ, & vinciendæ ut ſedibus ſuis non dimoveantur; cavendumque ne articulis aliquis, & præcipue flexus interior ab iis attingatur. Obſervandum quoque, ſi dolor, vel phlegmon adeſt, neque eam deligaturam, neque ferulas applicandas, ſed membrum ſtupis oleo, vel albuminibus, vel ambobus imbutis contegendum, ſatiſque erit, ut ligatura paululum membrum fulciat, & medicamenta huic ſymptomati idonea contineat. Porro ubi recte membrum ligaveris, de appoſita figura eſt providendum. Ea autem eſt conveniens, quæ maxime abeſt a dolore; quæque naturalis, & conſueta, & in qua diutius æger conſiſtere valeat.

Rectiſſimam figuram vocat Galenus, quæ venas, arterias, & muſculos rectiſſimos habet.

Figu-

Figura angularis brachio eſt rectiſſima. Ad membri itaque ligati conſervationem quidam panno lineo ſuunt arctiſſime ſtramen inſtar pulvilli, & membrum in medio ſtatuunt, & ligant: alii capſulam eodem uſu parant: Quando vero nec pruritus, nec dolor, nec phlegmon, nec ulcus, nec aliud ſymptoma adeſt, recteque fractura eſt reſtituta, debent & ligamenta & ferulæ in diem quintum decimum ſic permanere, fovendo interim membrum in circuitu oleo myrthino, & maſtichino. Proderit quoque ungere partem ſuperiorem membri unguento aliquo defenſivo maxime primis diebus, ſed exactis diebus quindecim faſcias reſolvimus: partem vino decoct. abſynt. & roſ. cum ſale fovemus, & rurſum jam dictis medicamentis utimur per alios ſeptem dies. Deinde poſtquam locum, ut dictum eſt, foverimus, utemur emplaſtro quod oxycroceum appellant. Quando aliquod ſymptoma ſupervenerit, vel fracturam recte non procedere arbitrabimur, tertio quoque die reſolvere faſciam *Hippocrates* jubet, & ſymptomati occurrere.

Tertiæ indicationis remedia.

Art. 2680. Tertius ſcopus ad calli generationem pertinet: quem victus ratione abſolvemus, paululum quam in principio pleniore: utatur vero æger cibis boni ſucci, & qui multum nutriant (niſi vulnus adſit), & qui ſuccos craſſos, & tenaces gignant; tales enim poro efficiendo ſunt idonei. Proſunt itaque oriza, triticum eodem quo oriza modo paratum, extrema & inteſtina animalium, præſertim hoedi, & vervecis. Initio autem victus debet eſſe tenuis, nam vino & carnibus in diem decimum abſtinendum eſt ei, cui callus incipit generari. Cum fractura eſt in partibus inferioribus, raro alvum movemus, nec per clyſteres, nec per cathar-

thartica: ſed interdum venas ſecamus ad fluxionem prohibendam. Callum plus juſto minorem adaugebit perſuſio moderata aquæ modice calentis, & emplaſtrum ex pice, ac frictiones, hæc enim alimentum in partem affectam attrahunt. Quæ vero digerendi vim obtinent medimenta, ea callos recentes jam effectos majores ex Galeni ſententia minuunt, veluti lamina plumbea ſuperpoſita & arcte ligata, & fricatio immodica, aut quæ fit ex oleo, & ſale, ac nitro, aut fotus multus ex aqua calenti, & vomitus, ac tenuis victus.

Art. 2681. Quartus ſcopus eſt in correctione accidentium: inter quæ poteſt numerari jam dictum: accidit quandoque cum fractura vulnus in carne: in quo diligenter conſiderandum, num ſint aliqua oſſium fragmenta, quæ pungant, ea enim eſſent ſtatim initio eximenda, & reliqua ut in vulnere contuſo perficienda. *Hippocrates* fracturam cum vulnere eodem modo curat, ac ea, quæ eſt ſine vulnere, niſi quod laxiorem efficit ligaturam in loco vulneris, quam ſi vulnus non adeſſet: Plures etiam faſcias applicat: quoniam laxiorem efficit ligaturam, tardius vero ferulis utitur, ac victum tenuiorem præſcribit. Si phlegmon oriatur, præſidiis ad eam rem efficacem, ut in tumoribus diximus, utendum. Si magna carnis contuſio extiterit, ob quam gangrænæ periculum impendeat, partem affectam ſcarificato, at ſi gangræna jam occupaverit ad articulum, de gangræna curanda recurrito. Ligatura ex *Hippocratis* ſententia eadem non erit, quæ in fractura abſque ulcere; ſed nos faſciam ab utraque ulceris parte oblique in longitudinem collocamus ad ſimilitudinem græcæ literæ χ, ut remaneat ulceris locus apertus, eique mederi poſſumus, faſcias non reſolvendo.

Quartæ indicationis remedia.

Si ſupervenerit pruritus, vel puſtulæ, aut membrum liveſcat ob ligaturam arctiorem, vel ſanguinem concretum admoveatur ſequens unguentum, quod roborat, & inflammationem ac dolorem prohibet. ℞. *Boli armen. terr. ſigill. ana unc. ſem. lapid. calaminar. Ceruſ. Litharg. ana unc.* j. *Santal. alb. & rub. ana* ʒj. *ol. roſ. vel violat. unc.* iij. *Ceræ unc.* j. *ſem. Camph.* ʒj. *f. l. a. unguent.* Huic rei etiam prodeſt Ceratum ſantalinum. Si pruritus augeatur, ligatura eſt diſſolvenda, parſque aqua, aceto, & ſale fovenda, poſtea unguentum præſcriptum, vel unguentum album, vel pomphol. vel nutritum eſt applicandum.

Cum tumor ob cacochymiam ſuccedet ſequentibus utendum. ℞. *Farin. Cicerum unc.* j. *Balauſt. Acaciæ, licii, aloes ana* ʒiij. *Bdelii in aceto ſoluti* ʒiij. *ol. chamæmel. myrt. ana q. ſatis album. ovi num.* j. *miſce ac fiat linimentum, vel forma pultis.* Quando membrum indecentem habet figuram, eſtque callus frangendus ℞. Fol. Cicutæ man. iiij. fiat decoctio, qua foveatur pars, & folia terantur cum axungia ſuilla, vel gallin. fiatque cataplaſma, quod applicetur poſt fotum, hoc enim porum jam genitum mirum in modum emollit: adeo ut intra novem dies facile frangi poſſit, ac commode reſtitui membrum. In fine confert pannus lineus ſequenti medicamento imbutus, quem panadrap appellant. ℞. *Thuris, Maſtich. Farinæ, volatili Bol. armen. ana* ʒij. *Ceræ & ſebi arietini ana lib. ſem. Reſinæ unc. ſem. ol. roſat. unc.* ij. *liquefiant cera & reſina cum ſebo & oleo, & iis eductis ab igne pulveres injiciantur, & fiat Emplaſt.* Vel panni imergantur & fiat quod vocant ſpanadrap.

Porum quoque emollit decoctum capitis, pedum, & inteſtinorum vervecis, corticis medii ulmi, radicis alth. cum farina ſeminis lini,

fœ-

fœnugræc. chamæmel. melilot. quæ coquantur in vino & aqua, eorumque fumum membrum recipiat panno coopertum; deinde foveatur eo decocto, & applicetur aliquod ex ſequentibus unguent. vel emplaſtr.

℞. Unguent. Alth. Agrippæ ana unc. j. ol. chamæmel. de lil. amygdal. dulc. ana unc. ſem. ol. laurin. unc. j. ping. gallin. medul. cruris vitulli, & vaccæ, Oeſipi ana unc. ſem. Mucilag. ſem. lini fœnugræc. ana unc. j. Ceræ q. ſ. f. unguent.

Vel ℞. Rad. Alth. lib. j. Ireos, Scyllæ ana unc. ij. Ivæ arth. herb. Paralyſ. Cynosb. ana m. j. coquant. terant. & exprimant. & colat. adde ping. gallin. & Anſeris ana unc. ij. Butyri recent. unc. j. ſem. axung. ſuil. unc. j. Amurcæ, ol. irini, de lilio ana unc. ij, Ceræ, Terebinth. gummi hederæ, galban. ana unc. ſem. coloph. Reſinæ ana unc. j. f. ung.

Quædā alia ad ſymptomata fracturarum ſpectantia.

Art. 2682. „ Quando ab oſſe ſuo „ ait Junckerus„ feſtuca quædam oſſea multum diſtat, „ divulſa hæret, aut penitus ſecreta eſt, & pungendo partibus mollibus moleſtiam creat, inſtrumentali chirurgia opus habet. Videlicet „ portio illa oſſis a carnoſa parte cultro ſeparanda, alias ſi ejus ſeparationem per ſpontaneum abſceſſum intra 12. aut 24. dies vix ſperandum, expectare vellemus multum interea periculi inducetur. Abſceſſuri oſſis ſigna ſunt „ effluxus ſaniei copioſior, quam vulnus requirit, & laxa atque ſpongioſa labiorum conſtitutio, juſtum vulneris coalitum reſpuens. De „ hiſce complicatis vulneribus adhuc monendum, „ quod ſi æger vehementem dolorem perſentiſcat, licet conſolidatio fere facta, vulnus cultro ad os uſque incidendum, & materia nigricans, quæ oſſi incumbit abradenda ſit, continuando, donec os ſanum appareat. Tunc

 vul-

„ vulneri imponitur radix ariſtolochiæ, & in pe-
„ ripheria emplaſtrum defenſivum.

Si fiſſura potius quam fractura adſit.

Art. 2683.„ Periculum, quod fiſſuræ ſeu fra-
„ cturæ longitudinales creant, eſt exſudatio,
„ ſtaſis, & corruptio humiditatis. In cranio va-
„ ſorum ſubtiliſſimorum facile contingit ruptu-
„ ra; in aliis partibus major ſtaſis ulcerationem
„ excitat, quæ per alia loca exitum quærit.
„ Unde niſi fiſſura denudetur, & caries abra-
„ dendo, vel urendo ad vividam uſque oſſis por-
„ tionem repurgetur, reſtitutio non habet locum.
„ Ultimo loco placet mentionem facere, quod
„ interdum plane inſolitum quid ratione fractu-
„ rarum contingat. Sic. v. g. in A. N. C. Ger-
„ maniæ talis caſus occurrit, ubi dormienti cui-
„ dam tanquam per ſomnium ejuſmodi ſenſus
„ obtigit, ac ſi magno ictu, & plaga vehemen-
„ te in crure, non longe a genubus afficeretur.
„ Evigilans ſenſit etiam revera dolorem ibidem
„ vehementiſſimum. Cum autem externe nihil,
„ quod præter naturam eſſet, appareret, adhibita
„ ſunt remedia diſcutientia, & mitigantia, ſed
„ ſine effectu. Tandem ſub immani dolore ex-
„ ſpirabat, & ſectio poſt mortem crura cultro
„ quaſi diſſecta oſtendebat. Ejuſmodi caſum *Pe-*
„ *termannus* expertus eſt. *Vide delicia Medica,*
„ *& Chirurgicæ.*

Barbettei ſententia.

Fractura Cranii ſpecies.

Art. 2684. Cranii fracturæ ſextuplices ſunt. Prima dicitur Fiſſura: Secunda contuſio: Tertia fractura: Quarta Inciſio: Quinta punctura: Sexta contrafiſſura. Fiſſura fit inſtrumento duro & obtuſo; & aliquando utraſque per tabulas, & aliquando per unicam tantum penetrat. Contuſio appellatur, cum Cranium inſtrumento quodam duro, & obtuſo ita læditur, ut externe integrum

tegrum videatur, cum tamen verſus interiora a toto ſeparatum ſit. Sed in priſtinæ ætatis infantibus hoc abſque fractura fieri poteſt. Fractura contingit cum particula quædam cranii totaliter inde ſeparata ſit. Inciſio fit inſtrumento, quod incidendi facultate præditum eſt. Aliquando quædam pars oſſis attollitur, & quaſi circumvertitur, ſed oſſi tamen adhæret; aliquando quædam particula aufertur: aliquando ex inſtrumenti figura in oſſe notula aliqua remanet. Punctura fit inſtrumento pungendi facultate prædito, & rarius per utraſque tabulas penetrat. Contrafiſſura fit, cum pars afflicta ſalva, & integra manet, & illa quæ ei oppoſita eſt diffinditur.

Art. 2685. Signa ſunt vertigo, obcœcatio, vomitus, ſanguinis per os, nares, & aures effluxio. Patiens obmuteſcit, & ſubito prolabitur. Deinde ſequuntur phantaſiæ, febris, convulſio, paralyſis. Si quidpiam duri: puta bacillum, vel cochlear, in os ingeratur vix dentibus apprehendet. Diligentiſſime etiam inquirendum eſt, quo modo, quove inſtrumento læſus ſit; an juvenis, an ſenex; debilis, an robuſtus; an corpus habuerit ſanum, an vero male diſpoſitum. Statim poſt caſum, vel inflictionem, antequam pars affecta intumeſcat, aliquando fiſſura digitis perſentitur, & ſi vulnus adſit, cernitur, vel ſpecillo immiſſo deprehenditur. *Signa fractum cranium oſtendentia.*

Art. 2686. Licet fracturæ cranii ſe optime habere videantur, ſemper tamen periculoſæ ſunt: ſed periculoſiores, ſi utraque tabula fiſſa aut diſrupta ſit: multo periculoſiores cum dura mater, & periculoſiſſimæ cum etiam pia mater affecta ſit. Quanto frequentiora occurrunt accidentia, quanto minor boni eventus ſpes affulget; & ſi os in principio nigreſcat, lethale ſignum eſt. *Prognoſis fracturarũ Cranii.*

Cranii fracturarum curatio. *Art.* 2687. Cum cutis adhuc ſit integra, & vulnus nondum ſatis apertum, incidenda eſt ad angulos rectos crucis modo, & pericranium a ſubjecto cranio deducendum, ſub quo ſi fiſſuram reperias, eam atramento ſcriptorio reſpergito, & vulnus obligato. Secundo die, vel potius quam primum ſanguinis profluxio fuerit cohibita, unica vel diverſis vicibus cranium abradito, uſque dum atramentum, & fiſſura non magis, & os quaſi ſanguine rubicundum appareant. Deinde hunc pulverem inſpergito. ℞. *Sang. dracon. C. C. uſt. ana* ʒj. *ſem. Thuris, rad. Iridis ana* ʒj. *Myrrh.* ʒ. *ſem.* m. f. *pulv. ſubtiliſs.* Si fiſſura utramque Tabulam permeat Trepanum, ſive modiolus (§. 2648.) adhibeatur: quod etiam in contrafiſſura, Fiſſura, & cranii contuſione fiat, ne patiens ſubita morte evadat. Inciſio non aliter curatur quam Fiſſura: Sed in Punctura modiolus in medio, non vero ad latus vulneris collocandus. Si fracturam reperies multiplicem, omnia oſſicula ſoluta exime: quæ quodammodo adhuc pericranio adhærent, neque auferri poſſunt, niſi vi facta, naturæ mandato. Si autem vulnus tantopere pateat: ut a concreto, & putreſcenti ſanguine cerebrum purgari, & a pungentibus oſſiculorum eminentiis poſſit liberari, tum trepanum non eſt neceſſarium; ſed in contrario caſu maxime deſideratur, niſi patiens fuerit robuſtus, & materia pauciſſima. Modum perforandi loco citato tradidimus.

Naſum fractum. *Art.* 2688. In fractura naſi, quod eminet, deprimendum eſt: quod autem eſt depreſſum, attolli debet ſpatula, vel alio aliquo inſtrumento. Poſtea calamus, vel cannula naribus inſerenda, & externe emplaſtrum ad fracturam imponendum eſt. Si os a carie conſervetur, curatio intra decem vel duodecim dierum ſpatium perficitur.

Art.

Art. 2689. Maxilla fracta reſtituitur digitis intra, & extra os adhibitis; qui ſi nimium ſint debiles, aliquis caput retro, & chirurgus antrorſum trahit, atque ita reponit. Curatur xx. diebus. *Maxilla fracta.*

Art. 2690. Os humeri ſi fractum eſt, alter brachium retro, & alter cervicem, vel humerum ad ſe trahat: interea Chirurgus ſurſum trahit quod depreſſum eſt, & deorſum quod ſe nimium attollit. Pilam ſi in axillarum cavitatibus collocaveris, & cubitum ad coſtas adduxeris, multo facilius hæc operatio procedet, & xxiv. dierum ſpatio ſanabitur. *Humerus fractus.*

Art. 2691. Si Omoplata frangatur, ubi ſe conjungit cum brachio, vel oſſe humeri, malum illud plerumque inſanabile habetur. Si frangatur, ubi ſe attollit, quod facili negotio perſentitur, humerus, vel brachium manibus, ſive faſciolis fortiter deorſum trahatur, & interim ſuo loco reponatur. Si in varia fruſtula frangatur, inciſionem facito, qua auferri poſſint, niſi adhuc perioſtio adhærerent; nam iſto hoc caſu hæc naturæ permittito, quæ ipſa facit accreſcere, vel tandem ſua ſponte emittit, & projicit. Sanatur hæc fractura xl. diebus. *Omoplata fracta.*

Art. 2692. Sternum aut frangitur, & tum inæqualitatem inveniens, quæ attacta digitis cedet, & aliquem fragorem excitabit; aut deprimitur, & tum inflectionem ſenties, quæ dolorem, anhelationem, tuſſim, & ſanguinis ſputum movet. Patientem, ut probe curetur, magno lapidi ſuper imponas, utroſque humeros deorſum premens. Hoc peracto, coſtas horſum, & retrorſum moveas, uſque dum omnia ſuo loco inveniantur. *Sternum fractum.*

Art. 2693. Simplex coſtarum fractura abſque magna contuſione, & inflammatione vicinarum *Coſtæ fractæ.*

partium viginti dierum ſpatio, emplaſtro ad fracturam dumtaxat adhibito, curari poteſt. *Si* extra prominet coſta, manu in priſtinum locum imprimenda eſt: ſi ad interiora vergat, ſpiritum comprimendo, foras eſt urgenda, interim tamen ei manibus opem ferens. Hoc ſi non ſuccedat, emplaſtrum glutinatorium imponito, quod toties vi abſtrahes donec coſta in locum ſit reducta. Scarificationes in hoc caſu nihil proſunt.

Vertebrarum & oſſis ſacri fractura. *Art.* 2694. Simplex vertebrarum fractura facillime digitis reducitur & xx. diebus curatur. Verum ſi ſpinalis medulla tantopere lædatur, & imprimatur, ut patientis brachia, & pedes languidi, inſenſibileſque fiant, neque urinam emittere, neque alvum pro arbitrio moveri poſſit, rariſſime æger mortem evadit. *S*umma tamen ope nitere, & ſi oſſiculum unum, & item alterum ſit ſolutum a perioſtio, inciſionem facito, & ea eximito. Eadem hæc intelligas de fracturis oſſis coccygis, & oſſis ſacri; hoc ipſis dumtaxat peculiare eſt, ut digitis in anum inſertis, in priſtinum locum reduci queant.

Femoris fractura. *Art.* 2695. Os coxendicis fractum, ſine ulla mora reponi debet, & tum xxiv. diebus ejus curatio perficitur, alias enim varia ſuperveniunt accidentia. *S*i autem fractura ſit multiplex, ſtatim in prima deligatura inciſio eſt tentanda, fruſtula jam ſoluta auferenda, & quodammodo adhuc fixa reducenda ſunt. Verum propter tendinum, muſculorum, venarum, & nervorum copiam, quæ totum os tegunt, ejuſmodi inciſio non ſine magno periculo inſtitui poteſt.

Oſſis brachii fractura. *Art.* 2696. Os brachii adjutorium ſi fractum ſit, cubitum primo verſus pectus flectito, deinde inferiorem oſſis adjutorii partem præhendito, eamque deorſum trahito, & ita in locum reducito. Sed hoc obſervandum eſt, brachium toto

cura-

curationis tempore ea figura, qua extenditur; collocari debere, nam alioquin fractura rurſum diſſolvetur, ſi vel minima reponendi mutatio ei contingat. Hoc tamen volo, ut Chirurgus, quoties deligaverit, poſt ſecundam aut tertiam deligaturam, patientis brachium in directum extendat, ne tendines, ab oſſe brachii adjutorio ad cubitum vergentes, & ſeſe diuturna quiete contrahentes, ibi immobiles redderentur. Attamen hæc tendinum contractio facillime intra duorum, vel trium menſium ſpatium ſanatur, ſi ægro demandes, ut quotidie ponderoſum quid geſtet, & ipſe tendines emollire, humectare, & decocto quodam, fomentis, & aliis medicamentis laxiores reddere ſtudeas; interim tibi cave a ſpiritu vini, & medicamentis attenuantibus. Cum fructu ſequenti linimento uſus fui: ℞. *Axung. human. Anatis ana unc.* j. *Ung. alth. compoſ. unc. ſemis Ol. Lumbric. lilior. alb. Chamomill. ana* ℥ij. m. f. ſ. a. *Linimentum*. Os humeri adjutorium quadraginta diebus ſanatur. Reſtitutio oſſis coxendicis parum ab illa differt.

Art. 2697. Cubitus conſtat duobus oſſibus; majus dicitur Radius, & minus Ulna, & utrumque focillæ appellatur. Focilla minor fracta facillime reſtituitur, ſed curatu eſt deſſicilior, quam major focilla, & multo difficilius utrumque os fractum ſanatur; quippe tum vehementior extenſio inſtitui oporteat. Cum probe ſint reducta, & deligata, manus pectori eſt imponenda, ſed aliquanto ſublimius cubito: deinde poſt ſecundum, aut tertium diem, ſed ſine vi & dolore, brachium debet extendi, ne adfluentes humores in juncturis diutius, quam par eſt commorantes, ibi oſſium concretionem efficiant, qua neque amplius extendi, neque inflecti poſſent. Curatio hæc triginta diebus abſolvitur.

Oſſium cubiti fractura.

Art.

Cruris fractura. *Art.* 2698. Etiam pes duobus conſtat oſſibus, majus Tibia, minus fibula appellatur. Curatio a præcedente nihil peculiare habet.

Patellæ fractura. *Art.* 2699. Si patella genu in tranſverſum frangatur, patiens plerumque claudicat; ſi vero per longitudinem frangatur, ferme a muſculis ſurſum trahentibus, abſque manuum auxilio in locum reducitur, & viginti diebus ſanatur. Sed adeundum *D. Petit* opus de morbis oſſium Gallice conſcriptum.

V U L N E R A.

Boerhaavii ſententia.

Vulneris in genere hiſtoria. *Art.* 2700. Vulnus eſt ſoluta unio recens; cruenta, partis mollis a corpore duro, & acuto facta. Partes vulneratæ ſenſim magis magiſque a ſe mutuo recedunt; cruor plerumque primo cum impetu effluit, dein ſenſim ſponte ſiſtitur; tum cruſta ſanguinea cavo vulneris innaſcitur, & liquor dilutus, rubellus, tenuis effluit; labia vulneris incipiunt rubere, calere, dolere, tumere, retorqueri; atque eodem tempore febricula cum calore & ſiti adeſt; (in magnis vulneribus) hinc tertio, quartove die ſerius vel ocyus vulneri adeſt liquor tenax, albus, pinguis, æqualis, pus; eodem tempore rubor, calor, dolor, tumor, retorſio labiorum, febricula, ceſſant, vel minuuntur; & ſenſim cavum vulneris a fundo ſurſum, & ab ambitu verſus centrum, creſcente carne impletur, coeunte margine albo; poſtremo ſiccatur vulnus, & obducitur cicatrice.

Vulnera arteriarum. *Art.* 2701. Ex arteria majori tota diſſecta oritur hæmorrhagia lethalis; arteria vero non nimis magna tranſverſim diſſecta, retroſiliens, atque inter ſolida vicina ſe recondens, ſibimet obtura-

culo

culo eſt; ſin vero arteria tranſverſim vulnerata non totaliter diſſecta fuerit, oritur hæmorrhagia perpetua, ea autem ſedata a tenuitate cicatricis cedente aneuriſma.

Art. 2702. „ Ad hæmorrhagias vulnerum ſiſtendas, præter vaſorum ligaturas & fibularum linariarum applicationes, *ſtyptica* quampluri- ma in conſuetudinem veniunt; uſitatiora ſunt, quæ ſequuntur; *Pulvis Galenicus*, *alum. uſt. colcothar. vitrioli*, *muſcus Indiæ*, *ſtyptic. regis*, *oleum terebinth. tinctura antiphthiſica Ettmulleri*, *vel potius Michaelis* (*vid. Ettmuller. Vol.* I. p. 476.) præſtantiſſimum quidem remedium, *Helvetii ſtypticum*, viz. *tinct. chalybis cum tartaro præparati ſpir. vin. extract.* atque hoc eſt ultimum remedium eorum, quæ ſunt melioris notæ; niſi quis *nova lumina* conſectari velit, *ignes fatuos*. Non deerunt Thraſones ac fumi venditores, quamdiu mundum adeo credulum invenire poſſint. Proh dolor! nunquid ſermo hic de vulgari tantum opinione movetur? Utinam ne dicam hujuſmodi impoſtores *fautores habere Equites Auratos*, *Camerarios* &c. Sed regerent *torquem epilepticum* tempore *Oribaſii* in uſu fuiſſe; ita quidem majores noſtri, omni ævo, & *Hippocrates* ipſe imprudentiſſimis agyrtis mundum infeſtari conqueſti ſunt. *Exiguum opii fruſtulum* in foramen arteriæ ſanguinem fundentis intruſum *hæmorrhagiam* extemplo ſiſtere dicitur *N. B.* Stypticum Doct. Eatoni idem eſſe vel ſaltem non multum diverſum a ſtyptico Helvetii apud exteros aliquamdiu obſoleto, & nunc demum tanta cum oſtentatione redivivo; in ambobus vim maximam a ſpiritu vini oriri eoſdemque effectus ipſum ſpiritum vini ſolum præſtare luculenter demonſtravit D. Sprengellius. Tranſact. Philoſoph. N. 363.

Hæmorrhagia.

Art.

Art. 2703. Nervi toti diſſecti retroſiliunt, ſe recondunt, ramulos vulnere paulo ſuperiores trahunt, & vicinis dolorem obſtructionemque creant, parti vero infra vulnus poſitæ ſtuporem, immobilitatem, marcoremque. Nervi puncti, vel dimidiato diſciſſi dolores, aliquando primo obtuſos, nonnunquam vivos excitant, primo in loco vulneris, poſt per omnes nervos nexos, vicinoſque; hinc calores, tumores, rubores late ſparſos, febres, deliria, ſpaſmos, inflammationem, inflammati aperturam cum evacuatione acris, tenuis, & copioſiſſimi ſæpe ſeri, poſtea inſenſibilitatem, rigiditatem, exſiccationem, immobilitatem producunt, vel gangrænam & mortem.

Tendinum ac membranarum. Eadem fere parum mutata etiam in tendinibus diverſimode læſis obtinent; & membranæ, tendinum nervorumque ſæpe productæ quum ſint; ſimiliter quoque afficiuntur.

Sutura curandi. *Art.* 2704. „ Tendines magni recens abſciſſi, „ vel rupti ſutura reſarciri poſſunt, extremitates „ ita conjungendo, ut glutine naturali vel callo „ quodammodo uniantur, & uſus artuum con„ ſervetur. Chirurgi Gallici frequenter & etiam „ aliqui ex noſtratibus hoc præſtant cum fauſto „ eventu. Extat apud *M. Petit* inſtantia *ambo„ rum tendinum Achillis* penitus diſruptorum *ſo„ la ligatione* ſine ulla ſutura curatorum. Vid. „ *Memoir. de l' Acad. Anno* 1722. *p.* 68.

Curatio. *Art.* 2705. „ Nervorum ac tendinum vulnera „ (inquit *Barbette*) putredinem facile concipiunt, „ & ſunt admodum periculoſa; punctura eſt pe„ riculoſior quam ſectio. His vulneribus prope „ animadvertendum eſt frigida externe valde no„ cere; hoc non tantum de medicamentis ſed „ etiam de aere intelligendum eſt. Medicamenta „ debent eſſe moderate calefacientia, & exſic„ cantia, minime acria, qualia ſunt *oleum lum-*

„ *bri-*

„ *bricorum, rutaceum, hyperici, terebinthinæ,*
„ *ceræ, ſp. laved. comp. elixit. propriet. balſamum*
„ *peruvianum, opobalſamum, gum. elemi, ſpiri-*
„ *tus vini*, &c. In punctura recenti tendinis aut
„ nervi (ut loquitur *Job Mekren*) illico fora-
„ mini imponatur plumaceolum ſequenti, vel
„ ſimili miſtura madefactum, ♃. *Ol. terebinth.*
„ *ſp. vin. ana p. j. ol. ceræ in quo aliquid euphorbii*
„ *ſolutum p. ij. miſce*, huic ſuperimponatur plu-
„ maceolum ſiccum, mox ſpatula parum ignita
„ applicetur, ut calor & vis miſturæ ad interio-
„ ra læſa deferatur, hoc peracto, plumaceolum
„ *unguento Baſil.* inunctum priore remoto admo-
„ veatur, & ſuperimponatur *Emplaſt. ſtip. Pa-*
„ *racelſ.* In punctura tendinis juxta obſervatio-
„ nes, & ratiocinia D. *Cheſelden* brachium in
„ ſitu replicato non autem extenſo tenendum eſt. *Nota bene.*

„ *Art.* 2706. „ Inter venæſectionem celebran-
„ dam homines interdum, maxime ab imperitis
„ chirurgis, *puncturam tendinum* in artus reci-
„ piunt, atque adeo in vitæ diſcrimen conjiciun-
„ tur. Qui vero hujuſmodi punctura plectuntur,
„ dolorem non ſtatim ſentiunt, ſed duodecim
„ horis poſt phlebotomiam ſe eodem affici con-
„ queruntur, non tam in orificio nuper facto,
„ quam in partibus ad axillam tendentibus, ubi
„ tandem dolor ſe figit, & tunc maxime perci-
„ pitur, cum brachium extenditur; attamen læ-
„ ſa pars tumore admodum inſigni non afficitur,
„ eodem avellanæ magnitudinem vix ſuperante,
„ ſed ex orificio *humor aqueus* vel *ichor* quidam
„ jugiter diſtillat, quod quidem præcipuum pun-
„ cturæ tendinis *diagnoſticum* eſt habendum. Cu-
„ ratur cataplaſmate ſequent. ut propriis oculis
„ obſervavi; ♃. *Rad. lilior. alb.* ℥iv. *coq. ad tene-*
„ *ritudinem in lact. vaccin.* ℔ij. deinde ♃. *farin.* *Curatio.*
„ *lini avenac. ana* ℥iij. *coquantur farinæ ad cata-*
„ *plaſ-*

Punctura tendinis.

„ *plaſmatis conſiſtentiam in q. ſ. lactis à radicibus*
„ *prædictis colati & radicibus contuſis miſcean-*
„ *tur*; f. cataplaſma parti affectæ calide applican-
„ dum mane & veſperi. *Sydenham.* Ego quoque
„ hujuſce cataplaſmatis efficaciam ſemel atque ite-
„ rum expertus ſum.

Vulnera qualia lethalia. *Art.* 2707. Vulnera ſequentia ſunt lethalia; cerebelli; item cerebri profunda adeo, ut medullam oblongatam multum lædant, medullæ ſpinalis profunda vulnera, maxime in parte ſuperiori; cordis in cava penetrantia; magna quoque vulnera pulmonis, hepatis, lienis, renum, pancreatis, meſenterii, ſtomachi, inteſtinorum, uteri in gravidis, veſicæ circa arterias ejus majores, aortæ, carotidum, & ſimilium arteriarum venarumque magnarum. Vulnera magna bronchiorum, vulnera utroque latere thoracis cavitatem penetrantia, diaphragmatis præcipue in ejus parte nervoſa, vulnera magna ventriculi, inteſtinorum tenuium, &c.

Ettmulleri ſententia.

Muſculi temporalis perículoſa. *Art.* 2708. Vulnera muſculi temporalis ſunt periculi plena, & rarius curantur, (inferunt plerumque *ſpaſmos horrendos*.)

Curatio. *Art.* 2709. Cura vulnerum conſiſtit in unione partium ſeparatarum, quod opus eſt ſolius naturæ, quæ beneficio ſucci nutritii ad omnes partes diſtributi ſenſim ſenſimque eaſdem renovat, & reducit; chirurgi autem opus eſt hic adjuvare eam, in hoc bono opere ſequendo ejuſdem ductum, removendo imprimis impedimenta externa, ac applicando remedia, quæ parti ſint familiaria ac amica, *vulneraria* & *balſamica* appellata. In curandis vulneribus interne proſunt *vulneraria & balſamica*, inter quæ eminent *album græ-*

rum, *cancer fluviatilis*, *mercurialia* &c. „ Imo „ tota curatio interna conſiſtit in blandiori *dia-* „ *phoreſi* promovenda & conſervanda; ideoque „ *mixtura ſimplex* vulneratis optime convenit. " In vulneribus recentibus non neceſſe eſt, ut cura in longum protrahatur; ſed potius ſuppreſſa hæmorrhagia, & remotis corporibus extraneis, ſtatim inſtillentur guttæ aliquot *balſ. peruvian. ſimpl.* quod interdum vulnus cito conglutinat: interdum tamen neceſſe eſt, ut neglectis balſamicis, *digeſtiva* applicentur methodo vulgari, ubi, ſcilicet, conjuncta eſt contuſio, uti in vulneribus *ſclopetorum* evenit. *Digeſtiva* (*Art.* 2722.) ordinario conſtant ex *terebinthina* & *vitello ovi* tanquam baſi, quibus pro re nata, nunc *mellis parum* cum *myrrha* aut *balſ. peruv.* aut *gum. elemi*, &c. addendum; imprimis ſi circa partes nerveas, quæ alias facile putreſcunt, ſuppuratio expectanda eſt. *Elixir proprietatis* omnes noſtri corporis putredines arcet ob *myrrham*, ut & *colcothar vitrioli* ab *Helmontio* laudatum, ex hoc *Felix Vvurzius unguentum ſuum fuſcum* parabat. *Balſamum peruvianum* reliquis balſamis præfertur, proficuum quoque eſt *balſamum ſaturni therebinthinatum*, & *balſamum ſulphuris cum oleo hyperici factum*; laudatur *oleum Momordicæ*, *oleum Hyperici* ex ſeminibus expreſſum, cui proprii flores infuſi ſunt, eſt egregium; *ſpiritus theriacalis* pro lavandis vulneribus recentibus, eſt optimum prohibens, &c. *Digeſtiva.*

Farrago ſententiarum.

Art. 2710. Turundis parce utuntur ſaniores practici; neque unquam ſine premente neceſſitate; nam nimis frequenter, & diu uſurpatæ conſolidationem impediunt, item partes cutaneas *Turundæ.*

neas circa labia ad occalleſcentiam ſolent diſponere.

Quod ſequitur de turundarum uſu, & abuſu; & de rara ſolutione vulnerum, ex libro valde raro & vix comparando *Johannis Baptiſtæ Magati* de rara medicatione vulnerum, &c. decerpſi.

Turundæ & penicilli. *Art.* 2711. Turundæ & penicilli nihil aliud ſunt quam corpora extranea partis affectæ naturam infeſtantia, & in illis expellendis ſemper laborat; partem vulneratam diſtendunt, comprimunt, eidemque ſunt oneri, & propterea fluxionis periculo eam exponunt. Veruntamen turundarum, & penicillorum uſus aliquando ſaltem admittendus eſt ac neceſſarius, & in quibusdam caſibus æſtimandus, viz. quando ob complicatum affectum remoranda eſt vulneris ſanatio, ut quando viſcera vulnerata ſunt, & in cavitate thoracis aut abdominis materia continetur aut ſub cranio collecta eſt, & ſimili rerum ſtatu olim *Romani Chirurgi*, ne ſua laude fraudentur, longa & ſedula obſervatione novum curandi vulnera modum, quo rariſſime ſolvuntur, adinvenere, qui cum experientiæ potius quam rationi & procerum noſtrorum doctrinæ inniti videretur; cum *Cæſar Magatus*, ad methodum reducere conatus eſt: Modus *Ludovico Septalio* clariſſimo *Italiæ* ornamento valde arriſit, ipſumque ad praxin felici ſucceſſu adhibuit, & ſuis ſcriptis commendavit. Quoties vulnus ſolvitur ac detegitur, toties interturbatur & a proprio munere diſtrahitur natura: & quamvis accedat utilitas ex nova recentium medicamentorum impoſitione, attamen majus eſt detrimentum quod ex crebra ſolutione ſequitur, quam commodum ex nova medicamentorum impoſitione, quorum virtute vulnus haud deſtituitur; *ſanatio etenim eſt duntaxat naturæ opus*. Status vulneris ſub tegumen-

Solutio rara vulnerum.

mentis oculis mentis cognoſci poteſt ; in quibuſdam vero caſibus ſolutio, & detectio vulneris eſt perquam neceſſaria, nempe, quando manualis aliqua operatio requiratur ad peregrinum corpus, vel oſſis aliquam portionem evellendam, &c. quando caro ſpongioſa ſupercreſcat, quando ingentis putredinis, vel ſordidorum excrementorum abundantiæ ſit ſuſpicio, quando adſit dolor vehemens, vel erosio & pruritus; ſub his & ſimilibus circumſtantiis detegenda ſunt vulnera, ut congruis remediis his malis occurratur.

Art. 2712. In medicina facienda experientia docet eandem curandi rationem a vulneribus ad ulcera transferri poſſe, idque adeo felici ſucceſſu, ut ſæpe deplorata ulcera, & innumeris tractata remediis facillimo negotio hac via ſanabilia evadant, corporibus ſolummodo prius a cacochymia *bene purgatis* & ulceribus a ſordibus deterſis. *Ulcerum.*

Art. 2713. Vulnera ſclopetorum poſt extractionem globuli plumbei, ſicut alia vulnera cum contuſione conjuncta curanda ſunt; convenit *venæſectio*; revulſio enim (inquit *Galenus*,) quæ e directo fit, celerrimam utilitatem adfert, die proximo *enema lenitivum* injici debet, & fotus ſequens uſurpari, ♃. *Summit. hyperici, centaur. min. ſcord. abſynth. ana* Mj. *flor. roſ. rub. chamæm. melilot. ſambuc. ana* Miß. *furf.* p. j. coq. in aq. font. ad ℔iiß. colatur. add. *vin. auſter.* ℔j. *ſp. vin.* ℥vj. m. pro fotu. Si pus laudabile obtineatur, nimirum album, æquale, leve, minime fœtidum, &c. res in vado eſt; ſin vero pus non fuerit ſecundum votum, cum unguentis admiſceri debet *præcipit. rub. Wiſeman.* *Vulnera ſclopetorum.*

Art. 2714. Sclopetorum vulnera ſunt omnium peſſima ac periculoſiſſima: nam adeſt ſemper in- *Periculoſa.*

ſignis contuſio, & partium dilaceratio; tardius ad ſuppurationem perveniunt. Vix ante tertium vel quartum diem.

Curatio. *Art.* 2715. Ad curam quod attinet; omni extraneo ex vulnere prius exempto, loco digeſtivi communis, optime applicatur *balſamum Paræi*, ſingulariter commendatum ad curam vulnerum ſclopetis inflictorum; deſcriptio hæc eſt a *Sennerto* & *Barbette*, ♃. *Ol. lilior. alb. vel violarum* ℔jv. in hoc coq. *catelli* duo nuper nati ad oſſium uſque diſſolutionem, poſtea add. *lumbricorum terreſtrium* in vino coct. ℔j. coquantur ſimul; colaturæ adde *terebinth. ven.* ℥iij. *ſp. vin.* ℥iß. m. f. linimentum, quod egregie conducit ad ſedandum dolorem & maturanda vulnera ſclopetorum. Ubi autem ſuppuratum eſt vulnus, & omne contuſum ſeparatum, *mundificativa* ſunt uſurpanda, & vulnus ſ. a. tractandum eſt donec ſponte caro nova ſuccreſcat.

Capiti vulnera. *Art.* 2716. Vulnera capitis ſuperficialia facile curantur cum *balſamo peruviano*, vel *oleo hyperici*, imponendo deſuper *emplaſtrum de betonica*; ſed præ reliquis omnibus quotcunque pro capitis vulneribus convenit *emplaſtrum e gum. elemi*, ſive *linimentum Arcæi*; vitanda ſunt omnia unctuoſa; convenit etiam *gum. elemi cum terebinth. miſtum* in cranii vulneribus. De eximiis virtutibus hujus unguenti audiſis ipſum inventorem. Hujus linimenti nobis inventi ea vis eſt ut concoquat, digerat, mundificet, atque carnem etiam inducat; hujus certiſſimi in omni periculo faciendo uſus nunquam me pænituit; & cui, omnes ii quicunque fuerint experti, *balſami nomen* non immerito fecerint.

Craniũ nudatum. *Art.* 2717. Pericranio læſo, ut nudetur diu os, vel ut putrefiat, os privatur vaſis perioſtei, adeoque & ſuis, ſtagnat in his liquor, putrefactus

ſqua-

ſquamam ſeparat, unde os flavum, fuſcum, nigrum, tandem foliolum deponit. In hoc caſu curatio (tuto, prompte, & expedite) fit os leviter *parva terebra* diverſis viciniſque locis uſque ad medium perforando, unde *exfoliatio* cavetur, perioſteum inde renaſcitur applicando plumaceola *ſpiritu vin. maſtichino* imbuta, & cura citiſſime præſtabitur. Ex *Boerhaave*, " quem „ chirurgus præcipue minus exercitatus in vul„ neribus capitis & calvaria læſæ præ reliquis „ omnibus quibuſcunque diligenter conſulat; & „ errores in praxi evitabit. In omnibus capitis „ vulneribus, præcipue gravioribus, ubi cranium „ denudatum fuerit, danda eſt opera, inter me„ dicandum, partem vulneratam, quantum po„ terit a frigore externo tueri.

Art. 2718. Balſamum *Samaritanum* in curandis vulneribus valde commendatur a quibuſdam, privatim a *M. Le Clerc*, quod conficitur ex *vino & oleo oliv.* diuturna coctione in balſamum redactis: eſt etiam aliud magis compoſitum, quod frequenti uſu comprobatum eſt; ℞. *Vin. Hiſpan. ol. roſ. ana* ℔ß. *ſacchar. cand. mel. violar. ana* ℥ij. coquantur ſimul lento igne & f. ſalſamum, *Belloſte.* *Balſamum Samaritanum.*

Art. 2719. Inflammationem vulnerum præ reliquis ſiſtit *aqua calcis*, vel per ſe, vel cum *camphora* aut *ſacchar. Saturni* ſociat. *Inflammatio vulnerum.*

Art. 2720. Synovia eſt fluxus aquæ albicantis ex articulis vulneratis, eſtque periculoſum ſymptoma, & ſubinde partium atrophiam relinquit, ut compeſcatur, inſpergatur pulvis aſtringens; quidam chirurgus recepit *uſneam cran. human.* & *laccam pictorum ana.* Alias ſingulare experimentum eſt *ſtercus porcinum* cum ſanguine vulneris invicem miſtum, ac coctum, & ita vulneri applicatum inſtar cataplaſmatis. *Ettmuller.* *Synovia. Curatio.*

U L C E R A.

Ettmulleri ſententia.

Ulcus quid. *Art.* 2721. Ulcus eſt ſolutio continui ab acredine corrodente cum partium quarundam ablatione; corrodens hoc in ulceribus eſt acre acidum alimentum parti proprium in excrementum acre, ſive in ſaniem immutans; ulcus autem eſt vel ſimplex vel complicatum, ſinuoſum, fiſtuloſum, carioſum, &c. Ulcera antiqua maciem, febres lentas, aliaque mala æque excitant, ac ulcera pulmonum.

Curatio. *Art.* 2722. Ulcera diuturniora ſine internorum uſu rariſſime curantur; interna autem debent eſſe *acidum abſorbentia* & *deoſtruentia*, & *ſudorifera*, præcipue decocta *lignorum*, *antimonialia*, *viperina*, *volatilia*; inter purgantia optimum eſt *extractum hellebor. nigr. cum mercurio dulci*; ſed omnibus præferenda ſunt *vomitoria*, ſæpius repetita, ad facilem ulcerum curationem reddendam: His etenim & hujuſmodi internis omnino neglectis, fruſtra frequentiſſime chirurgicum imploratur auxilium. In ulceribus pertinaciſſimis, & alias incurabilibus ipſa *ſalivatio mercurialis* in auxilium vocanda eſt. Antiqua ulcera interdum claudi non poſſunt, niſi in loco oppoſito fiat *fonticulus*. Quoad remedia externa, in genere ſunt *digeſtiva*, *mundificantia*, *ſarcotica*, & *epulotica*, quæ pro varietate conditionis ulceris curandi a prudenti chirurgo uſurpanda ſunt. Sequens eſt *digeſtivum* probatiſſimum, *Digeſtiva.* ♃. *Terebinth. venet.* ℥j. *vitel. ovi unius*, *mel. roſ.* ʒvj. *ol. hyperic.* ʒj. fiat unguentum; interdum addantur *gum. elemi*, *unguentum baſilic.* *Mundificantia.* *thus*, *maſtiche*, *farina hordei*, &c. *Mundificantia*

tia a chirurgis uſurpata quamplurima ſunt, inſigniora tamen, quæ ſequuntur; *radix apii*, *ariſtolochiæ utriuſque*, *fol. nicotianæ*, *flor. hyperici*, *album græcum*, *camphora*, *balſamum peruvian. myrrha*, *aloe*, *euphorbium*, *ex ſulphure præparata*, *ſaturnina*, *æs viride*, *arſenicum*, *aqua calcis vivæ*, *mercurius dulcis*, *mercurius præcipitatus*, *balſamum ſulphuris*, *oleum & unguentum nicotianæ*, *unguentum ægyptiacum*, *apoſtolorum*, " *item*
„ *oleum camphoræ*, viz. *camphora in dupla quan-*
„ *titate ſpiritus nitri ſoluta*, &c. „ *Sarcotica* & *Epulotica* gradualiter tantum differunt; ſequens valde proficuum perhibetur, ℞. *Unguent. diapomphol. tutiæ ana* p. j. *diaſulph. Rulandi* p. ij. *ol. nicotian.* parum M. " Vix datur præſtantius quam
„ emplaſtrum de *lapide calaminari D.* Turner. *Sarcotica, & Epulotica.*

Art. 2723. In ulceribus vetuſtis emplaſtrum ſequens eſt egregium, ℞. *Calcis vivæ bis vel ter lot.* & *parum exſiccat.* q. v. *ol. lini*, q. ſ. miſce, & cum *bolo armen.* vel *bol. rub.* tingatur ad carneum quaſi colorem.

Art. 2724. In ulcere diuturniore aut male tractato aliquando ſupervenit *callus*, qui nunc cingit ſimpliciter ambitum ſeu orificium ulceris ipſius, nunc vero totum ſinum ulceratum incruſtat, & occupat, & talia ulcera ſinuoſa cum callo interno vocantur *Fiſtulæ*, quæ difficiles ſunt curatu propter callum, qui niſi auferatur, ſunt incurabiles. Amplificandus eſt ſinus cum *rad. gentian.* & abſumendus eſt callus cum *pulv. alum. uſt. mercurio præcipit. ſucc. nicotian.* &c. Aliquando neceſſe eſt, ut tota fiſtula *cultro* incidatur, & aperiatur, & deinde callus abſumendus cultro vel antedictis remediis. *Callus. Fiſtula.*

Art. 2725. Caries oſſis frequenter accidit in ulceribus inveteratis, quæ eſt corroſio ipſius oſſis, & quaſi ejuſdem ulcus; ſi os denudatum *Caries.*

ſuerit, primo oleoſum quodammodo & pingue apparet, hinc ſucceſſive flaveſcit, deinde nigreſcit, & poſtea foraminulatum redditur, & quaſi teredinibus perforatum; ſi abſconditum fuerit ſpecillo expiſcanda eſt caries; tunc enim os in fundo non glabrum ſed inæquale, & ſcabroſum percipitur, quin & quæ effluunt ex ulcere ſordes & excrementa pinguia, oleoſa, & acria majorique copia, & ulcera nequeunt ad cicatricem perduci. Labia ulceris ſunt dilatanda, remedia unctuoſa vitanda, pulvis *euphorbii* eſt expertiſſi-
Curatio. mum remedium, huic proximum eſt *radix irid. florent. mercurius dulcis* valde commendatur, ut & *oleum caryophyllorum* ad exfoliationem promovendam. " *Oleum camphoræ*, viz. *camphora in* „ *dupla quantitate ſpiritus nitri ſoluta* a quibuſ„ prædicatur. *Hiſt. de l' Acad.* Vol. IX. p. 74. „ Si hæc & ſimilia ſucceſſu careant, denudan„ dum eſt os, & abradendum; & ſi corruptio „ ſit profundior, terebrum, vel quod potius „ eſt, *cauterium actuale* adhibendum eſt; nam „ ultra omnia ferri igniti tactus oſſis humidi„ tatem exſiccat, idemque ad promptam deſ„ quamationem diſponit.

Vviſemani ſententia.

Ulcera ſimplicia. *Art.* 2726. In ulceribus ſimplicibus tractandis non raro mihi fuit uſitatum, ulcus digerere, detergere, & incarnare cum *unguento baſilic.* & *mercurio præcipit.* proportione majori vel minori pro re nata invicem commiſtis, & poſtea ulcus *cicatrizantibus* claudere: Sed rariſſime inveniuntur ulcera ſimplicia; complicantur enim ut plurimum variis accidentibus, uti intemperie, dolore, fluxione, &c.

Intemperies. *Art.* 2727. " Ulceribus quandoque accidit

„ *in-*

,, *intemperies* curationem tantopere impediens ,, ut hanc expectare non datur, niſi illa prius ,, corrigatur; hæc autem eſt quadruplex. In in- ,, temperie calida pus acre eſt, labra ulceris ru- ,, bra, & adeſt inſignis dolor. ,, Uſurpanda ſunt *refrigerantia*; moderate *aſtringentia*, & *repellentia*; talia ſunt *fotus aſtringentes*, *unguentum album camphoratum*, *refrigerans Galeni*, *populeon*, & *ſimilia*.

Calida.

Art. 2728. In intemperie *frigida* “ labia ulce- ,, ris mollia ſunt, albicantia, & ubi res male ,, ſuccedit, livida evadunt. ,, Conveniunt *fotus diſcutientes* & *attenuantes* quemadmodum in tumoribus *œdematoſis*, & unguenta ac emplaſtra debent eſſe *exſiccantia* & *detergentia*, quæ ſatis nota ſunt.

Frigida.

Art. 2729. In intemperie *humida* “ caro mol- ,, lis eſt & flaccida, ſepe ſupercreſcens, humo- ,, rum fluxus copioſus; ,, hic indicantur *exſiccantia* & *aſtringentia*, qualia ſunt *unguentum diapompholyg. tutiæ*, *e calce lota*, *nutritum*, *deſiccativum rubrum*, &c.

Humida.

Art. 2730. “ Ulcera cum intemperie ſicca ,, conjuncta, ubi pus paucum aut fere nullum, ,, difficulter ſanantur. “ Topica debent eſſe *humectantia*, fotus ex *emollientibus*, unguenta, & emplaſtra, & *digeſtiva* conveniunt; *unguentum baſilic.* & *mercur. præcipit.* apprime conferunt. In his omnibus hactenus memoratis remedia interna non ſunt negligenda.

Sicca.

Art. 2731. In ulceribus cum ingenti dolore vix ferendo, præmiſſis rite internis quæ indicantur, attendendum eſt ad conditionem ipſius ulceris, ut deprehendatur vera doloris cauſa; inſpiciendum eſt, an humor ſit craſſus, qui *ſordes* vocatur, vel tenuis & ichoroſus, qui *ſanies* appellatur; uterque peculiariter *detergentibus*

Ulcera cum dolore.

corrigendus eſt, his rite peractis manente adhuc dolore ad *lenientia* & *anodyna* confugiendum eſt; cataplaſmata ex *mucilag. ſem. pſyllii, cydoniorum, far. hord. croc. vitel. ovi*, &c. *unguentum popul. refrigerans Galeni*, &c. refrigerant & dolorem leniunt; ſed pro varietate cauſarum varia exurgit indicatio.

Fungus. *Art.* 2732. In ulceribus frequenter caro *ſpongioſa* ſive *fungoſa* ſuccreſcere ſolet, a nimio humorum affluxu ortum ducens, vel a chirurgi imperitia; ſupprimenda eſt medicamentis *exſiccantibus*; imo *catharcticis* & *cauſticis* abſumenda eſt, mitiora ſunt *lapis tutiæ*, *alumen uſtum*, *mercurius præcipit.* fortiora *vitriolum romanum*, *aq. lapidis medicamentoſ. aq. viridis Fallopii*, &c.
„ De reliquis ulcerum affectionibus & accidentibus conſulatur author, qui candide & modeſte ſcripſit.

Belloſtii ſententia.

Euporiſt. *Art.* 2733. Coronidis loco ſubnectere haud pigebit & experimentum illud *M. Belloſte* propter ſingularem illius virtutem in ulceribus curandis; quod quidem *euporiſton* nihil aliud eſt quam *decoctum foliorum juglandis in aqua cum pauco ſaccharo*; modus utendi eſt linteolum imbuendo, & ulceri imponendo, & non ſæpius quam ſecundo vel tertio quoque die eandem applicationem renovendo, donec ulcus ſanatur. Hoc medicamentum utcunque ſimplex & vulgare videatur, ſuppurat, detergit, incarnat, putredini reſiſtit, &c. certius & fœlicius quam aliud quodcunque remedium hactenus notum, inquit author, qui multo copioſior eſt in illius laudibus, p. 260.

DE

DE ANI FISTULA.

Vviſemani ſententia.

Art. 2734. Ad ulcera pertinet Fiſtula in Ano, quæ eſt ulcus ſinuoſum a phymate vel hæmorrhoidibus internis ut plurimum ortum ducens. *Fiſtula in Ano.* Fiſtulæ quæ a phymate oriuntur, ſunt pejores, *A phymate.* dolentes admodum & curatu difficiliores, utpote in muſculorum interſtitiis profunde penetrantes, & cuniculos agentes, & quanto ſinus ab ano ſunt remotiores, tanto deteriores, quoniam apertionem per *inciſionem* non admittunt. "Sic „ arbitratus eſt *author noſter*; quoniam in iſto „ rerum ſtatu neceſſe eſt, ut muſculus ani ſphin„ cter diſcindatur: Sed D. *Berbeck Chirurgus Ebo*„ *racenſis*, vir probus, & hac operatione ſpe„ ciatim celeberrimus, aſſeruit ſe ſphincterem „ ani frequenter penitus diviſiſſe, & etiam ſi „ ægri durante vulneris curatione fæces conti„ nere nequeant, poſt conſolidationem faculta„ tem ſphincteris retentricem redintegratam „ fuiſſe. *Vid.* Cheſelden *Anat. p.* 63.

Art. 2735. Fiſtulæ ab hæmorrhoidibus internis originem trahentes inter tunicas inteſtini *Ab hæmorrhoidibus.* recti ſenſim generantur, & perforationem exiguam habent juxta ani ambitum, unde ſaniem tenuem ſive ichorem ſine dolore emittunt; progreſſu vero temporis ſuperveniunt pruritus & excoriationes; orificia tandem calloſa evadunt, & quandoque ad tempus clauduntur, & deinde certis intervallis denuo erumpunt.

Sennerti ſententia.

Fiſtula non temere curanda. *Art.* 2736. Fiſtulæ, ſi copioſo fluxu, aut fœtore, aut alio modo, nihil incommodi afferant, ſed potius mature ſuperfluos humores e corporibus *cacochymicis* & *cachecticis* cum ægri commodo per eas evacuet, curari non debent, ſed ſervari. Fiſtulæ vero ſimplices & recentes ſine periculo curari poſſunt.

Inciſio per filũ. *Art.* 2737. Inciſionem quod attinet, ſi ea ſine periculo, ne ſcilicet muſculus ani lædatur, & fœces præter voluntatem egrediantur, tentari poſſit, fit vel *filo ſeu laqueatione*, ut appellant, vel *ferro*. *Filo* ita fit: Sumatur filum ex ſerico, vel ſeta equina, aut aliud, quod non facile putreſcat; id immittendum in extremitatem ſpecilli ſtannei vel plumbei, inſtar acus perforati, & in fiſtulam intrudendum, digitoque, *oleo roſaceo* inuncto, in rectum inteſtinum immiſſo, filum apprehendendum, ſpecillum extrahendum, & duæ extremitates ejus connectendæ, & quotidie vel a chirurgo, vel ab ipſo ægro arctius conſtringendæ, donec tota fiſtula inciſa ſit; hinc callus abſumendus, & ulcus curandum.

Inciſio cum inſtrumento ferreo. *Art.* 2738. Ferro *inciſio* celerius hoc modo fit; in fiſtulam ſpecillum plumbeum immittendum, uſque dum inteſtinum rectum penetret, & hinc inſtrumento falcato digito in anum immiſſo ſecundum ſtyli plumbei ductum fiſtula incidenda, cavendo tamen, ne hæmorrhoides lædantur, & hæmorrhagia excitetur. Inciſione peracta, penicillum *albumine ovi* & *pulveribus aſtringentibus* illitum immittere decet; die ſequente Hippocrates *æris flore uſto* conſpergit, & fruſtulum ſpongiæ melle illitum intrudit, ut fiſtu-

fiſtula aperta ſervetur, idque diebus ſeptem continuat, donec callus abſumatur; interim ſpongia vino auſtero madida imponenda, ut humores reprimantur. De *Callo* abſumendo alibi dictum eſt. (2724.)

Platneri ſententia.

Prognoſis ad ani fiſtulam.

Art. 2739. Adverſus omnes ani fiſtulas majus certiuſque in manu, quam in medicamentis præſidium eſt. Minus operæ eſſe ſolet, ſi illæ breves, ſimplices atque recentes, & in corpore etiam integro ſunt. Ubi autem his contraria ſunt, & ubi fiſtulæ altius, & aliquo, quo ſcalpellus tuto pervenire non poteſt, ad veſicam, urethram, abdomen, & hujus membranam, ſive peritonæum, & in fœminis ad vaginam, nec non ad oſſa, ſacrum & coccygis, eaque vitiata perveniunt, ſi in plures partes diducuntur, & inveteraverunt, etiam ſi corpus ſenile, ægrum, & corruptum eſt; ſi inteſtinum altiori loco violatum eſt, quam, ut eo digitus ferri poſſit, illæ cum difficultate curantur, atque etiam inſanabiles reperiuntur. In fiſtulis altioribus, ſi inciduntur, ingens periculum eſſe ſolet ex ſanguinis profuſione. Fiſtulæ, quæ poſt malas curationes, ſuppreſſam gonorrhœam, in peritoneo oriuntur, plerumque ad proſtatam, & corpora cavernoſa penis, & in ipſam urethram tendunt, & difficilius ſaneſcunt. Raro etiam fiſtulæ in iis, qui venereo morbo ægri ſunt, prius vincuntur, quam illud vitium, quod in humidis eſt, fuit levatum. Nam ſi tales ſolis medicamentis extrinſecus impoſitis curantur, illæ raro non ultra procedunt, ita, ut iis etiam putris caro ſuperincreſcat.

Ejus curatio.

Art. 2740. Cum jam ad curationem veniendum

dum

dum eſt, ſanguis ex brachio mittatur & abſtinentia imperetur, alvuſque lotionibus ducatur. Tum æger collocari debet in lectulo, ut cruribus adductis, immo ventri ex latere incumbat, utque porrectis natibus morbi ſedes in conſpectu chirurgi ſit. Hac enim poſitura muſculi omnes quieſcunt, atque etiam ſi forte ex præciſa arteria ſanguis periculoſius fluit, neceſſe non eſt, ægrum aliter collocari, ſed protinus adhiberi poſſunt auxilia, quæ adverſus ſanguinis profuſionem maxime poſſunt. Nates vero impoſitis a miniſtro manibus diducuntur, & ſi fiſtulæ os in cute orſum, & ad inteſtinum penetrans nimis anguſtum eſt, id vel ſectione in duas lineas facta vel demiſſa turunda ex rapa ſiccata, aut ſpongia cerata ampliari debet; neceſſe quoque eſt, ut ægro qui ſcalpello curandus eſt, veſica exoneretur.

Si fiſtula in inteſtinum non altius penetrat.

Art. 2741. Si fiſtula calloſa non altius penetraverit, ſed in extrema parte inteſtinum perrupit, expeditiſſima curatio eſt, ſpecillum, quod acus majoris figuram habet, ex plumbo, argentove flexile in fiſtulam conjicere, idque per anum educere. Duo vero ſpecilli inflexi capita valentius adducere, & cutim utrinque ſuper id duabus lineis incidere, atque omnem fiſtulam cum callo & cute, quæ ſuper fiſtulam eſt incidere.

Si eadem altius penetrat.

Art. 2742. Si vero fiſtula altius penetrat, atque etiam intra inteſtinum deſinit, in eam conjici poteſt ſpecillum, quod ſuccum habet, quod vero non per interius fiſtulæ os, quo ea in inteſtinum patet, trajicitur, ſed ſupra illud paulo altius per inteſtinum, qua parte id integrum eſt. Perforato ſic inteſtino, ſpecillum per anum educitur, & ſuper id ſcalpello recto fiſtula inciditur. Poſt autem callus, ſi is totus excidi

non

non poteſt, ſcalpello, lineis in longum ductis, & forfice etiam incurva transverſe conciditur, & impoſitis medicamentis rodentibus, atque pus alentibus tollitur, ulcus vero, ſi purgatum eſt, implentibus curatur. Si flexus & alii ſinus reperiuntur, illi etiam ſpecillo ferroque perſequendi ſunt. Præſtat vero, id protinus fieri, niſi id ægri imbecillitas, & ſanguinis profuſio impediat. Nam ubi ulcus pus alere cœpit, difficilius reperiuntur ſinus & rivuli, qui ad latera tendunt, quippe quorum ora valde anguſta ſunt. Ulcus etiam, quamvis linamentis impleatur, coarctari plerumque ſolet. Omnia ferramenta, quæ in fiſtulam, vel anum demittuntuntur, oleo inuncta eſſe oportet.

Alia ferramenta minus utilia.

Art. 2743. Alia ferramenta atque ſcalpellorum genera repererunt, quibus etiam has fiſtulas minori ægri dolore incidunt, quibus omnibus tamen callus haud exciditur, immo ulcus non ſatis ampliatur, quare illud medentem fallere poteſt. Si vero aliquis nihilominus his ſcalpellorum generibus uti velit, eum oportet protinus, inciſa fiſtula, forfice concidere illam ſupremam inteſtini oram ea parte, qua illud mala materia perroſerat, quæ cum vel calloſa, vel alienata ſit, niſi exaſperetur, glutinari nequit.

Si fiſtula in inteſtinum non penetrat.

Art. 2744. Si fiſtula inteſtino non violato recta intus tendit, duabus vel pluribus lineis incidenda eſt ut imus ſinus pateat. Ubi ad finem fiſtulæ ventum eſt, callus etiam vel totus excidi, vel concidi, & adurentibus exedi debet. Si quando fiſtula inteſtinum nondum perrupit, eo autem tendit, illaque propior eſt, celeritati multum adjicitur, ſi protinus demiſſum in fiſtulam acutum ſpecillum per inteſtinum trajicitur, atque ſuper id, & fiſtula & inteſtinum inciditur.

Art. 2745. Si fiſtula integra cute in inteſtinum

Si ab inteſtino cutem non perforat. num patet, hanc moleſtiam habet, ut illud prius extrinſecus aperiendum ſit. Ubi enim tactu ſub cute tumor, vel callus, ſentitur, demittendum ſcalpellum, & aperiendus ſinus eſt. Hoc minori negotio fit, ſi conjectus in anum digitus ad fiſtulam flectitur, & eo cutis extrorſum urgetur, ita ut hæc contra digitum incidatur. Si autem ſinus in inteſtino arctior eſt, & digitum non recipit, ſpecillum ex plumbo, vel argento, ita inflecti debet, & per anum in fiſtulam demitti, ut contra hujus caput cutis incidi queat. Perforata autem cute cetera in curatione ſimilia his eſſe debent, quæ in illo fiſtulæ genere, quod & extrinſecus, & in inteſtinum patet, præcepi.

Facta inciſione quæ præſtari debeant. *Art.* 2746. Quo ſemper in his curationibus imus fiſtulæ inciſæ ſinus oculis pateat, ille cum linamentis impleri, atque impoſitis p nnis vinciri debet. Hæc tolli oportet, ſi alvum dejiciendi neceſſitas eſt. Etiam poſt dejectionem ulcus ſpongia ex calida, vel vino, expreſſa, ſedulo purgari, atque iterum novis linamentis, quibus etiam medicamenta illinuntur, impleri debet. Quo primis diebus, quibus quandoque metus eſt, ne ſanguis feratur, æger alvum cohibere poſſit, & illa ante curationem duci, & æger ſorbitionibus ſuſtineri debet. Nec ignorari oportet, homini, qui ita curatus fuit, primis diebus frequentem deſidendi cupiditatem eſſe; parum vero, vel nihil, ut plurimum excerni.

Cautiones aliæ. *Art.* 2747. Aliæ quædam animadverſiones neceſſariæ ſunt. Si totus callus exciſus non fuit, oportet adhiberi multam diligentiam, ne ejus quid maneat; quare, & demiſſo in ulcus digito, & ſpecillo, omnia crebrius, atque diligentius explorari debent. Sedulo etiam videndum,

num

num ulcus, ſi illud purum videtur, ſiccum ſit, an humidum. Nam, plures ac reconditos ſinus ſubeſse, manifeſtum eſt ex modo puris, ſi hujus plus fertur, quam quod ſimplici ſpatio convenit. Ani ſphincter ſine periculo, etiam repetitis vicibus inciditur. Si vero ejus multum exciditur, adurentibus roditur, vel magna concitata ſuppuratione corrumpitur, is offenditur, ut quandoque anguſtetur, quandoque etiam reſolvatur, ita ut alvum non recte continere poſſit.

Interdum, ſi fiſtula altius deſcendit, evenire ſolet, ut, præciſa arteria, venave, ſanguis cum impetu fluat, id quod non ſine periculo eſt. Si igitur profuſionem timemus, vulnus implendum eſt linamentis, quæ, ſi ſicca parum valeant, etiam alcohol, vel alio liquore ſtiptico, madefacienda ſunt, & manu ſuper comprimenda. Quandoque ſi ſanguis conquieſcere videtur, alius metus ſubeſt, ne is, ſi ei exitus non datur, feratur in inteſtinum; id quod ſciri poteſt, ſi ægrum ventris inflatio, atque tormina afficiunt.

Art. 2748. Si fiſtula intus aliqua procedit, quo ſcalpellum tuto pervenire non poſſit, vel ſi ætas, aliaque, illam curari prohibent collyrio utendum eſt, quo illa pura ſit. Ad id idonea ſunt decocta herbarum, abſynth. rutæ, agrimoniæ, ſalviæ & ſimilium, nec non aqua vulneraria ex parva quantitate mercurii ſublimati adjecta paulatim aqua calcis & poſtea hujus aquæ majori modo diluti, cui etiam eſſentia ſuccini vel myrrhæ paululum adjicitur.

Si fiſtula ſecari nequeat.

GAN-

GANGRÆNA & SPHACELUS.

Ettmulleri ſententia.

Gangræna & Sphacelus quid? *Art.* 2749. Gangræna ſignificat incipientem partis mortificationem, cum dolore tamen & aliquali ardore conjuncta eſt: Sphacelus vero ſeu necroſis e contra eſt perfecta mortificatio, in qua omnimoda vitalitatis eſt carentia; differunt ergo ſaltem gradualiter gangræna, & imminens ſphacelus.

Cauſa. *Art.* 2750. Interdum ſupervenire ſolet fracturis, vulneribus male tractaris, ulceribus cacoeth. & tumoribus, imprimis ſanguineis; aliquando autem a cauſis internis oritur. In partibus gangrænoſi color mutatur in pallidum, obſcurum, ſublivescentem, aut cæruleum, & tandem in nigricantem: caro autem tenſa mox evadit flaccida & mollis, & ſphacelo facto, cutis ſponte a partibus ſeparatur, & *aqua quædam decolor* pravi odoris effluere ſolet, & pars affecta *halitum cadaveroſum* ſpirare.

Diagnoſis.

Prognoſis. *Art.* 2751 Certiſſimum eſt gangrænam a cauſa interna lethalem eſſe: Auferatur enim licet membrum, iterum regerminabit malum, & neceſſario mortem poſt ſe trahet.

Curatio. *Art.* 2752. Ad gangrænam ſiſtendam interne omnia ſunt *ſudorifera* & *alexipharmaca;* externe autem decoctum *calcis vivæ* eſt mirabile, vel ſolitarium, vel efficacius, ſi in eodem incoquatur *ſulphur*, & diſſolvatur *mercurius dulcis*, addito *ſpiritu vini* (*camphorato.*) In graviori gangræna, præmiſſa profunda ſcarificatione, conducit *fimus equinus*, in vino aut urina coctus, fuit experimentum & ſecretum *Sylvii & Barbettii*, (& melius eſſet ſi adjiciatur *ſpiritus ſal. armoniac.*)

In

In uſum quoque venire ſolet *unguentum ægyptiacum* calide uſurpatum, facta prius, ut artis eſt, ſcarificatione, &c. „ Chirurgis noſtratibus ſolenne eſt locis ſcarificatis *oleum terebinth. calidum cum triente tincturæ myrrhæ & aloe* adhibere, & *emplaſtrum e theriaca Londinenſi calefactum ſuperimponere*.

Boerhaavii ſententiæ.

Art. 2753. Signa Gangrænæ ſunt phænomena inflammationis ſubito ablata ſine correctione cauſæ, ſenſus hebes, color pallidior, cinereus, fuſcus, lividus, &c. mollities, flacciditas, ad tactus veſtigium non reſurgens, puſtulæ ichore lymphatico ſubflavo, vel rubello plenæ in loco inflammato; ubi a frigore, pruritus & punctura ingens, una cum rubore intenſo, quem brevi nigredo mortifera ſequitur. *Signa gangrænæ.*

Art. 2754. In perfecta necroſi ſenſus motuſque integre tolluntur (gravitas aliqualis quodammodo in parte ſentitur;) color eſt lividus, fuſcus, niger; caro eſt flaccida, & frigida; adeſt fœtor cadaveroſus, corruptio mortifera profunda, omnia vicina depaſcens in oſſa uſque. Gangrænæ illico ſuccurrendum; ſphacelus illico extirpandus. In ſenio fere ſemper a quacunque cauſa lethalis eſt, ita in hydropicis, phthiſicis, & ſcorbuticis. *Perfecta necroſis.*

Art. 2755. Ut ſuppuratio acceleretur, conducit *ſcarificatio* putrefacti uſque ad vivorum initia; ſic enim ſuffocatione nimia imminuta, loco ſerpentis gangrænæ fit abſceſſus, quo cutis & adeps gangrænoſa plerumque a ſubjectis adhuc vivis ſeparantur. Inciſa pars *calidis liquoribus, corruptioni reſiſtentibus*, & *duritiem eſcharæ emollientibus* fovenda, toti parti affectæ aſſiduo apli- *Curatio.*

plicando *cataplaſmata calida*, & cum calore continuo ſuſtentato agentia; huc etiam plurimum facit rarior partis detectio, quam vulgo fieri ſolet. Si ab impacto *acri gelu* gangræna fiat, pars *nive impoſita* vel impoſitis linteis *aqua gelida* humectatis operienda erit, donec ſpiculis frigoris in nivem, vel aquam receptis; iterum ſolvi incipiat, redeunte vita: aliter caloris applicatu pars putreſcit, actis ſpiculis; eo autem peracto *calidis* refocillandus *cardiacis*, & in *ſudorem uſque* calefaciendus æger eſt. De *amputatione* videatur locus N. 469. & conſulantur reliqui ſcriptores chirurgici.

A gelu gangræna.

Belloſtii ſententia.

Remedium ſingulare.

Art. 2756. *Belloſtius* ſequens unicum remedium inſtar omnium ad gangrænam & ſphacelum venditat. ♃. *Spirit. nitr.* vel *aq. fort.* p. ij. *argent. viv.* p. j. fiat ſolutio; in hoc liquore madefiant lintea, & parti gangrænoſæ circumvolvantur, & prompte ſeparabitur mortuum a ſano; neque opus eſt, inquit author, ut aliquod quodcunque medicamentum ad gangrænam ſiſtendam excogitemus; non enim reperitur aliud, quod tam cito, & tam certo, penſum abſolvit.

Heiſteri ſententia.

Quid de uſtione ſentiendum.

Art. 2757. Non deſunt Medici & Chirurgi, inter quos etiam adhuc eſt cl. Boerhaavius qui præ omnibus ſuadet ut tota pars vitiata, ſive infecta uſque in fundum ſanum uratur, aut ſcalpello reſecetur: verum quia hæ curandi rationes vehementiores imo crudeliores videntur, quin & ſine majoribus doloribus, imo ſine periculo ſæpe fieri vix poſſunt, eam, quæ ſuppuratio-

rationis, vel medicamentorum rodentium ope peragitur; & blandiorem, & tutiorem, adeoque, meo quidem judicio, præferendam eſſe puto; cum primis quia uſtiones Chirurgicæ, ubi aliæ efficaces curandi rationes proſtant, magnopere hodie in deſuetudinem abjerunt.

Ampu-tatio quando fieri debeat.

Art. 2758. Tandem ubi ſphacelus manus aut pedis partem aliquam ita graviter afflixit, ut per muſculos ad ipſum uſque os putrefactio penetraverit, omnemque medicamentorum virtutem vicerit; aut idonea remedia opportuno tempore non adhibita fuerint, tum protinus, ut non vita ſolum, ſed cætera quoque pars tuta ſit, quicquid in carne, oſſibus, atque nervis corruptum invenitur, vel ſcalpelli, vel mallei, & ſcalpri, vel ſerrulæ adminiculo præcidendum.

Gangræna & ſphacelus quomodo ſuppuratione tractandi.

Art. 2759. Suppuratione qui ſphacelum curandum ſuſcipiunt, duo potiſſimum provideant neceſſe eſt: 1. ut, quantum fieri poteſt, ſuppuratio acceleretur; 2. ut emortua ulceris cruſta auferatur, atque ab integrioribus corporis partibus reſolvatur. Atque ad accelerandam quidem ſuppurationem haud parum expeditæ ſolent eſſe partis corruptæ ſacrificationes, cum primis juxta ſanas inſtitutæ, ſatiſque longæ, ac profundæ. Namque ubi ſic crebro tantiſper inciduntur, donec quaquaverſum aliquis ſenſus doloris oritur, ſanies noxia ſub cruſta latens expelli, medicamenta idonea melius intrare, vitiataque pars per acceleratam iſto modo ſuppurationem a partibus ſanis citius reſolvi poteſt. Valentiſſima vero ad promovendam hanc partium corruptarum a ſanis reſolutionem, medicamenta ſunt emollientia, atque putredinem reprimentia, ſive balſamica: ſi quidem hoc modo fuerint adhibita. Scilicet initio pars illa inciſa unguento digeſtivo probe illini, ac poſtea fomentis ſive cataplaſma-

 tibus

tibus balſamicis foveri diligenter debet. Sequens huc quoque pertinet fomentum. ℞. *Decoct. hord. vel ſcordii lib.* j. *Acet. rutac. unc.* vj. *Sp. vin. theriacal. unc.* iv. *Sal. marin. aut vulgar. unc.* j. vel ij. *Miſce*, quod calide cum ſpleniis ſuper inciſam partem injiciendum eſt, ſpleniaque dein eodem ſæpius calide irroranda, donec malum ſubſiſtat, & non ulterius ſerpat. Hoc vero fieri cognoſcimus, quando in loco vitiato tumor ſubſidet, ora vero ſanarum partium vicinarum in ambitu intumeſcunt: ita demum altero tertiove die ſuppuratio ſenſim, & ſolutio vitiati ſequuntur. Ad emolliendam vero poſtea cruſtam emortuam, ejuſque ſeparationem promovendam, expeditum valde hic eſt ſequens, vel ſimile malagma aut cataplaſma, ℞. *Fol. Scordii m.* ij. *Malv. hyoſcyam. Alth. ana man.* j. *Flor. lavendul. man. ſem. coq. in aceto vel oxycrato ad conſiſt. cataplaſm. cui tandem admiſce Farin. Lin. unc.* iij. *Ol. lin. unc.* j. *Sal. ammoniac. unc.* ij. *f. cataplaſm. calide ſubinde ſuperimponendum, ejuſque calor ſtragulis aut calefactis laterculis diu conſervandus.*

Suppurati expurgatio quomodo fiat.

Art. 2760. Quibus quidem adhibitis ſicubi cutis adhuc dum interioris ora leniter cum rubore intumeſcit, purulentamque paulo poſt materiam emittit, cruſta vero contrahi ſenſim, atque ab integra carne diduci incipit, indicio illud ipſum eſt, malum ſerpere deſiiſſe, vitiatæque partis a ſana reſolutionem brevi futuram eſſe. Igitur ubicunque hujuſmodi ſeparatio ſe oſtendit, unguentum ſuppurationem promovens, quale eſt vulgo ita dictum digeſtivum, protinus, vel ſolum, vel cum theriacæ portiuncula mixtum inungatur, linamentiſque carptis illitum inter ſanam, & emortuam partem (quæ ſcalpello aliquantulum etiam quandoque dividi poſſunt) applicari, & poſtea cataplaſma præſcriptum ſuperaddi debet.

In

In ſequentibus autem deligationibus quicquid vitiati prorſus reſolutum ſenſim deprehenditur, in ſingula deligatione volſellæ inſtrumento quotidie auferri, vel ſi quid leviter adhuc cum partibus integris cohæret, illud forfice, aut ſcalpello ſine graviori dolore, aut noxa reſcindi debet. Atque tunc removere cataplaſma convenit, digeſtivo interim unguento, atque emplaſtro vel diachylo, vel ſaturnino, ſive de minio tantiſper adhibitis, dum ejectis partibus corruptis omnibus, perpurgatum ulcus reperiatur. Mirifice ut plurimum promoveri ſeparatio corruptarum partium hic adſolet, ſi continuus per malagmata, lateresque, vel tegulas calefactas calor membro afflicto aſſiduus conſervetur, & non opus ſit illud ſæpius detegere. Expurgato ulcere veniendum ad glutinationem eſt; cui quidem & unguentum digeſtivum vel baſilicum, vel balſamum Arcæi, & laudatum ſuperius emplaſtrum ægregie admodum inſerviunt.

CAPUT XIV.

Sive Faſciculus Morborum decimus quartus.

CHLOROSIS.

Ettmulleri ſententia.

Art. 2761. CHloroſis ſive febris alba virginum longe diſtat a *cachexia* muliebri; hæc enim antecedit aut inſequitur menſium ſuppreſſionem; chloroſis vero eſt affectus proprius virginibus & viduis, ſaltem extra conſortium virorum viventibus, aut quibus mariti non ſatiſ- *Chloroſis quid. A cachexia muliebri differt.*

faciunt. Hoc morbo affectæ pallent, habentque ſub oculis coronam ſubcæruleam, vel ſubrubeſcentem, triſtes ſunt, & adeſt ſæpius febricula lenta, & quaſi erratica, pulſus inæqualis & varius, vomitus etiam interdum infeſtat, ac præcordiorum anxietas, &c. Menſium ſuppreſſio eſt fere tantum effectus hujus morbi. Tales volunt (inquit *Lindanus*) cohabitare viro.

Ballonii ſententia.

Cloroſis elegans deſcriptio. *Art.* 2762. Definiunt quidam fœdum illum virginum colorem per icterum ex flavo nigroque mixtum, ac vireſcentem. Minora quidem non ſunt argumenta obſtructionis viſceris alterutrius, aut utriuſque (jecuris nempe & lienis) a qua icteri origo eſt. Oculorum nativus ſplendor, nitorque perit, quorum ob viriditatem, & mundiciem facilius in illis quam in partibus reliquis, aut roboris, aut infirmitatis, aut latentis vitii ſigna eduntur, ut ex eorum intuitu ad totius corporis cognitionem deveniatur. Deinde flatuum proventus non raro adeſt, quem in ictericis quoque adeſſe quidam oculatiores obſervaverunt, idque contra *Hippocratis* ſententiam. Ex iis itaque patet; quis conſenſus inter fœdum Virginum colorem, & icterum. Sed in ictero ea frequenter non apparent, immo raro, quæ crebro admodum in virginum defœdatione. In hac enim acerbiſſimi ſunt capitis dolores, ac maxime in ſincipite, non tanta in ictero macies corporis, nec anhelitus difficultas, quanta in fœditate iſta Virginum, nam Apoſitia, ſitis, urinarum alias crudarum, alias urinis jumentorum ſimilium, alias aquearum excretio, non ita turbida, inſomnia mentiſque a vanis imaginibus perculſio, pavores, timores, plerumque ſuffocatio-

tiones ac aphoniæ, ac quod in iis viget maxime gradiendi impotentia, oſtocopos inexplicabilis, ignavia ac torpor, rerum omnium contemptio; denique ſurarum, quantum maximus dici poteſt, dolor: quamquam ex iis alia communia ſunt cum icteri ſignis, alia fœdis coloribus propria.

Cum hypochondriaca affectione quãdam habet affinitatem.

Art. 2763. Quemadmodum autem cum ictero ſignorum communicatione conſentiunt, ita, & eorumdem ſymptomaton fœtura, & communicatione ad melancholiam hypochondriacam videntur accedere. In utraque enim affectione ſitis eſt, oppreſſio diaphragmatis, dyſponea aliquando, ructus acidi, primarum viarum interceptio, ſpectra, alias fugacia, alias fixa, deſperatio ac rerum contemptio, mortis apetitio, immutatus faciei caracter, dolores capitis, & ſtomachi frequentes, gravitas corporis, ſenſio gravitatis in alvo etiam minime ingeſto cibo percepta.

Ex animi perturbationibus amatoriis ſæpe oritur.

Art. 2764. Hoc morbo virgines præſertim rerum uſu paullulum edoctæ ſæpe capiuntur, ut perdite quoſdam opinione pulchritudinis aut reconditæ virtutis depereant, quo fit ut tacito latenteque veluti dæmonio agitatæ, verſatæque, blandiciis multis pellectæ multa animo verſent, volvantque, immo extra ſe ſæpe ſint, indeque veluti exangues, emortuæque expalleſcunt.

Ex cohibita aut difficili menſtruatione.

Art. 2765. Præſertim quum menſtruæ purgationis tempus inſtat, morbus grandiores virgines prehendit, nimirum quum ægre menſes errumpunt, nam ad difficilem eorum eruptionem, & vitæ inſtitutum, & torpor, & minimis momentis magni animi motus, proclivitas in iram, & tædium, plurimum conferunt. Obſervatur enim etiam in jam nuptis paucos admodum effluere menſes, niſi pepererint, aut purgationes aliquas immodicas ſuſtinuerint.

Ex vita deſide & otioſa. *Art.* 2766. Sunt qui deſidem otioſamque vitam virginum id morbi genus afferre comminiſcuntur. Veſtales virgines in exemplum conſtituunt. Nec abs re fortaſſis. Nam divus *Hippocrates* præclara methodo ſtatuit morbos alias oriri, quum cibus laborem ſuperat, alias quum cibus a labore ſuperatur. Quando vero corpus non ſuſcipit amplius repletionem, ſecretionem, ac repurgationem aliquam jam intro remittit præ circuitus violentia, quæ ſecretio contraria eſt alimento a cibis profecto, & animam perturbat. Et tunc non amplius jucundi ſunt ſomni, & neceſſe eſt hominem turbari, & videtur cum aliquo pugnare. Qualia enim corpus patitur, talia videt anima viſu jam concluſo. Quæ tamen apta ſunt ad hunc morbum generandum, quum ex iis videantur illæ potiſſimum defœdari, quæ prope moleſtas matres vitam otio, & ſilentio tranſigunt. Quæ enim negotioſæ ſunt, aut animo liberiores, aut ſuæ ſpontis, aut liberalius educentur, nihil tale experiuntur. Præterea ſolas urbanas id vitii attingit; quæ ruri degunt immunes videntur. Reliqua vide in Auctore.

Riverii ſententia.

Morbi deſcriptio. *Art.* 2767. Pallent ægrotæ, & adeſt gravitas corporis, ſegnities, intumeſcentia faciei & palpebrarum, palpitatio cordis, difficultas ſpirandi, ſomnolentia, rerum abſurdarum appetentia &c.

Curatio. *Art.* 2768. Præmiſſis univerſalibus *chalybeatis* & *amaris* reſtituendæ ſunt; & in frigidioribus decoctum *ligni guajaci* multum juvat.

Bar-

Barbeyraci ſententia.

Art. 2769. Credibile non eſt pallidos virginum colores ab utero ſemper proficiſci, cum ſæpe obſerventur etiam quando is ſua munera exerit, menſtruaſque purgationes ſatis copioſe reddit; ſi vero progreſſu temporis evenit eaſdem purgationes inhiberi, hujus cauſa nulla ſane alia eſt niſi, quod craſſiori ſanguine facto liberius, ut par eſt, amplius non circulat, productiſque per uteri, aliorumque viſcerum vaſa obſtructionibus periodicum fluxum omnino ſupprimit. Morbus igitur Chloroſis ſeu pallidus color dictus, nihil aliud eſt, quam prava corporis conſtitutio a vaſorum Jecuris, Lienis, pancreatis, meſenterii, interdum etiam uteri obſtructione producta, pluribus hinc ſtipata ſymptomatibus. *Chloroſis definitio.*

Art. 2770. Hujuſmodi obſtructionum cauſa omne illud reputari potes, quod ſanguinem poteſt alterare vel in quantitate, vel in motu, quemadmodum fructuum horreorum abuſus, frigidæque potus immodicus, qui tamen plurimum mutare nequit ſanguinem, ſi rite adhibeatur; cum experientia demonſtraverit, aquam bene valentibus prodeſſe. *Ejus cauſa.*

Vita deſes & otioſa ut plurimum hunc morbum invehit, quia tunc corporis calore effeto neceſſe eſt, concoctionem labefactari, eamdemque plurimas cruditates gignere, a quibus ſanguinis temperie mutata, ejuſque conſiſtentia denſiori facta, lentius movetur, unde retardato circa capillares arteriolas ejus motu ibidem cogitur, viſcerumque ſenſim obſtructiones producit. Vel etiam conjectare licet, ex prava ciborum diſſolutione in ſtomacho ſanguinis denſitate aucta, quæ pars ejus tenuior eſt, ab extremitatibus arteria-

rum

rum in venas quidem tranſire, quæ vero ex majoribus moleculis conſtat, ibidem loci cohiberi, ob id, quod major eſt particularum amplitudo, quam viarum anguſtia. Similiter conjectandum eſt de omnibus alimentis, quæ ingeruntur, quando, vel ob eorum nimiam quantitatem, aut pravam qualitatem ſtomachus eadem in laudabilem liquorem diſſolvere nequit.

Vehementior contra corporis agitatio, vitaque exercitatior nimium concutiendo humores ſpiritus inflammat, ſanguinemque adurit, ſicque eumdem obſtructionibus gignendis aptiorem reddit.

Nemo unus itidem dubitare poteſt diverſas animi commotiones interdum hujuſce morbi validiſſima ſemina miniſtrare.

Prognoſis. *Art.* 2771. Quoad effectus, & phenomena quæ hunc morbum ſequuntur, is quidem ut plurimum diuturnus eſt, quamvis non periculoſus; progreſſu tamen temporis plurimas alias affectiones edere poteſt; idcirco curandum, ut in ipſis incunabulis opprimatur.

Curatio, per Clyſmata. *Art.* 2772. Auxilia huc facientia conſiſtunt præſertim in Aperitivis, refrigerantibus, & laxativis, quare clyſteres ſequenti forma injiciendi ſunt. ♃. *Decoct. emoll. pro enemate lib.* j. *in hac diſſolv. elect. Catholic. unc.* j. *Mellis Mercurial. unc.* ij. *f. clyſt.*

Deinde emittatur ſanguis e brachio dextero ad quantitatem unc. viij. & poſtridie Apozema propinetur, *Apozema.* ♃. *Rad. Gramin. Rub. tinct. ana unc.* j. *fol. Taraxac. cum toto Pimpinell. Capill. vener. Bugloſs. ana man.* j. *Sennæ mundat. Rhabarb. Agaric. Trochiſc. ana unc. ſemis Crem. Tartar. unc.* j. *ſemis Coq. in ſuff. quant. aq. ad remanentiam lib.* j. *ſem. f. Apozem. pro* iij. *doſibus mane ſumendis, quarum ſingulis adde Syrup. roſat. compoſ. unc.* j.

Juſculũ aperitivum. Finito hujus Apozematis uſu, Ægra purgabitur

Infuſo

Infuſo Sennæ, & Tamarindorum, additis Syrup. de Cichor. compoſ. unc. j. & Jalapp. gr. x. inde phlebotomia iterum e brachio jubebitur, & novem dierum ſpatio juſcula, vel Julappia aperitiva præſcribentur, ut ſequitur. ℞. *Rad. Aſparag. Ruſci ana unc. j. Fol. Pimpinell. Boragin. lactuc. Capill. vener. Summit. Lupulor. Flor. calendul. ana man. j. Crem. tart.* ʒj. *Colli Vervecis fruſtulum f. juſculum, de quo ſuff. quant. quotidie mane ægra per novem dies hauriat, & quavis tertia doſi add. ſenæ mund.* ʒij. *quibus infuſis in colatura diſſolve Mannæ unc. j. vel tantumdem de ſyrup. Cichor. compoſ.*

Vel ℞. *Rad. Aſparag. Alth. ana unc. j. ſemis fol. Taraxac. cum toto, Agrimon. Pimpinell. Lactuc. ana man. j. Tamarind. unc. j. ſ. Rhabarb. elect.* ʒij. *Mali aurantii fruſtulatim inciſi num. j. Summit. Aſparag. Flor. violar. ana man. ſemis Aq. commun. q. ſ. coq. ad remanent. lib. j. ſemis & f. Julap. pro tribus doſibus mane hauriendis, quarum ſingulis add. Syrup. limon.* ʒvj. *ſpir. ſal. gutt.* vj. *ad nonum diem continuando.* *Julapiũ aperitivum.*

His adhibitis ſi menſtrua defecerint, ſecta vena pedis excitabuntur, deinde balnea utiliter uſurpare licebit tepentia ex aqua dulci ſpatio duodecim dierum per horam integram mane tantum, & dimidia hora præterita, poſtquam ægra balneum ingreſſa eſt, cyathum ſeri lactis cum pauxillo ſacchari propinabit.

Obſervare hic juvat Balnea cum incoctis herbis, quibus Veteres uſi ſunt, inutilia prorſus videri, quin imo noxia potius quam proficua fore, ſiquidem herbarum ſucco aqua imbuta, cum craſſior evadat, minus idonea eſt poros cutis ſubeundi ad ſanguinem diluendum refrigerandumque.

Finitis balneis ſequens Opiatum præſcribatur. *Opiatũ.* ℞. *Conſerv. Capill. vener. chalyb. ſulph. pr. ana* ʒvj.

Sennæ

Sennæ mundat. Rhabarb. elect. Jalapp. pulver. ana ℥ij. *Tartar. Vitriol.* ℥ij. *ſemis Cinamom. pulv.* ℈j. *Syrup. roſ. comm. q. ſ. miſce f. Opiatum, de quo ſingulo mane* ℥ij. *adhibebuntur trihorio ante cibum.* Eodem ingeſto pergat ægra, & incedat per horam, dein quieſcat, & juſculum hauriat, idque quotidiem ad nonum, vel decimum die repetat.

Si his non obſtantibus obſtructiones adhuc perſeverant, duodecim cyathos Aquæ cujuslibet Mineralis acidulæ quotidie ægra hauriat, quas cito, & facilius mingendo reditas aliquandiu continuabit, ſecus vero eaſdem relinquet.

MENSTRUATIO.

Menſtruatio. *Art.* 2773. „ Mulierum profluvii menſtrui rationes expedire, & theoricam exponere admodum difficile, & longum eſſet, & profeſſæ noſtræ brevitati minus congruum; ideoque pauciſſimis ſolummodo attingam. Menſtrua, perinde, ut *de cæteris quibuſcunque humoribus* notum eſt, (quantumcunque a *medico quodam magni nominis nuper defuncto* diſſentire videar) *e ſolis excretoriis ductibus glandularum uterinarum, ibidem locatorum, & iſti muneri inſervientium prodire ſine difficultate aſſerere audeo:* quod ſatis manifeſtum eſt ex ipſa partium *anatomia*, ex chylo ſcilicet ſupervacaneo in humorem iſtiuſmodi viſcidum cocto, & in orbe ſanguinis paulatim accumulato. Inſignis eſt menſtruorum præ eo ſanguinis *lentor ac viſciditas*, ingratum quoque ac inuſitatum odorem in pleriſque ſpirant, non qualem ſanguis e venis miſſus, aut ex hæmorrhagiis effluens. Rubent quidem menſtrua, quod & ſerum & ſanguinis integri globuli rubri una cum iſto humore tranſmittuntur, *ob ampliatas præ-*

„ *ter*

„ *ter modum in iſtis ductibus commiſſuras*, undè
„ de materia excreta eſt *compoſitum quiddam* ex
„ ſanguine, & prædicto humore glutinoſo, craſ-
„ ſo, & viſcido. Quantitas ſingulis vicibus or-
„ dinario excreta, in ſtatu ſano & naturali,
„ ſit ab unciis quinque, vel ſex ad octo, vel
„ decem ad ſummum, non a viginti ad trigin-
„ ta, ſecundum laudatum authorem. Fœtus in
„ utero chylo materno, in gremio ſanguinis cir-
„ culante, per vaſa umbilicalia delato omnino
„ nutritur, non ſanguine menſtruo; ſicut idem
„ loqui amavit. Lac in mammis a chylo, eo-
„ que non multum mutato, ſecernitur, non a
„ materia per vias uterinas excerni ſolita; quem-
„ admodum vir eruditus ſomniavit, qui tracta-
„ ctum de emmenologia in juventute ſcripſit.

Ettmulleri ſententia.

Art. 2774. Fluxus menſtruus eſt fœminis pro-
prius; („memorantur tamen *quædam fœminæ* men-
„ ſtruis prorſus immunes“) nam inter anima-
lia nullum præter *ſimiam* & *barbum piſcem* ſimi-
lem pati fluxum dicitur: Nonnulli tamen, li-
cet pauci, *viri* ſingulis menſibus talem fluxum
per penem patiuntur. „ Hujuſce phænomeni præ-
„ ternaturalis & rariſſime accidentis in toto vitæ
„ curriculo duo tantum exempla mihi cognoviſ-
„ ſe obtigit. Viris quoque (inquit *Liſter in diſ-
„ ſertatione de humoribus*) menſtruum chyli ſu-
„ perpondus, æque ac fœminis, accreſcit; ſed
„ in *urinam* convertitur, profluitque menſtrua-
„ tim perinde ut virginibus forte ante puberta-
„ tem, & vetulis rurſus a ceſſatione menſtruo-
„ rum. Hæc opinio in *Aphoriſ.* 65. & 66. *Lib.* I.
„ *Sanctorii* fundatur, viz. Corpora quoque viro-
„ rum ſana, & moderatiſſimo victu utentia ſin-
gulis

Fœminis propria.

„ gulis menſibus fiunt ſolito ponderoſiora; unius „ ſcilicet duarumve librarum pondere, & redeunt ad conſuetum pondus circa finem menſis, „ ad inſtar mulierum; ſed facta criſi; per urinam paulo copioſiorem, vel turbidiorem. Ante dictam criſin menſtrualem a ſomno factam, „ vel gravitas capitis, vel corporis laſſitudo perſentitur, & deinde paulo copioſiore urina evacuata omnia ſedantur.

Tempus erūpendi, & deſinendi.

Art. 2775. Fluxus menſium ordinario incipit quaſi motu naturæ critico ad finem *ſecundi ſeptenarii*, & deſinit ſimiliter circa finem *ſeptimi ſeptenarii*; nonnunquam citius inchoat, & diutius fluit. „ Cuidam puellæ *quinto ætatis anno* „ menſes eruperunt. Alias nonnullas novi *octennes & novennes*, quibus eorundem fluxus incepit; ſed in hujuſmodi ætate præmatura, utcunque una vel altera vice fluxerunt, vix unquam „ (quantum ego obſervare potui) conſtanter „ menſtruatim evacuatæ fuerunt. Novi fœminam, adhuc viventem, nunc *ſeptuagenariam*, „ ſi non aliquot annis ſeniorem, quæ ab ineunte pubertate menſtruatim recte purgata fuit, „ & jam nunc in tam provecta ætate catameniis „ colore, & conſiſtentia uſitatis, periodis ſolitis, haud deſtituitur, cui per totum vitæ curſum uno tenore minus interrupto cum optima valetudine jugiter fluxerunt. Haud ſcio, „ an univerſa medicinæ hiſtoria par exemplum „ ſuppeditet, necne. “ Ex quo hec ſcripſi aliud „ exemplum inter legendum mihi occurrit, viz. in Tranſact. Philoſ. N. 337.

Freindii ſententia.

Sanguinis menſtruis

Art. 2776. Evacuati ſanguinis quantitas pro varietate temperamenti, victus, ætatis; &c. di-

verſa

verſa eſt: in ſanis tamen, & adultis vulgo aſſurgit ad uncias viginti, quibus convenit menſura ab *Hippocrate* aſſignata, duæ ſcilicet Heminæ. Nec minor eſt in qualitate diverſitas: aliquando enim ad lympham propius, quam ad ſanguinem accedit humor menſtruus: in ſanis vero reperitur rubicundus valde, & floridus qualis, uti indicat idem *Hipp.* e vena ſecta victimæ recenter mactatæ cruor effluit. Qui tamen nonnunquam ita vitiatur, ut pene inter venena referendus ſit: ſed hoc non proprio ipſius vitio debetur, ſed admixtis ſordibus, & aliunde ducto contagio. Qui aliter cenſet, Auctoris de hac re Argumenta conſulat. *quantitas, & qualitas.*

Art. 2777. Eadem eſt periodorum inconſtantia; eſt enim ubi die 27. aut 30. eſt ubi bis in menſe, uti in ſalacibus obſervat *Duretus*, etiam aliquando abſque ſanitatis noxa. Eſt demum ubi ne ſemel in menſe redit periodus: quæ tamen frequentiſſime ſingulis menſibus recurrit. Pari modo ſe habet fluxus duratio: in aliis enim trium, in aliis quatuor, in nonnullis non niſi ſex dierum ſpatio terminatur: plerumque tamen triduo abſolvitur. *Periodus inconſtantia.*

Art. 2778. Inſtante fluxu in puellis ſaltem nondum purgatis, hæc præcipue obſervantur ſymptomata. Dolor, & æſtus partium vicinarum, ad lumbos præſertim & coxas, aliquando etiam inflammatio, cephalalgia, appetitus remiſſio, crurum laſſitudo; durante profluvio, invadit ſæpe nauſea, & languor. *Quando primum erumpit.*

Art. 2779. In Bilioſis temperamentis paulo maturius fluunt menſes, citiuſque periodos ſuas conficiunt; in puellis mollioribus, & minus ſanguineis ſegnius erumpunt. Ita ſi regio paulo calidior ſit, anno uno, aut altero ſeptenarium ſecundum antevertunt; ſi frigidior excedunt. In prægnantibus *Eruptionum varietates.*

tibus etiam, & fere ſemper in lactantibus deficiunt: ſaltem tertio menſe elapſo non reperiuntur in gravidis. Ex diuturno morbo convaleſcentes ægre, & non niſi tarde admodum reviſunt. Fœminis gulæ deliciis, & genio liberius indulgentibus fluxus ſæpe ad ſextum diem, & ultra extenditur: in obœſioribus, & iis, quæ aut tenui victu, aut exercitio multo utuntur, citius terminatur. Quantitas ſanguinis evacuati ad ætatis uſque florem augeſcit, florente ætate æqualis permanet; ætate rurſus declinante paulatim minuitur. In junioribus tenuior, in ſenibus craſſior reperitur ſanguis.

Plethoria ſanguinis pro mẽſtruis purgationibus ratio.

Art. 2780. Quæcunque ſit quotidiani alimenti menſura, ſi ſingulis diebus accumuletur intus ipſius pars trigeſima, (quæ perexigua quantitas videbitur, ſi cum ea conferatur, quam unius noctis ſpatio, levi de cauſa, impediti poſſe oſtendit *Sanctorius*) intra triginta dies accumulabitur quantitas victui quotidiano æqualis: adeoque ſi alimenti menſura ſit lib. 2. (quæ tamen uſitata ſemper fere minor eſt) erit pars ipſius trigeſima in ſanguine ſingulis diebus redundans ℥6. circiter, & intra menſem ſeu dies triginta ſanguinis aucti copia erit ℥180. ſeu lib. 2. circiter, quæ ſanguinis fluxu menſtruo effuſam copiam propemodum adæquat. Et hoc quidem modo facillime concipitur dierum triginta ſpatio increſcere poſſe plethoram eo uſque, ut auctis viribus vaſa uterina perrumpere idonea evadat.

Quando ex augmento Plethoria menſtrua profluent.

Art. 2781. Quantitas ſanguinis menſe quolibet evacuati cum ſit unc. 20. totiu maſſæ ſanguinæ (quæ vulgo æſtimatur lib. 19. vel 20.) eſt pars circiter decima; hac igitur ſanguini acceſſione facta, ſub fine cujuſque currentis periodi, momentum ſanguinis erit decima parte fortius, & hoc quidem ex ſola quantitate aucta, ne de velocitate ali-

quid

quid dicam, quæ, ſi ſanguis recte ſe habeat, augetur etiam in plethora. Singuli porro in corpore canales decima parte premantur magis, & diſtendentur: ita canales preſſionem die uno aut altero ante fluxum undecima parte adauctam ſuſtinere poſſunt, duodecima vero accedente locum cedunt. Menſtruis igitur fluentibus vaſa omni eo ſanguine, qui plethoram conſtituit, deplentur.

Hippocratis ſententia.

Art. 2782. Poſtquam mulieri, quæ non peperit, occultati fuerint menſes morbus fit. Hoc autem contingit, ſi uterorum os clauſum fuerit, aut diſtortum, aut aliqua pudendi pars contracta: Si enim horum quid fuerit, menſes exitum invenire non poſſunt, priuſquam uteri ad ſanam naturam redierint. *Menſium ſuppreſſorum cauſa.*

Art. 2783. In tertiis porro menſibus optime afficietur mulier aut Virgo, ſi quæ prius inſunt progreſſu fuerint educta: ſin minus mulier ſequentia patietur. Suffocatio alias, atque alias in ipſam irruet, & febris alias, atque alias corripiet, ac horror & lumborum dolor. In quartis vero ſi non egreſſi menſes prioribus exitum fecerint; etiam tunc mulier tertii menſis afflictionibus omnibus magis affligetur, & maxime tempore menſium, deinde minus. Sæpe etiam a dolore libera ſibi eſſe videbitur. Erunt autem in quartis etiam hæc ſigna. Urinam craſſam ejiciet alias, atque alias, & venter ipſius durus erit, & major, quam prius, & dentibus fremet, & cibum averſabitur, & vigilabit. Si vero curetur etiam in quartis menſibus ſana evadit. Aſt in quintis ſi non multi menſes deſcenderint; dolor adhuc fortior accidit. In ſextis demum jam incurabilis eſt, & præter ſigna priora etiam magis dolebit, & hæc quoque ſigna aderunt. An- *Suppreſſionis per ſingulos menſes uſque in ſextum prognoſis.*

xia erit, & alias, atque alias ſe ipſam jactabit, & animo deficiet, & pituitam vomet, & ſitis fortis ipſam corripiet: nimirum dum exuritur venter ab uteris ſanguine plenis, & ad contactum dolebit, maxime pectinem; & venter conſueto modo non ſecedet. Neque veſica urinam excolabit, maxime quum uteri ad ſtomachum, qui nervoſus eſt, mulieri allapſi fuerint, & ad ventrem irruerint, dolet ſpinam & totum dorſum, & lingua refrenatur, & hanc claram non habet, & animi deliquium adeſt. Poſtquam autem tranſmutati fuerint, & veſica tenuem ſanguinem ab uteris trahet, tunc urina mingitur rubra, & dolet quidem reliquum corpus, maxime vero collum, & ſpinam, & lumbos, & inguina. Et ipſi ad hoc progreſſæ venter attollitur, & crura ſupra modum intumeſcunt, tibiæ, ac pedes, denique mors ſuccedit. Sic finiunt menſtruæ purgationes ad ſex menſes occultatæ.

Menſtrua ad pulmones vergunt. *Art.* 2784. Quibuſdam mulieribus menſes bimeſtres in ceteris exiſtentes multi ad pulmones procedunt, & ubi recepti fuerint, omnia patiuntur, quæ in Tabe dicta ſunt, & non eſt poſſibile ipſam ſupereſse.

Menſtrua ſuppurantur. *Art.* 2785. Quibuſdam ſuppurati fiunt menſes, ubi per duos aut tres menſes moram traxerint. Hoc autem maxime fit, ſi a febre fuerint combuſti. Quare dolores incidunt in pectinem, & pulſationes fortes, & contactum non ſuſtinet, ſi autem melius habitura eſt, menſes ipſi erumpunt in pudendum, & procedit pus, ac ſanguis graveolens ad ſeptem, aut octo, aut novem dies. Poſtquam autem depurgata fuerit, optimum quidem eſt, ſi non fiant ulcera. Si vero relinquantur ulcera; ampliore curatione opus habebit, quo ulcera non putreſcant, & graveolentia fiant. Ubi magna ulcera fuerint, quæ in uteris facta ſunt,

ſunt, etiam ſi melius habebit, ſterilis tamen mulier evadet.

Art. 2786. Si vero menſes omnino non procedunt: quæ morbo aut craſſi, aut viſcoſi & glutinoſi fiunt. Primum igitur ventrem purgare oportet ſurſum ac deorſum: deinde ſubditiτio medicamento ſanguis purgetur, & potandum detur pharmacum, a quo ſanguis prodeat. Bibat enim Crethmon in vino tædaceo. Curatio vero, & totius corporis eſt, & uteros ac oſculum ipſorum ſanare: & ſi hoc concluſum fuerit, aperire: ſi vero illi diſtorti fuerint dirigere oportet; ſi autem humidi fuerint, reſiccare, & alia quoque facere contraria. Ferme autem omnibus multa curatio eadem eſt, excepta menſium detractione; nam quibus nihil prodit, his detrahere oportet. Immo quicquid in menſibus mali ineſt, hæc auferre oportet, quum videlicet pituitoſi ſunt, & pelliculoſi, & ſanioſi, & tenues, aut albi, & grumoſi; & quum nigri ſunt, carbunculoſi, & caliginoſi, aut acres, ſalſi, turbati, purulenti. Hæ omnes cauſæ tollendæ; prohibet enim in ventre conceptum. *Curationis methodus.*

MENSIUM SUPPRESSIO.

Ettmulleri ſententia.

Art. 2787. Quibus menſes nunquam fluxerunt, & tamen ſanæ ſunt medicamentis non ſunt tentandæ; menſtruatio enim eſt opus naturæ. In ſuppreſſione menſium inter purgantia *colocinthis* (ideoque *pil. ex duobus*) & *helleborus niger* menſes ſtimulare & uterum ſolicitare ſolent, præſertim ſi *mercur. dulcis* adjungatur. *Radices angelicæ*, *fol. marrhub. alb.* &c. in vino infuſ. cum *aromat. quibuſdam & amaris* in frequenti *Menſium ſuppreſſionis curatio.*

uſu ſunt. *Sabina* eſt fortiſſimum remedium, & ejus oleum eſt potentiæ ſtupendæ ad menſes ciendos & fœtum pellendum, ut etiam *borax veneta*; *ariſtolochia* eſt fere ſpecificum.

Indicationes curativæ. *Art.* 2788. Indicationes curativæ ſunt, quæ ſequuntur. 1. Ventriculi chyloſis imprimis eſt rectificanda. 2. Sanguinis cruditas volatilibus, ſalinis, aromatibus, eſt corrigenda. Humorum viſciditas vaſa uterina obſtruentium iiſdem incidenda. 4. His peractis, remediis appropriatis fermentatio menſtrua ſtimulanda eſt. Menſes ſtimulandi ſunt ſtato fluxionis tempore, ſi cognoſci poſſit, ſi non, interrogandæ ſunt, an non ſingularem interdum in corpore percipiant ſanguinis motionem, & agitationem, & inſolitos dolores lumborum, & pulſationes in locis vicinis, aut febriles efferveſcentias &c. tunc enim temporis propinanda ſunt *ſtimulantia*: Si vero nulla horum adſunt, monent practici, quod convenientiſſime dentur ſpecifica tempore novilunii & creſcente luna. " Empiricum eſt (inquit *Fo*„ *reſtus*) menſes in extenuata provocare." *Roſmarinus* aliquid ſingulare habet in morbis mulierum a menſibus obſtructis ortis. Urina nigra in menſibus ſuppreſſis eſt bonum ſignum.

Meadii ſententia.

Suppreſſorum menſium cauſa. *Art.* 2789. Menſtruorum fluxum plerumque impedit ſanguinis lentor, quo fit, ut is canaliculos ad hunc effluxum natura comparatos, & ſphincteribus ſuis inſtructos, vi ſua aperire non poſſit. Neque enim ut vulgaris fert opinio, arterias uteri ſingulis menſibus dirumpit ſanguis; ſed per ductus ſibi proprios, naturæ legibus turgeſcens, foras exit. Ab iſta humoris vitalis craſſitudine evenit, ut vultus color vividus in viridem mutatus amittatur, & pereat.

Art.

Art. 2790. Huic malo illa remedia conveniunt, quæ ſanguinis circuitum promovendi, viſcoſoſque humores incidendi, & attenuandi, vi pollent: qualia ſunt amara omnia, aromaticis conjuncta; ut etiam multa eorum, quæ ferrum ſuppeditat. Hæc autem antecedere debet ſanguinis detractio; & cathartica, adjuncto mercurio ſexies ſublimato. Præſtantiſſima eſt etiam tinctura Sacra. *Curatio.*

Art. 2791. Ex omnibus autem, quæ menſes movent maxime, ſingularem virtutem habere deprehendi helleborum nigrum; ita ut illum vix unquam ſpem fefelliſſe meminerim. Idcirco tincturæ melampodii cochleare minimum ex aquæ tepefactæ hauſtulo bis die aſſumi jubeo. Et illud quidem notabile obſervavi, quod quotieſcumque, aut propter malam partium conformationem, aut alia quacunque de cauſa, ſine effectu datum eſſet hoc medicamentum, ſanguis per alias vias propulſus fuerit: unde clariſſime conſtat, quanta vi ſanguinem propellendi polleat iſta medicina. *Remediũ ſpecificũ ad menſes ciendos.*

Placentini ſententia.

Art. 2792. In ſuppreſſione menſium pro variis cauſis, a quibus ſuppreſſi ſint, vel primum a ſuperioribus deinde ab inferioribus venis ſanguinem mittunt, vel ab inferioribus tantum *Ludovicus Mercatus*, *Rodericus a Caſtro*, & *Lazarus Riverius*. *Jacobus* autem *Meſnard* in ſuppreſſione menſium a quacunque cauſa primum ſanguinem mittit a venis ſuperioribus, deinde ex inferioribus. *Quonam a loco phlebotomiam celebrare conveniat.*

Art. 2793. Hoc loco prætereunda non eſt *Hippocratis* ſententia, qui in ſuppreſſione menſium ex mala diſpoſitione uteri, cum videlicet *Menſium ſuppreſſio, abſq; phle-*

botomia curatur ſi ab uteri denſitate aut laxitate oritur. vaſis uteri adſtrictis, contortis, criſpatiſve, ejus os clauſum eſt, quod vitium Virginibus, & his, quæ non pepererunt, familiare eſt, ſanguinem non mittendum cenſuit, ut notat *Proſper Martianus*, ſed emollientibus, laxantibus, tum internis, tum externis uſus eſt, qualia ſunt peſſaria, ſuffimenta, fotus &c.

Ex quibus docemur ſanguinem quoque ex venis inferioribus non eſſe mittendum, ubi menſes ſuppreſſi ſint a contraria affectione uteri, cum videlicet laxitate, & atonia laborat. Nam cum ejus vaſa laxitate, & atonia laborant, ſectis venis inferioribus, ſanguis in eadem vaſa uberius influens ea diſtendit: quæ diſtenta, cum ſe contrahere ob laxitatem, & atoniam nequeant, menſtruum ſanguinem exprimere non poſſunt. Utendum potius videtur remediis corroborantibus, cujuſmodi ſunt decocta lignorum, aquæ thermales, chalybeatæ, fomenta, ſuffitus, peſſaria, aliaque robur afferentia.

Hujus ſuppreſſionis curatio ex ſanguinis viſciditate & lentore. *Art.* 2794. Si ex viſciditate, & lentore ſanguinis menſes ſuppreſſi ſint, ſanguinem attenuantia, & ſolventia uſurpanda ſunt. Inter quæ ſectio venarum ſuperiorum, non inferiorum convenire videtur; ne craſſamenta ſanguinis in vaſa uteri ſectione venarum inferiorum promota, ea magis obſtruant, & menſes magis cohibeant; aut ſaltem prius incidendæ ſunt venæ ſuperiores, dein inferiores; ut, ſolutis, per ſectas ſuperiores venas craſſamentis ſanguinis, viæ eorumdem menſium aperiantur.

Quæſtio in caſu plethoræ. *Art.* 2795. Utrum in muliere plethora laborante, cui menſtrua deficiunt, ſuperiores venæ incidendæ ſint, an inferiores, inter veteres non ſolum, ſed etiam inter recentiores Medicos, magna controverſia eſt. Alii enim incidi tantum volunt venas inferiores, alii primum ſuperio-

riores, deinde inferiores, niſi eadem menſtrua excitentur, & fluant.

Nec ſilentio præterire poſſumus ſententiam doctiſſimi Viri Joannis Freind, qui Galenum ſequutus contendit, ubi cum plenitudine conjunctus eſt lentor ſanguinis, debere quidem mitti ſanguinem primum ex venis ſuperioribus, deinde ex inferioribus: ubi vero plethora ſolitaria eſt, mittendum tantum eſſe ex inferioribus.

Verum, ſi rem paulo diligentius perpendere velimus, apparebit, in muliere plethora laborante, cui menſes ſuppreſſi ſunt, ſive ejus plethora ſolitaria ſit, ſive cum lentore ſanguinis conjuncta, mittendum primum eſſe a venis ſuperioribus, deinde ex inferioribus.

Farrago ſententiarum.

Art. 2796. *Mercurius* (inquit *Pitcarnius*) melius cum vi ejuſdem generis & majori, fluxum menſtruum provocat, quam *mars*. Idem affirmare licet de *auro*, & atteratur (& atteri poteſt) in partes adeo parvas, ut earum ſuperficies, habita ratione molis tantæ ſint; quæ reddant partes illas aquæ levitate pares. Morbi ut lepra, fluor albus, lues venerea, ſcorbutus, &c. *auro quam mercurio* tutius atque citius ſanabuntur.

Virtutes Mercurii & auri in hoc & aliis morbis domandis.

Art. 2797. " Radix hellebori nigri veteribus „ in frequenti uſu *humoribus attenuandis*, & „ *privatim menſibus movendis* nuperis annis mo„ derna praxi redintegratur, & non infimum „ locum inter *emmenagoga* obtinet, præcipue, „ ubi ob calorem hecticum *chalybeata* porrigere „ nefas eſſet. In menſium ſuppreſſionibus quan„ doque etiam locum habent externa remedia, „ qualia ſunt *ſuffitus*, *balnea*, *fomenta* &c. pro

Radix hellebor. nigr.

„ certo his plurimum uſus eſt *Hippocrates* . „

Medicamenta alia. Præter dicta *emmenagoga cantharides cum camphora* (doſ. ana a gr. ij. ad vj.) menſes movent; *martiata omnia*; *ens veneris*, *extractum ecphracticum*, *tinctura martis*, *enema hyſtericum*, *enema terebinthinatum*; *electuarium martis*, *infuſum chalybeatum*; *amarum*, *miſtura ecphractica*, *vinum chalybeatum*, &c.

Quo tempore excitanda mēſtrua. *Art.* 2798. Menſes ſtimulandi ſunt ſtato fluxionis tempore; ſi cognoſci poſſit, ſi non, interogandæ ſunt; an non ſingularem interdum in corpore percipiant ſanguinis motionem, & agitationem; & inſolitos lumborum dolores, & pulſationes in locis vicinis, aut febriles efferveſcentias &c. tunc enim temporis propinanda ſunt ſtimulantia.

Non ſemper medicinæ locus. *Art.* 2799. In Menſium ſuppreſſione quo diutius menſes ſubſiſtunt, eo magis ſymptomata augentur. Non ſemper eſt in ſuppreſſis menſibus Medicinæ locus; cum omnis ſuppreſſio non ſit morboſa. In gravidis & lactantibus citra ſanitatis noxam deficiunt; aliquando etiam in obœſis & Athleticis, in iſtis enim per poros egreditur in illis in pinguedinem migrat humidi redundantia.

MENSIUM DIFFICULTAS.

Ettmulleri ſententia.

Menſium difficultas. *Art.* 2800. In quibuſdam mulieribus præcipue ſedentariis (& quæ nunquam pepererunt) menſes cum vehementi dolore & perturbatione fluunt; dolores patiuntur tanquam colici, & parturientium ſimiles, aut hyſterico affectu laborantium, &c. & ſi non mature ſuccurratur, metus eſt ne omnino ſupprimantur menſes.

Art.

Art. 2801. " Si medicus in ipſo paroxyſmo ,, & præſenti dolorifica excretione conſulatur, ,, præſcribere debet *carminativa* & *ſtomachica*. Extra paroxyſmum eadem exhibenda ſunt ac in catameniorum ſuppreſſione; in paroxyſmo conveniunt *clyſteres carminantes* & *terebinth.* qui difficiles menſes facilius promovent; laudatur *ſperma ceti*. Si dolores ſint maxime atroces & ſymptomata graviſſima, *laudanum* propinari debet, ſed non ſine *menſes moventibus conſociatum*. Pro uſu externo fotus ſequens, ♃. *Fol. laur. artemiſ. ana* Mij. *puleg.* Mj. *flor. cham. ſambuc. ana* p. j. *rad. angel. leviſt. ana* ℥ij. *bac. laur.* ℥j. *junip.* ℥ß. concif. & contuſ. coq. in q. ſ. vin. Hiſpan. vaſe clauſo. *Curatio.*

Art. 2802. Cum menſes per loca aliena effluant (per oculos, aures, nares, gingivas, vias ſalivæ, œſophagum, alvum, veſicam, mammas, cutim, vulnera, ulcera, &c.) *ſaphæna* ſecari debet, aut *cucurbitulæ* inguinibus, femoribus internis, vel ſuris applicari. *Menſes per loca aliena egredientes.*

Jonſtoni ſententia.

Art. 2803. Menſium difficultas eſt eorum cum dolore, & moleſtia, gravibuſque ſymptomatibus ob venarum vel ſanguinis vitium fluxus. Signa ex ipſius ægræ relatione ſumuntur. Dolores illi ſunt, capitis, ventriculi, lumborum, & infimi ventris. Fluxus vel fit confertim, vel tantum per modum ſtillicidii, & interdum inſtantibus menſibus, interdum fluentibus ſymptomata accidunt, magiſque virgines ac ſteriles, quod venæ uteri minus in ipſis pateant, quam eas, quæ peperere, quod eædem poſt partum ſint dilatatæ, affligunt. *Difficultatis menſium deſcriptio.*

Art. 2804. Curatio reſpicit. 1. Symptomata, *Curatio.*

quæ mitiganda ſunt. 2. Cauſas, quæ tollendæ. Morbi differentia ſumitur a cauſis; nam alia eſt a Venarum anguſtia, de qua ſatis de Menſium ſuppreſſione actum eſt. Alia a ſanguinis vitiis ideſt. 1. Craſſitie & fœculentia, & tum ſanguis dum evacuatur in grumos concreſcit, dolores longe ante evacuationem, ob expultricis conatum ingraveſcunt. Quare præmiſſis univerſalibus, per attenuantia, & fundendi vim habentia curatio perficitur. 2. Acrimonia ab humorum acrium permixtione profecta, & tum partes genitales pruriunt, ſanguinis excreti natura, & modus doloris morbum prodit; quare acrimoniam temperantibus, ut ſunt ſemina 4. frigida majora, violæ, flor. nenupharis, agendum. 3. Flatulentia, & tum dolor. per intervalla reddit, ſubitoque exacerbatur, hinc inde vagatur, excreto flatu ceſſat; quare evacuatione materiæ, & diſcuſſione flatuum curatur.

Hamiltoni ſententia.

Remediũ ad dolores catameniorum.

Art. 2805. Fœminæ nonnullæ ſub tempus catameniorum corripiuntur doloribus ita acerbis, ut illorum, qui parturientes excruciant, pœne ſint æmuli: ad quos leniendos nihil unquam novi præſtantius, quam *oleum amygdalarum dulcium* vel *lini* recenter expreſſum ad ℥ß. vel ʒvj. vel per ſe vel cum *ſyr. violar.* ſing. noct. per menſes aliquot. (hoc remedium expertus laudo, ſed in majori quantitate exhiberi debet.)

MEN-

MENSIUM FLUXUS NIMIUS.

Hippocratis ſententia.

Art. 2806. Si plurimi fluant menſes, ac immodici craſſioreſque, nimirum corpore natura fluido exiſtente, & oſculo uterorum prope pudendum ſicco, & mulier coitu multo cum viro utatur, & convivetur, ii ſemel aliquando multi deſcendentes, & cumulate prodeuntes, os uterorum impetu ſuo magis dilatant, & ſi ad hæc non incidat vaſorum evacuatio, ſed multus accedat calor, iidem os amplum faciunt. *Immodica menſtruationis cauſa.*

Art. 2807. Dum convivente & voluptatem, ac conſuetudinem viri conſectante muliere una cum facili fluxu ad uteros calorem ſuſceperit, quandiu ſic habuerit, decolor erit, & ſi poſtea morbus aliquis, aut affectio acceſſerit, aut corpus affligatur, & uteri ſimiliter juxta ſolitum morem ampli ſunt, & corpus facili fluxu in ipſos præditum eſt, & poſt hæc febris habet, & cibum averſatur, & anxia eſt & tenuis, ac debilis, & lumbos ex menſibus dolebit, & progreſſu temporis, ſi non curata fuerit, omnia ipſam magis affligent, in intermedio tempore & periculum ipſi iminet ne ſterilis fiat, aut a tempore & morbo vexata, ſi alius morbus coincidat, ex hoc moriatur. *Quæ inde ſequũtur.*

„ Ex immodico menſium fluxu, ait Lom-
„ mius, totum ſit corpus infirmum, ejuſque co-
„ lor vitiatur: labaſcit cupiditas, atque conco-
„ ctio: crebri oriuntur febriles ardores, noviſ-
„ ſime pedes molli tumore inflantur, indeque
„ reliquum corpus, ex quo ipſa gignitur inter
„ cutem aqua. Hoc genus fluxionis, ſi ob par-

„ tum

„ tum grandiorem incidit, fere tutum eſſe, ac
„ ſuapte ceſſare ſponte ſolet. Cum abortum ſe-
„ quitur, exanimare etiam fœminam, & præ-
„ ceps afferre exitium poteſt. Si rupta aut pa-
„ tefacta intus grandior vena eſt, cruor profu-
„ ſe effluit. Si minor vena fuit, paulatim is
„ ipſe, nec multus fertur. Ubi autem eroſio
„ venam afficit, non ſolum paulatim ſanguis ma-
„ nat, verum etiam cum ſenſu doloris.

Curatio. *Art.* 2808. Mulierem juvenculam fluor muliebris ruber infeſtabat, & medicamento ſumpto, capite purgato, vena ſecta, nihil proficiebat. Hæc autem ei cauſa eſſe videbatur ne conciperet. Ei autem radicum aſpalathi decoctum ex vino albo mane, & ante cœnam exhibebam, fluorque ceſſavit, & non longe poſtea concepit, & marem peperit.

Mulieri menſtrua ut cohibeantur cucurbitulam maximam ſecundum mammam affligere oportet.

Ettmulleri ſententia.

Fluxus menſium nimius. *Art.* 2809. In omnibus nimio menſium fluxu laborantibus ventriculi robur enervatum eſt, & ut plurimum abeſt dolor in dorſo, & circa lumbos; fœminæ ſunt ſcorbuticæ, tactu molles, & habitu quaſi aquoſo præditæ. In mulieribus ſeneſcentibus nimia menſtruatio plerumque incurabilis eſt.

Curatio. *Art.* 2810. In curatione fluxus non eſt ſubito nimis ſiſtendus, ne graviora mala inducantur. *Rhabarbarum* præ reliquis purgativis laudatur, quoniam pollet vi aſtringente; *venæſectio* culpatur, fluxum enim vehementiorem reddit.
" Quotidiana tamen experientia docemur ve-
„ næſectionem Revulſionis gratia celebratam
„ plurimum prodeſſe; ſecanda eſt vena in Bra-
„ chio, & ſanguis partitis vicibus mittendus
„ *digito per vices foramini impoſito:* ita enim

mul-

„ multas vidimus, quæ detracto ſanguine multo „ convaluerunt, cum nullis aliis remediis poſſet „ reprimi fluxus. Conveniunt *opiata* ſpeciatim *ſemen hyoſcyami* (unde valet *electuarium Boyleanum*); item *ſuccus plantaginis*, *urticæ*, *menthæ*, *decoctum cort. granatorum viſc. quercin. tinctura & ſyr. e coral. ſaccharum ſaturni*, &c. cum fructu uſurpantur. *Ex marte præparata*, licet menſes ſtimulant, tamen fluxum nimium conſtringunt; chalybeata enim proprie ſunt *aſtringentia*. “ *Mercurius & Mars* (inquit *Pitcarnius*) fluxum ni„ mium ventris & menſtruum immodicum tol„ lunt, æqualiter tollendo impedimenta aliarum „ ſecretionum, & ſic eas augendo, cum per cir„ cularem motum ad omne corpus æqualiter fe„ rantur. „ Sicut alias hæmorrhagias, ita in ſpecie uterinas ſiſtunt *ſtercora animalium*, imprimis *caninum*, *aſininum*, & *ſuillum* (hoc ultimo utuntur ruſtici *in mictu ſanguineo jumentorum*). Pulvis ſequens vel huic ſimilis in frequenti uſu eſt cum vino rubro, ℞. *Coral. rub. præp. lapid. hæmatit. bol. armen. ana* ℨj. *borac. calcinat. alum. crud. ana* ℨß. *laudan. opiat. gr.* iv. f. pulv. pro chart. vj. ſumatur una bis in die. Spongia cum *vino rubro & aceto* impraegnata vulvæ applicari poteſt, vel *ſperma ipſum ranarum* cum pauco *aceto & alumine* linteis multiplicatis eodem loco uſurpatum a quibuſdam laudatur. Si mulier ſit *bibacula* omnia erunt fruſtra. “ Malum hoc frequen„ ter diuturnum eſt (inquit *Vvaldſchmidius*) & „ viam ſternit ad hydropem vel atrophiam; & „ quæ ſemel morbo hoc graviter laborarunt, „ plerumque manent *valetudinariæ*. Conveniunt „ *blandiora evacuantia* non fortiora; *ſudorifera* „ ſunt proficua, privatim *rob. ſambuci*, *juniperi*, „ &c. *Viſcus quercinus* eſt expertum remedium „ *Paracelſi* ad nimium catameniorum fluxum.

Hamiltoni ſententia.

Remedium ſingulare. *Art.* 2811. In nimio menſium profluvio eminet apozema ſequens, ℞. *Cort. aurant.* N. vij. coq. in aq. font. ℔iij. ad ℔ij. colatura edulcoretur cum ſacchar. alb. doſis ſit coch. x. ter quaterve in die. Hoc medicamentum magno cum ſucceſſu præſcripſi, præcipue ſi nulla pars placentæ poſt partum vel abortum remanet. (*expertus laudo*) In nimio etiam menſium fluxu *pil. cathartic. cum opio* exhibere ſoleo, unde fluxus menſtruus & ventriculi morbi diminuti ſunt. *p.* 41.

Alia remedia. *Art.* 2812. „ *Uſnea cranii humani* ad fluxum „ ſiſtendum a quibuſdam multum laudatur ; ſed „ præ omnibus quotcunque miſtura acida (16. „ 191.) cum vino Florentino copioſe ſumpta „ utrimque adimplet paginam, ut frequentiſſime expertus ſum. Sunt & alia quamplurima „ remedia, quæ ſunt uſus eximii in hoc affectu, „ uti *hauſtus japonicus*, *pulvis hæmoptoicus*, *tinctura roſarum*, *fotus ad hæmorrhoidum fluxum* „ *immodicum*, &c.

Meadii ſententia.

Remedia varia. *Art.* 2813. Sed & non raro nimis magna copia fluunt menſes. Ubi hoc accidit, cohibendum eſt profluvium. Id autem miſſo primum ſanguine, efficiunt, cum ea, quæ ſanguinem cogunt, & inſpiſſent; tum quæ fervorem ejus minuunt. Ex illis præcipua ſunt, quæ vitriolum aut alumen participant; in primis tinctura roſarum; aut pulvis ex aluminis rupei portionibus tribus, & ſanguinis draconis parte una, ſimul liquatis, confectus. Calorem vero ſanguinis, & fluxum hinc provenientem, quibuſcunque aliis remediis potentius lenit cortex Peruvianus.

Far-

Farrago ſententiarum.

Art. 2814. Multo gravius eſt a menſibus ultra modum fluentibus, quam retentis periculum; Sanguinis enim defectus difficilius reſarcitur, quam detrahatur copia. *Prognoſis.*

In Virginibus, propter vaſa conſtrictiora non ita facilis ſanguini patet exitus, ac in puerperium expertis.

Duplici modo provocatur fluxus immodicus: nempe vel vaſorum, vel ſanguinis vitio. Animadvertendum eſt, ut virium regula unica fluxus redundantia metienda ſit. Critica eruptio, quamvis diuturnior ſit, nunquam ſubito ſiſtenda eſt.

Fœminas, quibus ſanguis aquoſus, & habitus ſucculentus fuerit, Fluxui nimio magis obnoxias eſſe conſtat.

Art. 2815. Ad compeſcendum fluxum adhibentur adſtringentia, quæ cum coagulum, & lentorem humoribus inducant, ſanguinis impetum ita imminuunt, ut vaſorum impedimenta nequeat pervincere. Adſtringentibus annumeranda ſunt glutinantia, inter quæ præcipuum locum obtinent ſimul Balſamica. *Curatio.*

Cohibito fluxu, ſi defecerint vires, ad ea confugiendum eſt remedia, quæ ſanguinem inſtaurant, ſpiritumque copiam ſufficiunt.

Art. 2816. Inter adſtringentia celebrantur, Tinct. roſ. rubr. pap. rhœad. cum aqua, & ſp. ſulph. gutt. aliquot parata; gelat. C. C. cum & ſine acidis, additis corallis, Ebore, Succino, granis Kermes &c. Ichtyocolla, gummi Arabicum, ſive ſola, ſive pulveribus addita ex corall. terra catecu, ſuccin. maſtich. alum. C. C. uſt. ſang. dracon. vero oſs. ſepiæ, lapid. ſpongiæ, Balauſtiis &c. quibus opii momentum jungi interdum poteſt. Conveniunt *Remedia adſtringentia.*

niunt item martialia necnon ſucci, & decocta plantarum adſtringentium ſpecificarum: ut urticæ plantaginis, piloſellæ, pedis cati, bellidis, millefol. prunell. in primis vulneraria agri Genevenſis ut pyrola, alkimilla, ſanicula, hepatica ſtellata, Veronica montana. Tandem lactis aſinini, aut vaccini uſus, aut ſolius, aut ſuccis prædictis, & decocto chinæ, & lentiſci permixti. Externe applicatur lumbis, pubi, & perinæo unguentum Comitiſſæ; item vapor aceti ſuperſcorias ferri ignitas effuſi, exceptus genitalibus. Huc facit, & vapor aquæ calentis in qua bullierit ſalitus piſcis *Morva* dictus. Vinum rubrum auſterum multa aqua ferrata dilutum ſit pro potu ordinario.

FLUOR ALBUS.

Lommii ſententia.

Fluoris albi deſcriptio. *Art.* 2817. In fluore muliebri albo dicto non purus fertur ſanguis, ſed quid corruptum, idque aſſidue, nullove certo vel ordine, vel circuitu. Quod promanat, alias liquidum eſt cremori ſimile, alias citrinum, aut pallidum, idemque acre, atque mordax, cui modo nullus odor, modo gravis adeſt: utrique autem vitio commune eſt, locos humoribus madeſcere, fœminam decolorem facere, eamque neque appetere cibum, neque ejus fructum ſentire, oculoſque (ubi fluor inveteravit) habere prætumidos, & difficulter ſpirare. Uteri fluor non ſolum ætate maturas, verum etiam virgunculas afficit juniores, quas eſſe fædas triſtis pallor facit.

Sydenhami ſententia.

Art. 2818. Quod effluit modo album, modo pallidum, modo flavum, viride, aut ſubnigrum, modo acre & erodens, tetrum quandoque & graveolens; decoloratur facies, dolet ſpina dorſi, proſternitur appetentia, oculi pedeſque intumeſcunt. „ Animi mœror gravis, & diu protractus „ fluorem album frequenter producit teſte *Sylvio* „ *Deleboe.* " *Fluoris albi deſcriptio.*

Art. 2819. Ut cura recte incipiatur, inſtituenda eſt *venæ-ſectio*, & poſtea *catharſis* ad tres vices; & deinde curativæ indicationes ad ſanguinem invigorandum corroborandumque omnino dirigendæ ſunt; itaque ægra aggrediatur uſum ſequentium remediorum; ℞. *Theriac. androm.* ℥iß. *conſerv. flaved. aurant.* ℥j. *diaſcord.* ℥ß. *zinzib. condit. nuc. moſchat. condit. ana* ʒiij. *pul. e chel. cancr. comp.* ʒiß. *cort. exter. granat. rad. angelic. hiſpan. coral. rub. præp. trochiſ. de ter. lemn. ana* ʒj. *bol. armen.* ℈ij *gum. arab.* ʒß. cum q. ſ. *ſyr. e roſ. ſic.* f. elect. de quo ſumat ad magnitudinem nuc. moſch. major. ter in die hor. medicis per menſem integrum, ſuperbibatque infuſ. ſequent. coch. vi. ℞. *Rad. enul. campan. imperator. angelic. calam. arom. ana* ʒß. *fol. abſynth. roman. marrhub. alb. centaur. min. calaminth. vulg. ſalv. ſicc. ana* Mj. *bacc. junip.* ℥j. incidantur minutim, & infund. frigide in vin. canarin. ℔iv. coletur uſus tempore. Veſcatur *cibis eupeptis*, & abſtineat ab uſu *olerum*, & *fructuum qualiumcunque*, & ſingulis paſtibus bibat *vinum Hiſpanicum*. Eadem fere methodo, atque iiſdem remediis *diabetes* ſanatur, omiſſis ſolummodo *venæ ſectione* & *catharſi*. *Methodus medendi.*

Fulleri ſententia.

Differentia. *Art.* 2820. Fluorem album ab ulcere uteri & gonorrhœa ſcite diſtinguere operæ pretium eſt. In *fluore albo* dantur plerumque laſſitudo ſpontanea, & lumbago gravativa. Humor effluens utplurimum albidus, ſubinde flaveſcens, ſeroſus plus minus pituitoſus, & mucoſus, in mali initio inodorus & mitis; pedetentim vero acreſcit, *Ab ulcere uteri.* & excoriat. In *ulcere* dolor ſentitur, & mordicatio in utero, vel ejus cervice, idque a principio; materia extillans eſt ſanioſa, cruenta, vel purulenta, alba, levis, æquabilis, & ſæpe *A Gonorrhœa.* fœtida. In *gonorrhœa* acerrimus torquet urinæ ardor, & ſtranguria, quæ inter meiendum exacerbantur. Colluvies depluens eſt plerumque parcior, quam in fluore albo, craſſior tamen multo; alba primum, poſtea flava, vireſcens, acris, exedens, ſed raro fœtida. Pudendum mucoſa quadam materia conſpurcatur; & interdum etiam exulceratum deprehenditur. *Gonorrhœa* (quod habet *Carleton de Catameniis*, p. 151.) certo poteſt ab uterino fluore internoſci, quod protumpentibus catameniis, non deſinat, ſed cum his, & mox ab iis ſedatis perſiſtat: *uterinus* vero *fluor* ceſſet in menſium eruptione, & aliquanto poſt tempore.

Ettmulleri ſententia.

Qualis eſt morbus, & quibus contingit. *Art.* 2821. Fluor albus in initio plerumque eſt mitis, progreſſu vero temporis eſt acris ac mordax, & a colore albo flaveſcit; vel virideſcit, & graveolet; omnibus ætatibus contingit, puellis trium vel ſeptem annorum natis, vetulis, &c. menſtruatis & non menſtruatis, ante & poſt men

ſium

ſium periodum, gravidis etiam; typum aut periodum certam nullam obſervat, ſed nunc copioſius nunc parcius fluit, nunc menſes comitatur, nunc iiſdem ceſſantibus aliquamdiu perſtat; *circa menſtruationis tempus tamen uberius ante & poſt ſcaturit.* Nihil aliud eſt procul dubio, quam *gonorrhœa muliebris*, virili non virulentæ analoga, ex glandulis proſtatis effluens (de *ſede & ætiologia* hujus morbi optime diſſerit Author noſter.) Quod in naribus coryza, in oculis nimia lacrymatio, in faucibus tuſſis & ſcreatus, talis eſt fluor hicce in fœminis.

Art. 2822. In curando hoc affectu exhibendum eſt *vomitorium* imprimis, & poſtea *ſtomachica* ſunt propinanda, & cruditas cachectica corrigenda per *chalybeata & volatilia*, & poſtremo ſpecificis morbus eſt profligandus; *purgantia* parcius adminiſtranda niſi *rhabarbarum* & *mercurius dulcis*; *ſudorifera* & *diuretica* præcipue in ſcorbuticis ſunt proficua, maxime decoctum *e lignis & terebinth.* Decoctum *e roremarino* diutius continuatum hunc morbum ſanat; decoctum *nucis pineæ cum ligno viſci quercini* ſæpius hauſtum, item *lamii flore albo* pæne ſpecifica audiunt; ut & *oſteocolla* (*camphora* teſte *Greenfield*). „ Electuarium ex viſco arboreo (parum enim diſcriminis eſt in qualemcunque arborem creſcat) „ cum q. ſ. albumine ovi & tantil. Syr. de Alth. „ larga doſi exhibitum diuque continuatum ex „ multiplici experientia fluorem album certo certius ſanare compertum habeo. Vires *mucilaginis baccarum* nondum expertus ſum. *Curatio*

Farrago ſententiarum.

Art. 2823. Differentia inter fluorem muliebrem Gallicum, & non Gallicum (inquit *Pitcarnius* *Differentia*

inter fluorẽ Gallicum et non Gallicum.

in MSS.) eſt quod in *Gallico* humor ſit tenuis, & ſeroſus plane; in *fluore albo non Gallico* viſcidus.

Tanquã gonorrhæa curatur.

Art. 2824. Fluor albus etiamſi non ſit virulentus (ſecus ac in viris) tolli non poteſt niſi remediis *lui venereæ* propriis. De curanda gonorrhœa vide (1973.) ex MSS. *Pitcarnii*.

Alia remedia.

Art. 2825. Remedia quoque ſequentia quandoque in uſu ſunt; *electuarium de colophonia*, *elect. ſtyptic. emulſio ſtyptic. hauſtus contra fluorem*, *hauſt. japon. hauſt. ſaturn. pil. ad colluviem*, *pil. ſaturn.*

FUROR UTERINUS.

ceu Erotomania.

Ballonii ſententia.

Definitio Inſani amoris.

Art. 2826. Inſanus Virginum amor, qui Græcè *Eros* dicitur, morbus vere eſt animi, & perturbatio, i.e. ut apud Cic. definit Zeno philoſophus averſa a recta ratione contra naturam animi commotio, aut appetitus quidam vehementior, aut opinatio quædam vehemens de re non expetenda, tanquam valde expetenda ſit, inhærens, & penitus inſita. Quæ ita afficiuntur, judicant ſe ſcire, quod tamen neſciunt, hinc mens percellitur, concutiturque, eaque pars animi, quæ voluptate alitur, eam ſibi ſubjicit, ſubditque, quæ mentis, & conſilii eſt. Hinc quod perdite amant, nihil prius, nihil pulchrius, nihil charius ipſis videri poteſt. Quæquæ ita inſanit, quocunque animum cogitatione converterit, præ impotentia objectam ſemper rei adamatæ ſpeciem habet, geſtus, motus, verba, & alia id genus. Quæ omnia ita alte in animo fixa ſunt, ut nulla

ratio-

ratione decuti, avellique poſſint. Hoc vero maxima fallit, quod ſe honeſtam amoris cauſam habere putant. Huic perturbationi, animique ægrotationi niſi ocurratur, ſæpe aut deſperationis, aut languoris extremi, aut miſerrime mortis, præcipitiſque caſus periculum ſæpe ingruit maximum.

Art. 2827. Itaque ſi virgines ſalatiores ſint, & quicquam de voluptuoſo amplexu audiverint, facile uterino furore corripiuntur. Qui quum adeſt, mens perturbatione quatitur, dumque delirant, de venere, libidineque loquuntur, ſatiſque verborum obſcœnitate declarant, avide concubitum appetere. Et niſi brevi jucundum hymenæum celebraverint præſertim formoſi amatoris, blandis colloquiis, laſcivoque baſio pellectæ, expalleſcunt, maciantur, moriuntur denique, ut quotidiana experientia conſtat. At nubant prius quam urantur, niſi votum, pietaſque impediat. Et hoc uterini furoris ſuum ſit remedium. *Furori uterini deſcriptio.*

Art. 2828. Non inepte itaque ab illa ſenſus deſideriique præſtantia, quæ in utero rerum venerearum ardore parturiente apparet, animal concupiſcens vocatur, hinc furores in utero, hiatus quodammodo, titillatio, orgaſmus, impetus ad venerem, & in maribus priapiſmus, pudendi arrectio, quæ inſpecta formoſa muliere, aut attactu illius ſolo, aut baſiolo tanquam in articulo contingit. Et narrant mulieres pruritum ſæpe uteri perſentire ludi venerei deſiderio excitatum. Maxime vero & furores, & priapiſmi contingunt iis, qui temperamento calidiores ſunt cum animi quadam impotentia, & concupiſcendi facultatis robore: ac tum quum, aut rerum obſcœnarum uſu edoctæ ſunt, aut auditu eruditæ ac pellectæ, unde narrat *Galenus*, pleriſque intermiſſo veneris uſu, & graviſſimos dolores *Cũ priapiſmo analogia.*

capitis, & athymias, triſtitias, melancholicaſque paſſiones, inappetentias, febres denique ipſas contigiſſe. Alios torpidulos, timidos, ignavoſque redditos: aliis palpitationes, acrectioneſque aſſiduæ colis contigerunt.

Curatio. *Art.* 2829. Tamen ne deſint remedia, quibus aut abſcentia mariti, aut contrahendarum nuptiarum difficultate furor iſte vires acquirens compeſcatur, brevi explicabuntur remedia, quibus utero, & capiti ab eo læſo, proſpiciendum eſt. Utero autem conſulemus aſſumptis & admotis. Decoctiones parabuntur ex blito, portulaca, cucurbita, peponibus, atriplice, ſemine melonum, cucumeris, & conſimilibus, quibus vis inſit refrigerandi, & humectandi. Quin etiam mulſionibus locus eſſe poterit, ut in urinæ ardore, miſtis iis, quæ tenuitatem partium habent, ut arthemiſia, nepetha, matricaria, biſtorta, quæ operam utero dicant. Ita facile frigidiorum vis ad uterum devehetur. Mulſiones parabuntur ex polygono, umbilico veneris, plantagine, nymphea, ſempervivo, portulaca, lactuca, addito parthenio, meliſſophyllo, ſabina, hyſſopo, ſeminibus frigidis: tum quæ majora, tum quæ minora vocantur, ſemine pœoniæ, & urticæ mortuæ, nec non hordei, affundetur aut aqua nympheæ, aut liliorum, poteſt addi nonnihil trochiſcorum de Camphora.

Notandum vero illud quod Aetius ex Sorano trochiſcos Trigoni præſcribit, quorum deſcriptionem non inveni. Veriſimile eſt eos ex iis componi, quæ temperandi, & refrigerandi vim habent: ut poſſent eo pertinere trochiſci de Camphora deſcriptionis Meſuæi, & quod mirum eſt illis trochiſcis admiſcet portiones æquas crocomagmatis, & cypheos aromatici.

Utero foris hæc applicari debent. Primum

ſtupæ

ſtupæ canabinæ in aqua frigidiſſimâ maceratæ exprimentur, deinde in butyro, & oleo violato, aut roſaceo, aut nenupharino madebunt, eoque ſatiabuntur, & toti ventri applicabuntur. Vel ♃. *Solatri æizoi, Sonchi, umbilici veneris, portul. lactuc. mercurial. ana man.* iij. *Caput papaveris, contunde; exprimatur ſuccus, additaque portione myrrhæ, & camphor. & lib. ſemis ol. roſat. immergantur lintea, & oſſi ſacro, lumbiſque admoveantur.* Item ♃. *oxyrhodini lib.* iij. *pulveris ſantalorum* ℥iij. *crocomagmatis unc.* ij. *philon. roman. unc. ſemis. Miſce, & fiat unctio ad eaſdem partes.* Vel ♃. *Folia hyoſcyami decem, lactucam, portulacam contunde cum oxycrato, & oxyrhodino, poſſunt addi ſemina aniſi, fœniculi, ſeſeleos ad frigoris contemperationem.* *Dotus, litus, unctiones.*

Etſi philonium Romanum magnos uſus habet in doloribus a cauſa frigida ortis, ſi recens paratum ſit, propter opium, in furioſis affectibus plurimum eſt profuturum. Vel ♃. *Raſ. Coriandr. pp. ana pug. ſem. violar.* ʒij. *opii hyoſcyam. pap. alb. cortic. mandragor. nucis moſcatæ, cinnamomi, ambræ ana* ʒj. *ſeridis, pſyllii, polygoni pug.* j. *Santali utriuſque, ſpodii, tragacanth. ana* ℈j. *Sacchar. candi unc. ſem. Sacchar. & ſucc. roſ.* q. ſ. f. *Opiat.* ſ. a. *cujus doſis erit ad* ℈ij. *aut* ʒj. *Opiatum.*

Temporibus & fronti hæc applicabuntur. ♃. *ſucc. lactuc. & portulac. an. unc. ſemis, aq. roſar. unc.* ij. *pulver. betonic. & ſalv. ana* ʒj. *cum æquis partibus unguent. ex oculis populi facti, & unguent. roſat. Meſuæi f. frontale.* Vel. ♃. *Conſerv. Nenuph. Violar. anthos ana unc. ſem. populeonis* ʒij. *oxyrhodini unc.* j. *ſem. intingantur lintea & applicentur fronti.* ♃. *Pulveris coriandri unc. ſem. flor. violar. roſar. & nenuph. ana p.* j. *ſemin. lactuc. hyoſcyam. papav. alb. vel nigr. ana* ʒj. *Santal. alb.* ℈j. *flor. la-* *Frontalia.*

vendul. ʒj. *caphur. parum f. pulv. excipiendus ſyndone interpuncta pro frontali.*

Plurimum intereſt, ut concilietur ſomnus, alioqui verendum eſt ne vigiliarum aſſiduitate, & conſumptione ſp. animalium partes ab exhauſto laborent, unde augeantur cerebri ſymptomata, immo & phrenitis aucta calida, & ſicca intemperie contingat. Itaque & caput, & pedes humectandi ſunt. Caput quidem eo modo. Maxime vero conferent emulſiones vulgo dictæ, quæ ad ardorem urinæ inſtitui ſolent, ſed ad devehendam earum vim uterinas herbas adhibere oportet. ♃. *lactuc. portulac. plantag. ſempervivi, polygoni ſeu geniculat. ana man.* j. *Solani pug.* j. *flor. violar. nenuphar. flor. narciſſi ana p.* iij. *fol. lambruſc. & vitis ſativ. ana man.* iij. *Semin. melon. cucum. lactuc. ſcariol. coriand. ana unc.* j. *Meconii pug.* j. *flor. roriſmarin. & lavend. ana pug.* ij. *f. decoct. in aq. decoct. capitis vervecini: irrigetur caput eo decocto, vel vapor illius decocti ad-empto capite vervecino excipietur naribus.* Hoc decocto adaucta quantitate ſolani fovebuntur pedes, immo addetur pars aliqua oxycrati: folia ſalicis valent plurimum.

Decoctum.

Capiti deraſo oxyrhodinum affundetur: vel pulvis qui ſequitur, cujus magnus eſt uſus. ♃. *Pulv. coriandri unc.* j. *ſem. papav. alb. lactuc. flor. nymph. viol. ana* ʒj. *ſem. flor. anthos pug.* ij. *granor. tinctor. pulv. roſar. ana* ʒj. *f. pulv. quo caput perſpergatur.*

Pulvis.

Sennerti ſententia.

Art. 2830. Furor uterinus pertinet ad maniam, & peculiaris ejus ſpecies eſt. Fœminæ in inſania illa venerem potiſſimum appetunt, vel

Fluor uterinus eſt ſpecies maniæ.

ea

ea non ſatiari poſſunt. Cauſa eſt ſemen nimis copioſum & præfervidum.

Art. 2831. Hic inſanus amor curatur, ſi nimius ſeminis proventus prohibeatur, aut legitima venere evacuetur, vel medicamentis abſumatur. *Curatio.*

CONCEPTUS & GRAVIDITAS.

Hippocratis ſententia.

Art. 2832. Signa falſi conceptus his verbis enarrat: Quæcunque in utero ſe concepiſſe putant, & non conceperunt, & per multos menſes falluntur, menſtruis purgationibus non apparentibus, & ventres augeri, ac moveri vident, hæ & caput dolent, & collum, & præcordia, & in mammis lac non ineſt, niſi modicum quiddam, atque id aquoſum; poſtquam vero ventris humiditas exſoluta fuerit, & molles factæ fuerint, in utero concipient, ſi non aliud quiddam impediat: nam hæc affectio bona eſt ad mutationem in utero faciendam, ut poſt hoc tempus in utero concipiant, at his, quæ conceperunt, hi dolores non fiunt, niſi familiares his fuerint capitis dolores, & lac mammis gignitur. *Falſi cōceptus ſigna.*

Art. 2833. Si os uterorum ex pudendo exciderit, mulier non concipit, nam os durum fit & genituram non ſuſcipit, & intumeſcit & propterea in totum infœcunda eſt. Si non prodeant menſes ut debent, ſed deorſum proceſſerint in ſedem, eadem neque ſic in ventrem concipit; manifeſtum eſt enim, quod os uterorum a pudendo averſum eſt, aut concluſum. Si quidem ad ſedem averſum fuerit oſculum, aut concluſum, curata fœcunda fit; Utrunque vero ex *Sterilitatis cauſa.*

interrogatione, & reſponſione manifeſtum eſt. Si leves uteri fuerint (contingit autem hoc & ex natura quibuſdam) & ſi ulcera innata magnas cicatrices reliquerint, mulier in ventre non concipit, quando enim leves ſunt, ſemen foras emittunt, & quando ulcus permanet ad multum, & male olet mulier, aut quando ex cicatrice uteri induruerunt, ii genituram non imbibunt. Si mulier ex natura multos menſes dimittit ſterilis fit; ſi non ex natura, ſed ab aliqua affectione, brevi curata fœcunda erit.

Graviditatis ſigna. *Art.* 2834. Prægnantem mulierem ſi non ex alio cognoſcas, ex hoc cognoſces. Oculi videntur diſtracti ac caviores, & candidum in oculis albedinis naturam non habet, ſed lividius apparet, maculam ſolarem in facie habent maxime, quæ femellam geſtant, & poſtquam conceperunt vinum odio habent, & cibos averſantur, & oris ventris morſu, & ſaliva plenæ ſunt. Mel & aniſum tenuiſſime territo, deinde in aqua diluito, ac exhibeto, & dormire ſinito: & ſi quidem tormen ipſis fiat circa umbilicum prægnans eſt; ſin minus non eſt. Quæ bene coloratæ permanent maſculum plerumque geſtant. Si papillæ surſum converſæ fuerint maſculum, ſi deorſum femellam habent.

Sennerti ſententia.

Conceptionis ſigna. *Art.* 2835. Conceptionis ſigna præcipua ſunt: retentio ſeminis in utero, ſuppreſſio menſium, ciborum faſtidium, ventris tumor verſus ventriculum acuminatus, motus in utero perceptio, non fluctuantis aquæ, nec flatus vagantis ſpeciem referentis, ſed motus lenis, blandus ordinatuſque, tandemque mammarum intumeſcentia, papillarumque color in lividum mutatus, &

lac

lac in mammis collectum: hæc ſigna ſi omnia adfuerint, non amplius fœmina dubitet ſe eſſe gravidam. Urina eſt mendax. Vide plura ſub titulo Molæ (*Art.* 2843. 2853.) „ Gravidam „ mulierem cognoſces (inquit *Hippocrates de* „ *ſuperf.*) ſi oculi cavi videantur, & album oculorum nativam non habeat albedinem, ſed lividum ſit; necnon ſi cibum averſetur, oris „ ventriculi morſu torqueatur, & ſaliva abundet. Recenſita ſigna (ut recte *Sponius* in locum) ſunt æquivoca, tam in gravida quam „ in non gravida reperiri poſſunt: ex his itaque ſolis non licet medico graviditatem aſſerere, ſed tantum ſi cum aliis multis concurrant; cumque intricatiſſima res ſit graviditatis cognitio, caveat medicus, ne uno aut „ altero tantum male fretus ſigno, temere nimis ſuam de illa proferat ſententiam: debet „ itaque tota ſignorum ſyndromes perpendi.

Ettmulleri ſententia.

Art. 2836. Nonnullæ mulieres extra gravidationem libidine pruriunt, ſed facta conceptione ardor videtur extinctus. Clauſura uteri eſt ſignum conceptionis; exploranda eſt obſtetricis digito. Signum conceptionis pathognomonicum non datur. Cito poſt conceptionem mulieres frequenter ſentiunt frigus quoddam vel horrorem vel horripilationem quandam circa corporis peripheriam, ſaltem mulieres dicunt ſe ſentire neſcio quid: hinc ſuccedunt ſymptomata varia circa ſtomachum ac digeſtionem, vomitiones, pica, &c. venter ſenſim attollitur, maxime circa regionem umbilicalem & ſurſum, imprimis circa lineam albam prominet, regiones *Alia ſigna.*

nes

nes laterales quodammodo æquales, & quaſi depreſſæ, quod probe obſervandum eſt.

Nota bene. *Art.* 2837. " Fœminæ nonnullæ, pauciſſimæ „ licet, *fluxum regularem menſtruorum* per to„ tum gravidationis curſum patiuntur, aliis eiſ„ que frequentioribus *ad quatuor vel quinque pri„ mos a conceptione menſes* minore licet ſingu„ lis vicibus quantitate ſolent fluere, donec o„ mino ſupprimantur. Ordinario, ſi catame„ niorum fluxus ultra *quartum menſem* diutius „ protrahatur, fœtum imbecillem ac valetudi„ narium reddit, ſi *ultra ſextum*, mulier abor„ tione periclitatur.

Quomodo diſtinguitur ab hydrope. *Art.* 2838. Gravidatio a tumore hydropico ex ſignis ſequentibus diſcernitur; color faciei vividus, vivacitas & vigor oculorum ſignificant geſtationem; in hydrope vero perit oculorum nitor, &c. In gravidis tumor abdominis ſurſum vergit, eſtque inæqualis; contra in hydrope. Quo ſe vertunt hydropicæ, eo labitur aqua; ſitis in hydrops eſt major; ſentitur fluctuatio in hydrope; ephelides (2305.) in facie apparentes eſt ſignum ingravidationis. In Gravidis facies inquit *Barbette*, aut nativa eſt, aut valde collapſa; morbidis tumida plerumque & decolor.

Sterilitas. *Art.* 2839. " Quoad ſterilitatem. Adhuc in „ tenebris (inquit *Liſter*) ſunt generationis utri„ uſque ſexus virtutes: uteri qui ſani & ſecun„ dum naturam ſe habent, prolis quidem con„ cipiendæ potes ſunt; at in quo conſiſtat iſta „ ſanitas, quæſtio eſt. Quando mas (inquit „ *Ettmullerus*) emittit genituram (debitæ con„ ſiſtentiæ) largiter; & quando nullum adeſt „ vitium conformationis, mas abſolvitur, & „ vitium ſterilitatis eſt in fœmina, quæ mille „ modis poteſt impediri.

MO-

M O L A.

Æginetæ ſententia.

Art. 2840. Mola ſcirrhi naturam præſentans tumor eſt, nunc uteri orificium, nunc ipſum univerſum occupans, & tophaceam duritiem tactu referens, cum eorum, quæ ſuperjacent, h. e. præcordiorum retractione, gracilentia, decoloratione, cibi faſtidio, menſium retentione, mammis turgentibus, ita ut per initia in quibuſdam veræ conceptionis opinio ſuboriatur. Temporis vero progreſſu diſcernuntur. Nonnullæ vero aquæ intercutem præferunt ſuſpicionem. Cæterum diſcrimen ex tumoris duritia, & ex ſurdo digitorum percuſſu dignoſcitur, quod inde nullus quemadmodum in hydrope, ſonitus edatur. Quum intenditur revera in hydropem convertitur: nonnunquam vero incurabilis magna ex parte morbus naſcitur, quibuſdam ſanguis quoque effertur. *Mola uteri deſcriptio.*

Art. 2841. Omnibus itaque ex æquo conclavi anguſtiore, obſcuro, modice refrigerato, lecto immobili recumbere confert, ita ut crura ſint altiora, & quieta. Efficax quippe ad concitandum quemlibet fluxum, eſt motio. At tumores duritiaſque iiſdem medellis, quæ in ſchirrhis uteri, ſcleromatiſque ſcriptæ ſunt medebimur. Suffuſiones autem aquæ intercutem ſimiles, remediis in capite de hydropico morbo commemoratis. Eruptiones autem ſanguinis, perinde atque profluvium ſanguinis, & fluorem muliebrem curabimus. Sunt qui molam aſſerant carnem informem, in locellorum tunicis conſiſtentem, conceptus modo in lucem edi. *Curatio.*

Hoc

Hoc morbi genus victu relaxante, quo maturius excutiatur, tractandum eſt.

Sennerti ſententia.

Mola quid. *Art.* 2842. Mola eſt maſſa informis ſine oſſibus & viſceribus ex imperfecta conceptione loco fœtus genita; aliquando una, nunc plures molæ excluduntur; nonnunquam ſolæ, ſine fętu, nunc ante, nunc cum, nunc poſt fœtum, nonnunquam pluribus annis in utero geſtantur. (Mola nulli fœminæ accidere poteſt ſine viri conſuetudine.)

Quomodo diſtinguitur a vero conceptu. *Art.* 2843. Mola diſtinguitur a conceptione vera per motum: motus enim molæ eſt ſaltem tremulus & palpitans, non vero in omnem ſitus differentiam, ut in vero fœtu accidit: præterea ſi fœmina de latere in latus convertitur; mola in latus, in quod decumbit, inſtar lapidis volvitur cum inſigni ponderis ſenſu. Quinetiam fœtus verus a mola diſcernitur a figura ventris, qui cum fœtu præcipue verſus umbilicum attollitur, & acuminatur, & verſus latera utrinque molliter coarctatur; in mola vero in omnem dimenſionem æqualiter intumeſcit. Mammæ quidem in mola intumeſcunt, ſed lac verum in iis non generatur, ſed cruda tantum materia a menſium ſuppreſſione. Molæ ſunt periculoſæ, ſi ſolæ ſint; pluribus annis utero hærent, quibuſdam etiam conſeneſcunt; interdum vero nullum incommodum præter moleſtiam & pondus afferunt.

Mola expulſio. *Art.* 2844. Ad deturbandam molam ex utero, primo conducit *venæſectio*, deinde fortis *purgatio*, eaque repetenda, & ultimo *menſes moventia* ſunt exhibenda, & etiam quæ fœtum

mor-

mortuum vim habent expellendi, & ſecundinas retentas movendi; *peſſus* quoque interdum uſurpatur; his incaſſum tentatis ad *chirurgiam* deveniendum eſt. Interdum etiam accidit, ut fœminæ *varia monſtra viventia* præter & contra naturam generent, ut paſſim videre eſt apud authores practicos.

Ettmulleri ſententia.

Art. 2845. Ex liquorum & membranularum confuſione ſub primis gectationis menſibus oritur mola aquoſa veſicularis ex pluribus membranaceis particularibus capſulis conflata; „ nempe ex *hydatidibus* infinitis inter ſe connexis „ varia magnitudine, & vaſculis ſanguiferis plurimis in immenſam molem, tactu mollem, „ & undique defluentem conſtare ſolet; hujuſmodi *molam veſicularem* ipſe vidi ex utero „ fœminæ excluſam cum ingenti fluxu ſanguinis; illa vero convaluit, & alios liberos pe„ perit. *Mola aquoſa veſicularis.*

Mauriceau ſententia.

Art. 2846. Ex falſo germine utero adhæreſcenti indeque ſanguine nutrito mola gignitur, quæ ſi altero vel tertio menſe redditur nomen falſi germinis retinet, & nihil aliud, quam membrana involuta futuri fœtus deformata rudimenta repræſentat; ut ea fuit, quam mulier ab Hippocrate memorata ſexto, vel ſeptimo conceptus die reddidit. Quando vero ſolidior, & carnoſior eſt, ventriculi gallinacei inſtar, aut major minorque pro ratione temporis, quo in utero commorata eſt, Molæ nomen ſumit. Hujuſmodi informia corpora citius, vel ſerius quan- *Mola & falſi germinis diſtinctio.*

doque mulieres pariunt, ſemper autem cum inſigni ſanguinis profuſione.

Molæ generatio & ſubſtantia. *Art.* 2847. Certiſſimum eſt mulieres nullam poſſe molam concipere abſque virili concubitu cum ſeminum commixtio æque neceſſaria hic ſit ac in veri, & ordinati fœtus conceptu; quamquam nonnullæ poſt inſignes uteri hæmorrhagias corpora quaſi carnoſa, aliæ etiam nunquam expertæ virum inſtantibus menſtruis ſimilia corpuſcula emiſerint. Sed attentius exoticis hiſce corporibus inſpectis cognitum fuit, illa parum admodum a ſanguine grumoſo, hæc vero a ſubſtantia mucoſa, & indurata differre. Molæ contra ſubſtantia tota carnoſa, & fibroſa eſt, unde improprie inter aquoſam ventoſamque diſtingueretur, ut quibuſdam Auctoribus uſuvenit, cum hoc nomine ea tantum corpora utero adhærentia connotemus, quæ ex concubitu generata, fibroſum quid carnoſumque recipiunt.

Quomodo utero adhæreat. *Art.* 2848. Mola omnis ſecundina caret, & funiculo per quem utero inſtar fœtus adhæreat, ſed ipſa immediate eidem utero hærens, illinc ab ejus vaſibus nutrimentum mutuatur; interdum tamen ſpecie quadam membranæ involvitur in qua caro reperitur plurimis vaſculis conſita, major, & durior, quo diutius in utero conſtitit.

Signa quibus Mola a graviditate diſtinguitur. *Art.* 2849. Mulier molam geſtans omnia fere conceptus, & veræ geſtationis ſigna oſtendit, alia tamen etiam diverſa præfert. Nam ejus venter citius intumeſcit, & cum quodam doloris ſenſu duriorem ſuſcipit conſiſtentiam, ac ſi fœtum geſtaret, tum majus ipſa ſentit pondus ac ex fœtu, & dum in latera convertitur aliquid globoſum intus obvolvi, ſibi videtur, pedibuſque ſtans inſignem gravitatis ſenſum ad imum

ven-

ventrem percipit, cum mictus difficultate, & dolore. Accedit inſuper graviorem artuum inferiorum laſitudinem vexare, mammas non adeo intumeſcere, & vel nullum vel parum admodum lactis reddere. Sed facilius adhuc de mola judicium aut ſuſpicio fertur, quando cum reliquis indiciis nullum ſentit mulier motum in utero præſertim quatuor, vel quinque prioribus menſibus elapſis, & quando prætergreſſo tempore, quo in lucem edere deberet, eadem indicia adhuc perſiſtunt.

Art. 2850. Mulier, quæ molam geſtat, plus laboris habet, ac quæ fœtum fovet, maxime ſi diutius eam ſuſtinet, unde etiam in periculo verſatur. Nonnullæ ad quartum, vel quintum menſem tantum molas retinent, inde vero emittunt. Nonnullæ etiam ad annos. Nonnullæ per totum vitæ curſum, quod ubi contingat obſervandum eſt, improprie molas vocari illas carnoſas ſubſtantias, quæ ita cum ipſo utero confunduntur, ut unam eamdemque quaſi maſſam efforment, cum eædem potius carcinomatoſæ ſint excreſcentiæ ab interiori quadam exulceratione productæ, quas nec mulier reddere poteſt, nec manus extrahere, unde fit quod temporis progreſſu in immenſum fere auctæ mortem denique inferant. *Prognoſis.*

Art. 2851. Si ex immodica uteri hæmorrhagia cum conatu ad excernendum ſuſpicio falſi germinis vel molæ incidat, præſtantius auxilium erit manum oleo inunctam in vaginam imittere, tum digito in uteri oſculum extenſo, & circumacto, tantum idem os dilatabitur donec alter digitus ſubeant atque etiam tertius. Inde vero iiſdem digitis comprehenſo germine dexteriter efferetur, ita etiam ſi grumus ſanguinis fuerit, aut mola. Quodſi valide utero *Germinis vel molæ curatio, ubi hæmorrhagia ſimul adeſt.*

adhærere germen aut mola comperietur, tunc immiſſa tota manu unguibus reſectis in uterum digitorum apicibus inter eam, & uteri parietes, qua parte laxior adhæſio percipitur, inſertis diligenter disjungetur, & circumeundo diducetur quouſque tota concidat & exeat; digitiſve extrahi poſſit.

Curatio nulla urgente hæmorrhagia. *Art.* 2852. Quodſi nulla urgente hæmorrhagia certa indicia habeantur molæ intus latentis, curandum erit, ut quo citius fieri poteſt mulier eamdem reddat, quod tentandum medicamenti purgantis ope, cujus finita operatione acris clyſter injicietur, ſæpius etiam iterandus; donec conatus ad egerendum per uterum prodeant, cujus vagina ſubinde oleo vel adipe inungetur, non ommiſſa phlebotomia in pede, & ſemicupii frequentia. Quibus omnibus incaſſum uſurpatis deveniendum ad extractionem ſupradicto modo digitis vel manu perficiendam.

UTERUS INFLATUS.

Ettmulleri ſententia.

Uterus inflatus. *Art.* 2853. Uterus inflatus intumeſcit non ſecus ac in gravidis, & ſenſim augetur, menſes ſimul ſupprimuntur, aut parcius fluunt, quin & lac in mammis generatur, unde tales ſe gravidas eſſe credunt; in hoc ſtatu manent ultra geſtationis tempus ad annum integrum vel diutius, & poſtmodum vel medicamentis, vel ſupervenientibus doloribus parturientium, vel interdum ſine his excludunt ex utero ſolummodo aliquos *bombos* & *flatulentias*, & venter ſubſidet; unde hic affectus *mola ventoſa* ſeu *flatuoſa* appellatur a quibuſdam: interdum vero ſine manifeſta talium flatuum eruptione inſenſibili-

Mola ventoſa.

biliter flatus exhalant, & venter ſubſidet. Videtur fieri occaſione genituræ maris ſine conceptione in utero contentæ. Tumor non prominet præciſe in medio abdominis, ſed in omnes dimenſiones ſe expandit, nunc augetur nunc diminuitur; inſignis tenſio dolorque ſentitur, pondus eſt minus, quam in conceptione legitima.

Art. 2854. Flatus uterum diſtendentes ejiciendi ſunt aperto uteri orificio interno, item remediis internis fortiter *purgantibus & alterantibus* diſcutiendi ſunt. *Quomodo flatus diſcutiendi ſunt.*

Verzaſchæ ſententia.

Art. 2855. Inflatio uteri datur, quæ hydrops dici non poteſt, quando nimirum a flatibus, qui ſubito irruunt, uterus diſtenditur, & dolor intenſus excitatur, quemadmodum in colica paſſione contingit. Refert Philippus Hechſteterus fœminam Auguſtanam textoris uxorem ſibi perſenſiſſe, ſe vivum fœtum in utero geſtare, ſed legitimum pariendi tempus præteriit, tandem biennio elapſo dolores parturientium ſimiles paſſa fuit, & ter cum maximo conatu flatum ex utero per pudenda emiſit. Quod Prognoſin attinet: ſimplex uteri inflatio, quoniam diuturna non eſt, periculo vacat. Contra inflationem uteri ſequens linimentum præſcribatur: ℞. *Ol. nardin. menth. abſynth. ana* ℥iij. *ung. reſumpt. q. ſ. f. liniment.* quo uteri regio tepide illinatur: Suffitus ex nuce moſchata etiam maxime conducit. *Molæ flatuoſæ curatio & deſcriptio.*

Sydenhami ſententia.

Excreſcentia carnoſa in abdomine. *Art.* 2856. Sunt duæ ſpecies tumorum abdominis hydropem mentientes fœminis familiares. Prima eſt *carnium* in partibus intra abdomen excreſcentia præternaturalis, quæ ventrem in molem haud minus conſpicuam attollit, quam ſolet incluſa aqua. Altera ſpecies *flatibus* ortum debet, qui non tumorem tantum; ſed & *Flatus.* alia ingravidationis ſigna pariunt, & veram conceptionem æmulantur, tandem vero venter, pari quo increverat gradu, ſenſim detumeſcens ſpem vanam eludit. (2853.)

Mercurialis ſententia.

Inflati uteri ſigna. *Art.* 2857. Signa inflationis uteri ſunt primo tumor, & dolor pectinis atque imi ventris, qui dolor pungitivus eſt, & dolor hic modo aſcendit ad ſceptum tranſverſum, modo deſcendit ad inguina, Ilia, & Lumbos: modo ad hæc omnia flatus ex utero erumpunt. Addit Rhaſis propter hos flatus moveri uterum de loco ad locum, non quod vere moveatur, ſed quia inſtar membrorum palpitantium, ubi tumet attollitur, ubi detumeſcit deprimitur, atque ita ſpeciem cujuſdam morbi oſtendit. Hæc ſunt ſigna communia; quæ vero diſtinguunt flatum exiſtentem in ſpatio, a flatu qui continetur in ſubſtantia hæc ſunt, quod dum volvitur mulier, fit ſtrepitus, & fragor quidam, perinde ac in torminibus inteſtinorum, ſi tangatur Uterus pulſat inſtar tympani. Quodſi flatus in corpore uteri contineatur, dolores fiunt graviores, curatu enim difficiliores, neque tantus tumor adeſt, neque ſonus.

Art.

Art. 2858. Si ſumma plenitudo ſanguinis adeſt in corpore, venæ ſectio convenit, ita etiam ubi ex abortu fiat hoc malum, aut a difficili partu, poſtquam vel puerperia, vel menſtrua fuerint ſuppreſſa. Si vero ſola frigida adeſt cauſa, omiſſa venæ ſectione, niſi alvus prompta ſit, præſtabit eandem Clyſtere vel Hiera lenire. Lenita alvo præparandi ſunt humores. ♃. *Fol. Arthemiſ. Calaminth. Pulegii ana m.* j. *ſem. aniſ. pug. ſem. f. decot. ſ. a.* deinde ♃. *hujus decoct. unc.* iv. *Syrup. de Arthemiſ. de Biſant. ana unc.* j. *Miſce*, deinde purgandi erunt humores ſic præparati Hiera Ruffi ex. gr. ♃. *ſpec. Hier. Ruff.* ℥ij. *vel. unc.* j. *ſ. Diacarth. unc.* j. *m. f. bollus* Fiunt demum ſuffitus ex Coriandro, Aniſo, Arthemiſ. quodſi grumus ſanguinis adfuerit, mandat *Aetius* & jure, curandum eſſe, ut obſtetrix accipiat gummum manibus, atque diſſolvat: deinde foveatur Matrix ex decocto Ficuum, Nitri, & Abſynth. Permanente & invaleſcente morbo, deveniendum ad validiora, quo in caſu magna cucurbita Pectini, & umbilico adhibita, maximam utilitatem præſtat. Adhibentur interdum Sinapiſmi, Frictiones, & omnia, quæ valenter poſſunt calefacere, & exſiccare. Duo tamen ſunt advertenda: unum eſt ut caveatur ſuffitus aromatum in iis mulieribus, in quibus caput eſt affectum, & ratio eſt, ex *Hippocrat.* auctoritate, qui dicebat aromata caput maxime offendere; alterum advertendum eſt, uſum adſtringentium eſſe adverſiſſimum huic morbo. *Curatio.*

UTERI HYDROPS.

Hippocratis ſententia.

Hydropis uteri ſigna. *Art.* 2859. Si hydrops in uteris fiat; menſes pauciores fiunt ac deteriores, & per longius tempus, & pauciores quam oportet, aut paulo plures; & venter intumeſcit, & locus ſupra pectinem, & tibiæ, & lumbi. Ubi vero multum temporis proceſſerit, & in ventrem habuerit, corrumpit, ac ejicit, & aqua cum ipſo fœtu effunditur, & mulier plerumque moritur. Sanguis autem corrumpitur, & aquoſus redditur.

Curatio. *Art.* 2860. Huic lac bibendum dato, & peplum album potandum, donec fœtus moveri poterit. Quin & ante hoc fœtus ut plurimum corrumpitur, & per abortum ejicitur, & uteri ſanguine, & aqua manant. Hæc autem patiuntur nihilo magis ex labore, quam aliter. Cognoſcere vero poteris quod hydrops eſt, ex digiti contactu: deprehendes enim oſculum ipſorum gracile, & plenum humiditate.

Hydropis altera ſpecies. *Art.* 2861. „ Eſt etiam „ Lommius ait „ aliquis uteri hydrops tota ejus capacitate aquarum plena. Venter inflatur, magnamque gravitatem, & converſus in aliquam partem, ſonum fluctuantis intus humoris exhibet. Eum humorem quibuſdam ex utero ſingulis menſibus, nullo vitæ incommodo eſſe expurgatum, doctorum hominum conſtat animadverſione.

Boerhaavii ſententia.

Hydrops uteri. *Art.* 2862. In cavo uterino, clauſo accurate ejus ore interno, ſæpe colligitur tanta aquæ copia, ut integrum abdomen mentiatur *aſcitem*; mor-

morbus eſt difficulter cognoſcendus ob ſigna fallacia *graviditatis*. (2838.)

Curatur laxatione oris uterini per *fomenta*, *vapores*, *uterina* adhibita, &c. *Curatio.*

Calmettei ſententia.

Art. 2863. Prognoſis uteri ut omnium aliorum hydropum mala inſtituenda, utpote quod morbus longus ſit, & difficile curetur, & citiſſime aſcitem, & anaſarcam accreſcat; ſi viſcera labefactata ſint, & ſanguis depauperatus, curatio expectari non debet; ſi vero incipiens ſit affectus a cauſa aliqua procatarctica ortum ducens, nondumque depauperatur ſanguis, curationem recipere poteſt, præſertim ſi aqua in cavitate, non in veſiculis contineatur. *Prognoſis.*

Art. 2864. Curationem hujus affectus, quæ eadem eſt ac illa, quæ in aliis hydropis ſpeciebus atque etiam in articulis de Chloroſi tradita eſt, hic conſulto omittimus. Appropriata tamen huic affectui remedia ſunt borax mineralis ad ʒ. ſem. cum croci ℈. ſem. & ſucc. ſabin. q. ſ. in formam boli ſæpius exhibiti, exercitia quoque in hoc affectu commendantur; item pulv. cornachin. identidem exhibitus; plantæ vero appropriatæ ſunt ſabina, apium, rubia tinctor. matricar. ſuffitus etiam in hoc morbo poſſunt inſtitui: ex vino calente, aqua vitæ, decoct. ſcoriar. regul. antimonii, peſſaria quoque ex melle cocto cum ſal. gemm. vel ſal. nitr. vel colocinthid. vel pulv. hieræ introduci poterunt, ad aperiendum os uteri ſi clauſum ſit, & humorum ſeroſorum fluxum promovendum. *Curatio.*

Ettmulleri ſententia.

Uteri hydrops. *Art.* 2865. Uteri hydrops eſt tumor ejus aquoſus, qui fœminas decipit, ut ſe gravidas æſtiment; conſtat ex copioſa limpida aqua, rarius crocea; interdum conjunctus eſt hic hydrops, cum gravidatione vera (quod ipſe novi.) Signa ſunt fluctuatio, & delapſus a latere ad latus, indolentia tumoris preſſi, inſignis gravitas in vulvam incumbens „ & frequenter labiorum „ intumeſcentia œdematoſa. " *Quomodo diſtinguatur ba aſcite.* Hydrops uteri diſcernitur ab aſcite, ſi color faciei ſit bonus, ſitis nulla, tumor incipiat a parte inferiore, &c. Hydrope uteri poſt conceptionem correptis fœtus inter aliquot menſes abortu ejicitur. Obſervandum quoque eſt, quod poſt fluxum aquæ intereant mulieres.

Curatio. *Art.* 2866. „ Verus uteri hydrops eſt morbus „ rariſſimus; ſi cum fœtu conjungatur parum „ aut nihil tentandum eſt, nam partu incipien„ te *aqua hydropica* ultro effluere ſolet. " In genere eadem remedia, quæ alias in *aſcite* uſurpari ſolent, hic locum habent, ſpeciatim *elaterium cum mercurio dulci*, ut & *vomitoria* & *clyſteres acres*, item *uterum ſtimulantia*, ut *borax*, *crocus*, *extractum ſabinæ*, *caſtoreum*, *myrrha*, &c. Injectiones uterinæ *ex decoct. mezer. therma ſulphurea*, &c.

UTERI SCIRRHUS.

Morgagni ſententia.

Art. 2867. Scirrhis eſſe uterum ſuis cum appendicibus maxime obnoxium fidis teſtimoniis evidentiſſimum eſt. Eorum primordia non ſemel

mel tum internorum tum externorum ſe vidiſſe credit eruditiſſime caſus a ſe, & ab aliis obſervatos adfert, & ingenioſiſſime confert. Porro addit in Epiſt. Med. Anat. Epiſt. 39. §. 35. „ Ex „ Magiſtris meis alterum, nempe Albertinum au- „ ditum a me eſſe, cum diceret, ſe tumorem „ uteri; qui tangenti videbatur Scirrhoſus, ſolo „ chamæpitys uſu, nullo exterius adhibito au- „ xilio nullaque excretione conſecuta fœliciter „ diſcuſſiſſe; alterum vero Valſalvam, in ſcriptis „ conſiliis ſive pro uteri, ſive pro mammarum „ cancroſis tumoribus, affirmare ſolitum fuiſſe: „ inter magis efficacia ad tardandum utrorum- „ que incrementum præſidia, uſu ſibi compertam „ eſſe venæ ſectionem quotannis quater, bis vi- „ delicet vere, & bis autumno inſtitutam. Eſſe „ autem manifeſtum in his vires; rationi con- „ veniens, in illis Scirrhi cauſas eſſe attenden- „ das". Nam ut chamæpitys incidendo, abſtergendoque ex majorum obſervationibus viſcerum obſtructiones, & mammarum durities tollat, me tamen ut non illis facile, quæ uteri profluviis obnoxiæ eſſent ſic liberius iis daturum, quæ ex articulorum doloribus translata ad uterum materia, in levem nuper hujus obſtructionem incidiſſent; menſtrum enim ciet, ſed arthritidis cauſæ adverſatur.

In promptu etiam eſſent tumorum hiſtoriæ; quorum ſedes Medicos attrectanti facile imponeret, ut pro uteri ſcirrhis acciperet, cum ad hunc neutiquam, ſed aut ad veſicæ fundum, aut ad aliam aliquam proximam partem attinerent.

HYDROPS OVARII.

Sydenhami ſententia.

Hydrops ovarii unde oritur. *Art.* 2868. Hydrops ovarii oritur ab obſtructione in teſticulorum alterutro, quæ ſenſim ejuſdem craſin ſubvertit, ubi repoſita morbi minera, tunica ejuſdem mirum in modum diſtenditur; qua jam tantum non crepante, natura humori excipiendo veſiculas quaſdam ſuggerit, quibus tandem diſruptis, & in abdominis cavitatem ſe exonerantibus, eadem occurrunt ſymptomata, ac in *aſcite*.

Boerhaavii ſententia.

Quibus accidit. *Art.* 2869. Notabilis hydropis ſpecies ovaria mulierum ſæpe occupat, qui morbus ut plurimum ſteriles annoſaſque mulieres obſidet, difficulter cognoſcitur, & vix ſine inciſo cadavere; curatur vero nunquam, ſed tranſit ſæpe in *aſcitem*.

Hiſtoria. *Art.* 2870. „ Fœmina innupta viginti quinque „ circiter annos nata ventrem ſenſim intumeſcentem habuit anni ſpatio ad parturientis magnitudinem. Medicis, quos conſuluerunt, graviditatis ſuſpicio incidebat; obſtetrices rem ita „ ſe habere audacter affirmabant; mulier ipſa „ inſontem accuſare conſtanter inſtabat. Ego „ accerſitus, certiorque de rerum ſtatu, examine prius inſtituto, factus, illam *hydrope ovarii* „ laboraſſe, & morbum incurabilem eſſe, pronunciavi. Poſt ſeptimanas aliquot mortua eſt; „ ſectoque cadavere in abdominis cavo invenimus aquæ coloris citrini ſeſquicongium; in „ infimo ventre tumorem caput humanum æquan-

„ tem

„ tem ad hypogaſtrium dextrum aliquanto ver-
„ gentem; *ſiniſtrum tamen eſſe ovarium* in adeo
„ ingentem maſſam turgeſcens, altero ſano ſta-
„ tim agnovimus; in ſuperficie conſpiciuntur
„ nonnullæ *hydatides*, una ovum anſerinum
„ æquans, reliquæ minores. Tota moles ſeptem
„ pondo pendebat. Tumorem facta inciſione
„ plane *ſtrumoſum eſſe*, & de ſpecie *ſteatomatis*
„ liquido deprehendimus. Uterus erat ſanus,
„ & in ſtatu virgineo; glandulæ meſentericæ
„ tumefactæ, tres reliquis inſigniores ovum co-
„ lumbinum æquantes, ſtrumoſæque erant de ge-
„ nere *Meliceridis*, Jecur & lien parum diſco-
„ lorata, non vero ſcirrhoſa. In thorace aquæ,
„ illi in abdomine analogæ, libræ duæ repertæ
„ ſunt, alter pulmonum lobus pauliſper abſum-
„ ptus; cor ſanum; totum corpus valde emacia-
„ tum. In noſocomio D. *Thomæ* pluſquam tri-
„ ginta abhinc annis cadaver fœminæ eodem
„ morbo defunctæ ſectione patefactum vidi, un-
„ de juſtam ac legitimam *diagnoſin atque progno-*
„ *ſin* præcedentis caſus proferre mihi contigit.

Art. 2871. „ In tranſactionibus *Regiæ Socie-*
„ *tatis Londini* N. 381. inſigne & ſingulare exem-
„ plum habemus hujus morbi larga ſectione cu-
„ rati per *D. R. Houſtoun* in fœmina quinqua-
„ geſimum octavum annum agente. Medici &
„ chirurgi locum videant.

„ Hujuſmodi quoque ſunt *hydropſies enkiſtèes* *Hydrops*
„ *Gallis* appellati, ſive *hydrops in ciſtis incluſi*. *in ciſta*
„ Integrum abdomen quandoque adimplent vi- *inclu-*
„ ſceribus coarctatis, & in anguſtias detruſis, *ſus.*
„ ſacco ab ovario, vel partibus circa ovarium
„ originem ducente. Admodum curioſa eſt hi-
„ ſtoria hujus affectus apud *Du Verney Memoir.*
„ *de l' Acad.* p. 147. lectu digniſſima.

Mor-

Morgagni ſententia.

Ejus diagnoſis. *Art.* 2872. Inter ſigna quibus ovariorum hydrops a cæteris diſtinguitur aliqua *tumoris mobilitas* a Schorkopffio ponitur in Diſſertat. qua *de Hydrope Ovarii Muliebris* Baſil. edidit A. 1685. quodſi tumor *figuræ ſit ſimul ſemicircularis* ex Brechtfeldii conjectura, quam ſecutus eſt Schorkopffius hydrops in tubo potius quam in ovario videtur: ſed progrediente morbo tumorem non minus hydropis in tuba, quam aneuryſmatis in arteria, ad ovalem, aut ſphæricam figuram accedere non dubito, quod Munnickii delineatio hydropicæ tubæ confirmat. Cæterum dum plures teſtium muliebrium tumoris cujuſque modi hiſtorias attenderem, venire in mentem cœperat, fortaſſe ad alia ipſius indicia adjungi hoc poſſe, quod is in hypogaſtrii ſiniſtra parte incipiat (aliquando vero in dextera) ſiquidem ſanguinis reditus ex ſiniſtro teſte in venam Cavam minus expeditus eſt, & procul dubio longiorem viam conficit.

SCIRRHUS OVARII.

Morgagni ſententia.

Generales cauſæ morborũ in ovariis. *Art.* 2873. Sæpe adeo mulieribus, præſertim ſi cum fœminis conferas cæterorum animalium, accidunt teſtium vitia, tumores præſertim ſive hydropici, ſive alterius generis, ut facilis ſit conjectura, pleraque horum non ſine culpa affectuum animi contingere. Quid enim hi poſſint in humorum curſu retardando, perturbandove, non ignotum eſt. Accedit tamen ſanguinis menſtrui in uterum, adjectaſque huic partes confluxus, quem ſæpius, & multifariam a naturæ modo aber-

aberrare, ſcimus. Huic adde gravidi uteri molem, & pondus, quo ſtanti, ſedentive mulieri teſtes ad pulvis oſſa apprimuntur, multo autem magis in difficili partu vehementiſſime nitenti, aut intempeſtive in eo, qui facile futurus eſſet, niſi plerarumque imperitarum obſtetricum præpropera feſtinatio accelerares.

Art. 2874. Mulier 40. circiter annos nata gravi intra Thoracem morbo oppreſſa ſero adeo in Bononienſe Noſocomium S. Mariæ de Morte ſub finem Aprilis A. 1706. illata fuerat, ut mox obiens, quibus in vita conflictata eſſet incommodis, neminem docere potuerit. Ventre igitur aperto cauſam tumoris cujuſdam non acuminati, ſed plani, qui hypogaſtrium, & huic proximam umbilicalis regionis partem nonnihil attollebat, eſſe vidi corpus quoddam maximi pugni magnitudine, a quo impoſita inteſtina extrorſum, & ſurſum compellerentur. Erat id corpus in pelvis medio ſubrotundum; tuberoſa ſuperficie, nonnullis tamen in locis plana & lævi. Teſtis erat ſiniſter, qui in eam molem excreverat. Ejus denſa tunica parvis quibuſdam abſceſſibus hic illic erat inæqualis, quorum aliqui, per ſe aperti, pus emittebant album, quale continebant eorum plurimi. Ex ipſo teſtis corpore, tenuis nec multus ichor ſanguinolentus exprimebatur, cum pure mixtus. Cum autem penitus aperuiſſem, & in aqua ſatis agitaſſem, perſpexi præter aliquot fibras & vaſa, unamque aut alteram cellulam, quidpiam ſimillimum concreti ſanguinis comprehendentem, pene totam hujus corporis ſolidam partem nihil eſſe aliud, niſi conſtipatarum rubeſcentium veſicularum congeriem, ut numero eſſent ob parvitatem incredibili, omnes autem ſordido ſero diſtentæ. *Caſus.*

ABOR-

ABORTUS.

Riverii ſententia.

Abortus ſigna. *Art.* 2875. Abortus eſt immaturi fœtus excluſio. Signa antecedentia ſunt lumborum coxarumque gravitas inſolita, & ad motum ſegnities, appetentia dejecta, rigor aut horror per vices recurrens, capitis dolor, præſertim circa oculorum radices, laterum ventriſque ſuperioris conſtrictio, mammarum detumeſcentia & extenuatio; ſi vero dolores frequentes, & fere continui renes, & lumbos excrucient, qui verſus pubem & os ſacrum exporrigantur, cum quodam ex utero egerendi conatu, certum imminentis abortus indicium eſt; ſi autem dolores illos, & conatus ſanguis purus vel ſeroſus, vel aqua ex utero profluens ſubſequatur, abortum inſtare, & diſrupta vaſa & membranas, atque os uteri apertum eſſe ſignificat. *Signa imminentis & inſtantis abortus.* „ In genere quicquid fœtui in utero mortem affert, id abortus quoque cauſa eſt; quippe fœtus emortuus „ citra corruptionem in utero diutius retineri „ nequit, & quanquam inſolita quædam den„ tur exempla fœtuum emortuorum in utero diu „ detentorum, ibique fere conſumptorum, hæc „ admodum rara ſunt. *Deventer.* “ *Aretæus* teſtatur ſe nullas vidiſſe ſervatas ex iis, quibus in abortu vel poſt abortum *convulſiones* ſupervenerunt. Abortus in primipara periculoſior eſt. *Prognoſis.*

Præcautio. *Art.* 2876. Ad abortum præcavendum maximo in uſu ſunt *radices tormentil. maſtiches, & grana kermes.* Circa *emplaſtra* hoc animadvertendum eſt, ea non diu eſſe geſtanda, ſed per intervalla removenda; alioquin diutius lumbis af-

fixa

fixa renes adeo calefaciunt, ut miſeræ mulieres aliquando urinæ ardore afficiantur, vel arenulas aut ſanguinem mingant.

Mulier quædam, quæ tres abortus conſequentes paſſa erat, a duobus menſibus gravida patiebatur dolores circa umbilicum, & lumbos, qui abortum minabantur, *venæſectionem* imperavi; ſtatim liberata eſt; ſed eadem ſymptomata acceſſerunt eo protſus tempore, quo menſtruas purgationes pati conſueverat extra graviditatem, ideoque iterata fuit *venæſectio* menſe 3. 4. 5. 6. 7. & 8. recurrentibus doloribus, & tandem menſe 9. peperit filium, &c. *Venæſectio aliquoties repetita.*

Hippocratis ſententia.

Art. 2877. Si mulierem fœtum in utero habentem peripneumonia corripiat, aut febris ardens, aut pleuritis, ſive lateris inflammatio, aut phrenitis, aut eryſipelas in utero fiat, aut quilibet alius morbus acutus: lethale eſt, & abortus impendit. Tenſio ſive teneſmus ſuperveniens aut alvi fluxus facit abortum. Si uteri hiarint magis, quam oportet, ſanguinem ſingulis menſibus, ut procedere ſolet demittendo, quod intus habent tenue, ac debile fit, aſt ſi curetur mulier fœtus & mulier evadit, ſi vero non curetur, fœtus corrumpitur, & ipſa periclitatur, ne diuturnum habeat morbum, & poſt fœtus corruptionem hæmorrhagiæ periculum imminebit. *Ex acutis morbis abortus.*

Art. 2878. Si mulieri in utero habenti caput pituitoſum fuerit, & pituita acris in ventrem deſcenderit, a capite in ventrem perrumpit, & febris debilis ipſam corripit, & palpitationes debiles, ſubexſolutæ, augeſcentes, acutæ fiunt: ſi vero etiam cibi faſtidium, & impotentia corripiat, periculum eſt, ne brevi & fœtus corrumpatur, *Abortus cauſa non morboſa.*

tur, ſed & ipſa in periculum aducitur ni curetur; ubi vero effugerit utpote ventre fluido exiſtente ſtatim concludere, & conſtringere oportet. Multa etiam alia ſunt pericula in quibus fœtus corrumpitur: nam ſi mulier habens in ventre ægrotarit, aut debilis fuerit, aut onus levarit, aut percuſſa fuerit, aut ſaltarit, aut cibum faſtidierit, aut animi deliquio correpta fuerit, aut amplius, nimis nutrimentum accipiat, aut timeat, & conſternatur, aut vociferetur, aut intemperanter vivat, fœtum corrumpet. Sunt etiam quæ fœtum corrumpunt, ſi acre quid, aut amarum ederint, aut biberint præter conſuetudinem, dum adhuc parvus intus eſt puerulus: plerumque enim dum parvi ſunt, debiles ſunt, quidam vero etiam magni corrumpuntur, quare mirari non oportet cuſtodia, & ſcientia multa opus eſſe mulieribus, ut in uteris geſtent puerum, & nutriant & evadant ipſo in partu.

Ex aeris temperie abortus. Si hyems auſtralis, & pluvioſa, & ſerena fuerit, ver autem ſiccum & aquilonium, mulieres, quibus partus ad ver ineſt, ex quacunque occaſione abortiunt, quæ vero parient, imbecilles & morbidos infantes pariunt, quare vel ſtatim intereunt, vel tenues, & valetudinarii vivunt.

Tum ex aliis leviſſimis cauſis. Si mulier in utero habens ventrem aut lumbos doleat, formidare oportet, ne fœtum per abortum edat ruptis pelliculis, quæ ipſum continent. Abortum item facit in uterum geſtantibus ſpiritus, qui cum ſuſpiriis extra feruntur, & colliquatio præter rationem.

Quæ partum perdidit magis laborat, quam quæ peperit.

Quo tempore abortus contingunt. *Art.* 2879. Abortus contingunt ſexta die, vigeſima, plurimi quadrageſima, nonnulli ſexageſima ſive bimeſtres, alii trimeſtres, item menſe quinto & ſexto. Septimeſtres vero partus, quoad ſubſtantia videntur perfecti, minime vero quoad tem-

tempus: ideoque parum vivaces ſunt, & plurimi pereunt, Octimi non vivunt, pauci demum decimeſtres.

Ettmulleri ſententia.

Art. 2880. Interdum per aliquot ſeptimanas aut per menſem fit aquarum ex utero effluxus immaturus, quod periculoſum eſt; metus enim eſt, ne fœtus moriatur; hoc vero aliquando evenit citra ullam noxam. *Effluxus aquarum immaturus.*

Ad abortum præcavendum commendatur *decoctum verben.* item *grana kermes*; ex regno animali *cancri fluviatiles*, *tinctura coral. ſuccus cydon. citri*, *pulvis pelliculæ ex ventriculo gallinarum exſiccat.* Externe *panis toſtus vino generoſo madefactus*, & aromatibus conſperſus abdomini & lumbis applicatus. Abortus a ſeroſa *cachexia* metuendus decocto *lign. guaiaci* optime præcavetur. *Ad præcavendum abortum.*

Art. 2881. Vomitus in gravidis, ſi diutius continuatur, circa medium geſtationis tempus, potius *phlebotomia*, quam aliis remediis compeſcendus eſt: ultimis menſibus eſt admodum periculoſus, tunc blande *laxantia* ſunt exhibenda, & appropriata *ſtomachica*; externe *emplaſtr. ſtomachicum magiſtral.* " Vomitio in gravidis, „ (inquit *Hamilton*) quæ ſitim excitat, & lin- „ guam aridam reddit, *leni catharſi* (viz. cum „ *pil. tartar. Quercetan.* ℥ß. vel ℈ij.) fœliciſſime „ ſanatur; propinari etiam debet *oleum amygdalarum dulcium*, p. 13. & 48. *Vomitus in gravidis.*

" Quæ abortum conſequuntur ſymptomata „ enixarum communia ſunt; periculoſior ta- „ men eſt abortus quam partus maturus; peri- „ culoſior quoque eſt 6. 7. & 8. menſe.

Farrago ſententiarum.

Progno-ſis. *Art.* 2882. Ubi futurus eſt abortus, neceſſario prius mammæ gracileſcunt. In regionibus vehementer calidis, frigidis, ac intemperatis, mulieres facillime, & frequentiſſime ſolent abortire. Memorabilis vero eſt illa Exclamatio Plinii: Miſeret atque pudet æſtimantem, quam ſit frivola animalium ſuperbiſſimi origo, cum plerumque abortus cauſa fiat odor a lucerna extincta.

Ex abortu mulieres convulſæ raro evadunt. Interdum per aliquot ſeptimanas, aut per menſem fit aquarum ex utero effluxus immaturus, quod pericoloſum eſt: metus enim eſt, ne fœtus moriatur; hoc vero aliquando evenit citra ullam noxam.

Utut in præſervando Abortu abſtinentia, & confortantia ſint optima, iis tamen non fidendum, aut inſiſtendum, ſi fœtus jam diu ſeparatus in utero fluctuet, & (quæ ut plurimum conjungitur) uteri hæmorrhagia, quam ſolitis adſtringentibus tractando adeo non curabis, ut potius plures inde perierint.

A ſeroſa Cachexia abortus eſt metuendus, qui decocto lign. guajac. optime præcavetur. Quemadmodum *pellentibus* & *emmenagogis* fœtus eſt promovendus, ita cavendum eſt, ne dum obſtetrix ſimul fœtum extrahit, aut integræ ſecundinæ aut portio illarum remaneat, intuſque putreſcendo febres puerperarum lethales cauſentur.

Reme-diũ ſin-gulare. *Art.* 2883. Sequens eſt medicamentum *Solenandri*, ℞. *Maſtich. thur. alb. ana* ℥ß. *myrtil. bol. armen. orient. lacrym. ſang. dracon.* ana ℈ß. m. f. pulvis ℞. *Hujus pulv.* ℥j. infarciatur dactylus,

eje-

ejecto nucleo ligneo, involvatur charta, madefiat deinde vino clareto, & calefiat ſub cineribus, deinde edatur. Hoc remedium in fluxu nimio menſium, & etiam in fœtu retinendo efficax eſſe experientia didici (inquit author), primum *Bononiæ* a præceptoribus edoctus.

Art. 2884. *Oleum ſem. lini* contra abortum eſt ſingulare experimentum authore D. *Hamilton* p. 42. In uſu quandoque ſunt *emplaſt. ſmectic. tabulæ embryonum* (inſtar omnium) *fotus aſtringens*, *fotus ſtomachic. electuarium contra abortum*, *miſtura conſolans*, *miſtura acida*, *tinctura roſarum*, &c. *Alia remedia.*

Art. 2885. Vomitus in Gravidis (inquit Hamiltonius) qui ſitim excitat, & linguam aridam reddit, levi catharſi feliciſſime ſanatur. Vomitorium ſummo ſucceſſu pluſquam ſemel hiſce in caſibus propinavi. Si diutius tamen continuatur circa medium geſtationis tempus, potius per phlebotomiam, quam aliis remediis compeſcendus eſt: Ultimis menſibus eſt admodum pernicioſus, tunc blanda laxantia ſunt exhibenda, & appropriata ſtomachica, externe emplaſt. Stomach. Magiſtrale. *Vomitoria.*

PARTUS DIFFICILIS.

Art. 2886. Experientia conſtat (*inquit La Motte*) mulieres alias aliis diutius fœtum in utero geſtare. Uſitatiſſimus partus terminus ad finem noni menſis accidere ſolet; nonnullæ vero menſe 7. 8. 10. 11. immo, addit author, non ante integrum annum pariunt. “ Ex obſervatione liquet infantes 8. menſe natos frequentius mori, quam qui 7. naſcuntur, quod valde obſcurum eſt. *Termini partus.*

Æginetæ ſententia.

Pariendi difficultas ex parte matris.

Art. 2887. Pariendi difficultas, vel parturientis, vel fœtus, vel loculi, vel a foris evenientium vitio accidit: parientis quidem, ſi nimirum craſſa, & pinguis, aut vulva tota juſto arctior ſit, aut dolorum imperita, aut pavida, aut inflammationem circa uterum, aut aliis partibus experta, aut quocunque alio modo affecta, aut ſuapte natura imbecillior, minus ad fœtum propellendum firma, aut quia parturitionem intempeſtive acceleraverit.

Ex parte fœtus.

Fœtus autem vitio, ſi inuſitatæ magnitudinis, aut parvitatis, & modicæ gravitatis, aut ampliſſimi ſit capitis, aut monſtrum (v. gr. biceps) aut mortuus aut vivens quidem, ſed imbecillis fœtus, nec potens in lucem progredi: aut ſi numeroſi fœtus, quinos namque ſimul editos aſſerit Herophylus, aut ſi naturæ contrariam habuerit in utero figuram.

Figura naturalis partus.

Art. 2888. Naturalis etenim naſcendi figura eſt: primo quidem in caput vergi, manibuſque in femora protenſis, proclivi directe ad orificium capite. Proxime vero ſi fœtus recte in pedes converſus eſt. His exceptis, reliquæ omnes parturiendi formæ præter naturam ſunt.

Ex parte ſecundinarum.

Art. 2889. Vitio autem loculi, partus redditur difficilis; ſi propter craſſitiem non avellatur: vel ſi antequam conveniat, præ nimia tenuitate abrumpatur, evacuato namque humore, fœtus propter ariditatem egerrime delabitur.

Ex parte foris occurſantium.

Art. 2890. Ex his quæ foris occurſant, ægra fit parturitio, vel frigore, quod uterum condenſarit, vel calore immodico, qui vires dejecerit, aut alio quopiam eventu fortuito incurſante.

Art.

Art. 2891. Si igitur adſtrictio, quaſique obturatio difficultatis pariendi author ſit; laxatione primitus ſuccurrito, infundendo largiter oleum dulce, & calidum, & decoctum fęnugræci, aut malvæ, aut ſeminis lini, aut etiam ova, doloris mitigandi gratia. Deinde pubem cum imo ventre, & lumbis cataplaſmate illinito ex ſem. lin. aut aq. mulſa, aut hydrelæo, inſeſſibuſque ſimilibus. A balneis remedia, quæ relaxent, commendantur, niſi febris, aut alia quæpiam prohibeat occaſio. Movetoque patientem lectica in aere temperate calido, nonnulli vero, conquaſſationes validas, ſternutamentaque adhibuerunt. Meticuloſam adhortamur, inexpertam doloris docebimus, ut validiſſime ſpiritum contineat, & validiore niſu conceptum ad os uteri protrudat. Quæ animi deliquium pati cęperit, iis, quæ ſtuporem arcent, odoramentis recreanda eſt. Revocatam mediocriter, modico cibo reficimus. Præpinguem ad lectulum ſupinam collocabimus, contractis ad femora genubus, quo vulva pubem verſus tendens, oſtiolo directe opponatur, quod cerotariis, & inunctionibus delinire digitis convenit, ac leniter aperire. *Curatio.*

Art. 2892. Si quis autem morbus has partes infeſtaverit, etiam huic proſpiciendum. Alvi excrementum detentum molli clyſtere extrahendum. Secundas autem clauſas digitis aut ferramento, quod polycopon vocatur, in ipſis digitis occultato, dividere oportet, læva manu prætentante, & pinguem aliquem humorem in vulvæ loculamentum per clyſterem immittimus. At ſi præter naturam infans figuratus ſit, ad naturalem figuram redigendus eſt, nunc quidem impellendo, nunc vero adducendo, nunc flectendo, nunc vero dirigendo; & ſi quidem manum *Cautiones.*

prætendit, aut pedem, membro apprehenſus extrahendus non eſt, magis namque affirmatur, aut luxatur, aut membratim etiam dilaniatur, ſed digitis humero aut coxendici conceptus affixis, prominens ejus particula denuo in locum convenientem revocanda eſt. Si toto fętu in ſeſe conglobato perperam figuretur, ſurſum prius ipſum ab uteri orificio ſublimem movere, deinde prehenſum denuo, ad os ipſum dirigere conſilium eſt. Quodſi plures una fętus deferantur, iterum a ſuperna, infernaque parte reducito: verum ut omnia leniter, & abſque membrorum offenſa tractentur, locis oleo perfuſis.

Tempus in ſellam collocandi parturientem eſt, cum vulvæ oſtium apertum digito ſubcidit, & quod præruptum eſt, prolabitur. At ſi quod mortuus ſit infans, aut aliam ob cauſam progredi moratur, extrahi neceſſe eſt.

Ettmulleri ſententia.

Dolores parturientiũ legitimi. *Art.* 2893. Dolores parturientium legitimi & optimi ſunt, qui continuo ex lumbis incipientes ſecundum abdomen deorſum protenduntur ad regionem pubis uſque; hinc clunes & coxas occupant, & ita tremorem genuum inferunt, qui *ſpaſmorum* eſt effectus. " Si quando dolo-
„ res ad pedes & brachia tendunt, male omi-
„ nantur. Ex obſervatione conſtat, quod fęmi-
„ næ, quæ partum primum facile abſolvunt,
„ de partu in partum difficilius habent, & ſæ-
„ pe vel in partu, vel in puerperio moriuntur,
„ quo vero laborioſius pariunt primiparæ, eo
„ melius habent de partu in partum.

Dolores nothi. *Art.* 2894. Dolores nothi, qui fęminis aliquando accidunt ſunt plerumque *colici*, *iliaci*, aut

aut *hyſterici*; at a veris parturientium diſtingui poſſunt; quandoque vero cum *veris* conjuncti ſunt.

Art. 2895. Non ſemper conſultum eſt membranas diſcindere, & non faciendum, niſi indicia imminentis partus ſufficientia adſint, & fœtus legitimum habeat ſitum. *De diſruptione membranarum.*

Art. 2896. Tres ſunt circumſtantiæ præ reliquis, quæ partum difficilem periculoſum reddunt; fœtus mortuus, hæmorrhagia partum præcedens, aut convulſiones. Funiculus umbilicalis fœtus frontem communiter cingit; quando vero aliquot gyris circa collum aliamve partem circumvolvatur, caſus eſt periculoſus. *Partus difficilis cauſa.*

Art. 2897. Situs fœtus vitioſus eſt maxime periculoſus, quando pedibus primo prodit infans, ita ut etiam manus deorſum inclinent: Nam ſic fit, ut egreſſo corpore orificium uteri internum circa collum ſe ſtringat, ita ut caput adhuc in utero hæreat (tales fœtus dicuntur *Agrippæ*;) ubi non poteſt emendari talis poſitura, obſtetrix ſaltem alterutrum brachium eo dirigat, ut ſurſum verſus ad caput vergat, &c. *Situs vitioſus.*

Art. 2898. Alvo exiſtente clauſa, vel inteſtinis flatu *turgidis enema carminativo-emolliens* ad facilitandum partum optime conducit, imo in ipſo partu. *Enema quandoque injiciendũ.*

" De agendis inſtante partu, & de officio *ob-*
" *ſtetricis* ex ſequentibus colligere licet.

Strictura quædam breves perfectam obſtetricandi artis ideam complectentes, maxime ex Deventerio *deprompta, qui ultra omnes hanc* chirurgiæ partem *luculentiſſime tractavit, partus difficilis* cauſas *clariſſime demonſtravit & modum* partus incommoda *arte removendi ſignificanter indicavit.*

Pelvis cognitio neceſſaria. *Art.* 2899. Cognitio oſſium pelvim conſtituentium, ejuſdemque pelvis figuræ obſtetricibus imprimis utilis eſt, immo neceſſaria: aliter enim cœcutientes, temere, & inconſulto auxiliatrices acturæ ſunt; atque ut *diſtinctam pelvis ideam* concipiant, *Sceleton* iterum iterumque conſpicere debent; ubi obſervare licet in ſceleto muliebri partes infimas oſſium ſedentariorum magis plerumque diſtare, neque adeo deorſum verſus oſſis coccygis acumen inflecti, quam in maſculo ſceleto, id quod ſapientiſſimus atque benigniſſimus Creator ita conſtituit, ratumque habuit ad evitationem plurium adhuc partuum difficilium, qui tamen ſatis frequentes ſunt.

Figura & capacitas varia. *Art.* 2900. Capacitas & figura pelvis in mulieribus varia eſt. Magni intereſt qualis ſit pelvis forma ſive conformatio in gravidis æque ac in parturientibus; linea recta eſt norma ſui & obliquæ; ita pelvim bene formatam, qui cognoverit, pravam diſpoſitionem facile deprehendet. Pelvis in quibuſdam eſt *nimis anguſta*, in aliis *nimis ampla*, & patentior, quam par eſt, in quibuſdam denique non ſatis diſtantiæ intercedit inter oſſa pubis & os ſacrum, ejuſdemque appendicem os coccygis, hujuſmodi *pelvis plana* dicitur. Omnes hæ pelvis pravæ formæ diverſa incommoda afferunt in praxi occurrentia.

Situs oris uteri. *Art.* 2901. Obſtetrices inexpertæ tangentes fœminam digitos in vaginam recta protendunt ſecundum longitudinem fœminæ, & hoc pacto offendunt oſſis ſacri curvamen, unde digitis reſilientibus ore uteri non invento confunduntur; ſed ex conſtructione pelvis luculenter patet (quod probe animadvertendum eſt) *cavitatem ejus longitudine ſua non ſecundum longitudinem ſpinæ dorſi tendere, ſed ab imo oblique anticam verſus aſcendendo progredi, quaſi per*

eam

eam umbilicum ventris attingere velis: quare quærentes os uteri non recta verſus curvatum os ſacrum digitos intendere debent, ſed ab imo ſurſum tendere, quaſi per muliebria *umbilicum* attingere velint.

Art. 2902. Uterus & vagina ſibi invicem coadunata ſunt, uteruſque, qua in acutum terminat parte, prope ipſius os, in vaginam intruſus eſt, vel acuminatus prominet; ita ut in fœminis non impprægnatis, immo & prioribus graviditatis menſibus, *tactu percipiatur acuminatus*: at in partu os pariter cum utero laxatum adeo & extenſum eſt, ut vagina cum utero videatur *unicum quaſi utrem* conſtituere, oriſque uteri & vaginæ differentia ſentiatur nulla, niſi quod vagina tenuior molliorque; Os vero uteri calloſius ſit, nec tum *acuminatum quid* tactu percipiatur. Ex hac rerum mutatione, ſi opus fuerit, optime conjecturare licet *propinquitatem & longinquitatem temporis pariendi*; certum autem tempus inde infallibiliter præfiniri non poteſt. *Quomodo ſe habet ante & in partu.*

Art. 2903. Certiſſimum eſt veras difficillimorum partuum cauſas non adeo dependere a *pravis poſituris* infantum in utero, quam a *perverſo ipſius uteri ſitu*. Quo majorem gravidæ fœtum geſtant, eo altius uterus in ventrem aſſurgit, cum enim cavitas pelvis non ſufficiat ad capiendum prægrandem uterum, uno vel pluribus infantibus ex omni parte abſolutis una cum ſecundinis & humoribus repletum, exinde neceſſario ſequitur, ultra oram pelvis in cavitatem ventris, uterum aſcendere; atque tum poſituram naturalem aut retinet, aut non; ſi retineat, vocatur *uterus rectus & bene ſitus*, atque tunc acuminata ejus pars recta tendit *in cavitatem pelvis*, fundus vero circa *umbilicum* verſatur: *Uteri poſitura varia.*

ſatur: Poſitura autem mutata, huc vel illuc aliquantulum inclinatus *uterus obliquus vel prave ſitus* appellatur, quorum inſigniores ſunt quatuor; *primus*, quando os uteri nimis ſuſpenſum ab antica parte ad oſſa pubis adigitur, & infans capite in oſſa pubis facile impingens hæret immobilis, aut quod deterius eſt, capite ſuper iſta oſſa transfertur. *Secundus* pravus uteri ſitus eſt, quando in ventroſis mulieribus uterus pronus propendet, ore ad os ſacrum converſo. *Tertius*, quando fundus uteri in latere ſiniſtro paulo altius vel demiſſius ponitur, ore ad ſpinam dextri oſſis ilii vel pubis converſo; huic contrarius eſt *quartus & ultimus*. Ex his & hujuſmodi obliquis uteri poſituris oriuntur partus difficiles, unde matris vel infantuli utriuſque interitus ſequitur, niſi ſolertis obſtetricantis opera ſerventur.

Uteri deſcenſus ante puerperium. *Art.* 2904. Aliquot diebus ante puerperium prægnantis venter aliquantulum extenuatur, quod tunc temporis bene ſitus infans in cavitatem pelvis *prono capite delabitur*, quod felicis partus eſt præſagium: Infans enim prave ſitus vel uterus obliquatus in cavitatem pelvis haud ita prompte illabitur. Sed iſthæc deſcenſio plerumque gravidis *aliquid incommodi* affert ſive eundo, ſive mingendo, ſive dejiciendo, ſive hæmorrhoides producendo, &c. Scilicet a preſſione capitis infantis, immo interdum muliebria intumeſcere facit. Hæc incommoda non facile niſi poſt partum evaneſcunt.

Signa inſtantis partus. *Art.* 2905. Tandem tempore partus jamjam imminente dolores lumborum ac inguinum cum *vi deprimente* per vices ingruentes ſentiuntur, & humor aliqualis glutinoſus profluit; qui, cum rubeſcere incipiat, certiſſimum partus indicium eſt. Callida obſtetrix genuinos dolores a ſpuriis

tactu

tactu facile dignoſcat; hi enim os uteri arctius conſtringunt, genuini vero illud dilatant. Adeſt inſuper ſanguinis vehemens commotio, faciei rubor, concuſſio & tremor totius corporis, maxime genuum, aliis concitatur vomitus, &c.

Partus naturalis.

Art. 2906. Partus naturalis (ubi ſcilicet recta datur uteri ac infantis poſitura) eſt, qui *ſola naturæ vi* ſine arte vel alieno auxilio perficitur, obſtetrice haud indigens, niſi ut infantulum excipiat, & funem umbilicalem abſcindat &c.

In difficili partu quomodo parturiens adjuvanda eſt.

In quibuſdam vero maxime in mulieribus annoſis res non adeo facile expeditur. Ideoque inſtante partu, obſtetrix, ut laboranti opem quam maximam ferat, altera manu in vaginam immiſſa & dorſo converſa, digitorum apices quouſque poteſt, ſubter caput infantis inſinuet, caute tamen, manum ibi tenens immotam, donec dolor irruat: alteram manum extrinſecus, abdomini imponat, ſuper fundum uteri; deinde doloribus irruentibus ipſa ſimul incipiat utraque manu cooperari; manu ſcilicet intra corpus deprimat contra oſſis ſacri acumen, quod retrorſum premendum eſt; altera manu extrinſecus uterum deorſum leniter premat. *N. B.* Maxima apertio & amplificatio pelvis, qua pateat fœtui via, a *retroceſſu oſſis ſacri vel totali vel quoad acumen ejus ſive oſſis coccygis expectanda eſt*. In ipſo parturiendi articulo, præcipue *pelvi plana exiſtente*, optimum ad partum facilitandum adjumentum datur *oſſe coccygis* fortiſſime detrudendo, idemque ſingulis dolorum paroxyſmis irruentibus repetendo.

Dolores naturales & genuini.

Art. 2907. Ad partum felicem, facilemque requiruntur dolores naturales, ſuo tempore & modo, *inſtar nimbi irruentes*, quibus ventris & inteſtinorum muſculi adſtricti tantam depreſſionem impetumque in uterum faciunt, quaſi a corpo-

re

re expellendus eſſet; atque horum dolorum impulſu aperitur uterus, fœtuſque in oſtium expellitur & mulier partum edit: hi vero dolores quandoque *pravi vel irriti* ſunt, quos vocant aut vocare poſſunt *feroces aut tergiverſantes dolores*, quodammodo irruentes quidem ſed non penetrantes, neque veram depreſſionem facientes, ſed tandem re infecta ceſſant, ac in cruciatum aut ſpaſmum laborandique impotentiam mutantur. In hujuſmodi tergiverſantibus doloribus medicamentis propellentibus non eſt utendum, quia exinde cruciatus ingraveſcunt; ſed contra lenientibus & anodynis.

Dolores tergiverſantes.

Art. 2908. Obſtetrix parturienti advocata, habito brevi examine, illam ſine mora *tactu explorare* debet, tactus autem fit duobus prioribus digitis, ut eo melius ſingula ſenſu diſtinguantur. Ex quo cognitionem *ſitus uteri* aſſequetur: certior facta erit, an os uteri ſitum ſit *ſuper mediam pelvim*, an *in antica ad oſſa pubis*, an *in poſtica ad os ſacrum*, *an in dextro*, *an in ſiniſtro latere*, *an os uteri apertum ſit*, & *quam late pateat*, & *quid in eo prævium exhibeatur*, *caputne an aliud membrum*, *ſeu aquæ protuberent*. Si os uteri ſit in media pelvi & vertex infantis in oſtio oris uteri, tunc nullo negotio opus eſt, & ſolum expectandum, dum natura parturientem dolorum impetu ad laborandum concitet.

Parturiens tactu exploranda.

Art. 2909. Sin vero, ore uteri in pelvim directo, obſtetrix tactu nec caput, nec nates poſſit ſentire, nihil in oſtio ſe exhibente præter aquas, quæ cœperunt extuberare, iſthæc *partus difficilis* indicia ſunt, & obſtetrici incumbit non otioſam eſſe, & niſi habilis ſit *ad peritum chirurgum obſtetricantem* confugiendum eſt; infans enim tranſverſus prodit, quare mox poſt *aqua-*

Indicia partus difficilis.

rum

rum effluvium caput in oſtium procedendum eſt, aut infans pedibus extrahendus.

Art. 2910. Si loco capitis altera ſolum manus, pes, genu, cubitus, vena umbilicalis, aut manus una cum pedibus prodeant, idem periculum imminet. Si podex prævius exhibeatur, tunc minus periculi, ſiquidem infans cum valentioribus doloribus complicatus excludi poteſt, at vero ſi obſtetrix egregie callet artem, *ſub aquarum effluvium* infantis ſitum facile mutare poteſt, pedeſque in oſtium producere, unde facilior adhuc enixus. Si pes unus prodeat, alter adjungendus eſt, aliter metus eſt, ne *coxa luxetur.* *Pravà infantis verſio.*

Art. 2911. Si obſtetricis tactu deprehendatur, quod os uteri ſuper mediam pelvim non ſitum ſit, ſed in antica in oſſe pubis, aut in poſtica ad os ſacrum, aut in latere ad oſſa coxendicis nimis converſum ſit; grave periculum imminet, præcipue *quanto magis uterus a recta poſitura declinat;* tunc a natura enixus non ſeparandus eſt; cunctatio nihil commodi ſed multum mali inferre poteſt; ideoque maturato opus eſt; iſtiuſmodi enim uteri poſituræ mortem afferre ſolent infanti, & parturienti etiam, *ſi ſoli naturæ id negotii committatur, aut non niſi vulgares ſuppetiæ ferantur.* Partus experto chirurgo excludendus eſt, periculum ſubinde ingraveſcit, opera fit difficilior, cruciatus parturientis aggravantur, vireſque ad ferendos dolores deficiunt; cunctando remiſque veliſque pleniſſimis in diſcrimen fertur parturiens, ſed maturata partus excluſione periculum ſubterfugit. *Poſituræ uteri tactu explorãda.*

Art. 2912. Licet uteri poſitura ſit percommoda, *ſi fœtus in illo prave ſeſe verſat,* difficilem partum ſequi neceſſe eſt: & vice verſa utut infans recte ad excluſionem ſitus ſit, uteri tamen perverſa poſitura partum dabit difficilem; major dif- *Difficultas ex mala uteri poſitura, & ex pravo infantis ſitu.*

difficultas pariendi e prava hac uteri poſitura reſultat, quam a pravo infantis ſitu, ſed maxima omnium adhuc & fere inſuperabilis difficultas *ex ambobus ſimul conjunctis exoritur*.

Nota bene. *Art.* 2913. Utero denique ſeu recte ſeu plus minus oblique poſito, ſi aquis effuſis, membrum aliquod (ſive manus ſive pes, &c.) excluſum ſit, id indicat partum confeſtim, ac ſine mora excludendum eſſe.

Vis Uteri contractiva. *Art.* 2914. Mirabilis eſt vis uteri contractiva, inſtante partu; cum aquæ effluxerunt, illico uterus decreſcit, & ſtricte adeo coanguſtatur, ut infantem compreſſe concludat; quare mox poſt defluvium aquarum infantem excludi neceſſum eſt. *vel partus difficilis expectandus eſt*. Si fœtum excluſum non ſtatim ſecundina ſequitur, fundo adhuc adhærens, uterus mox contrahitur, & niſi quid ſanguinis concreti remanſerit, poſt aliquot horulas non niſi multo labore poteſt recludi ad ſecundinam extrahendam. Partu jam edito, & ſecundina excluſa, ſi manus aliquamdiu in utero retineatur (quod obſtetricantium eſt officium) ſentiet uterum circa manum *contrahi & occludi*, quod ſemper evenit, niſi corpus quoddam heterogeneum contractioni obſtet.

Quid faciendum ſit partu excluſo. *Art.* 2915. Quocirca protinus ab excluſione infantis *manus utero immittenda eſt* extrahendæ ſecundinæ cauſa; quoniam, ſi hoc ſit ſine mora, ſine ullo puerperæ dolore vel incommodo, fieri poteſt ore uteri adhuc patente; hoc modo puerperium tutiſſime ac certiſſime penitus abſolvitur; ex hoc enim optimo ſcrutinio obſtetrix certior facta eſt, non ſolum an ſecundina libera ſit vel cohæreat, & num unus adhuc vel plures infantes adhuc vivi vel mortui reſtent, vel ſi quid alienum excludendum ſit, ſed etiam num fruſtula quædam ſecundinæ, aut membranarum

reſidua ſint in utero, aut ſanguinis grumi, &c.

Art. 2916. In pelvi *ampliore* periculum eſt, ne inter parturiendum uterus ipſe vel vagina ligamentis nimium laxatis *una cum fœtu prolabatur*: ad hoc grave malum præcavendum obſtetricis eſt diligenter operam navare manibus ſuis, os uteri fortiter ſuſtinendo. *Procidentia uteri præcavenda eſt.*

Art. 2917. Si funiculus umbilicalis ſolus, vel cum manu, cubito, humero vel genu prodeat obſtetrici accurate obſervandum eſt *momentum effluvii humorum*, ut immediate manu immiſſa in ſitum infantis inquirat, ſecum dijudicans, an conſultius ſit caput in oſtium dirigere, aut infantem pedibus extrahere; & quod tutius cenſet & commodius, efficiendum: præſtat enim infantem ſine mora *pedibus extrahere*, quam capiti in oſtium dirigendo diutius immorari, & nihilominus vel tandem ad pedes quærendos neceſſitate adigi. *Effluxis aquis urgendus eſt partus.*

Art. 2918. In genere in qualicunque uteri obliqua poſitura, vel infantis prava verſione methodus tutiſſima, promptiſſima, minuſque dolorifica, partum accelerandi eſt: *infantem pedibus extrahere*, idque in principio laborum, mox poſt effluvium aquarum, quamprimum conſtat parturientem genuinis parientium doloribus laborare: hoc pacto plures mulieres ac infantes aliter perituri ſervarentur. *In omni fere difficultate cutior methodus eſt infãtem pedibus extrahere.*

Art. 2919. Parturientibus ſolenne eſt, vel *clyſterem emollientem* adhibere ad inteſtina craſſioribus excrementis exoneranda, & meatus laxiores reddendos, vel nonnunquam *ſtimulantem*, ut pigri dolores excitentur. Inſuper nonnulli chirurgi obſtetricantes maxime commendant *ſyphonem*, quo inter labores oleum in internos corporis meatus quaquaverſum injiciatur, ſed hoc tanquam neceſſarium non eſt judicandum. *Clyſterũ uſus.*

Art.

Art. 2920. Inſtrumenta ad partum educendum quod attinet, rariſſime dicam; immo ne unquam quidem uſui eſſe poſſunt, præterquam infantibus incuria neglectis, vel monſtris excludendis.

Infans in utero mortuus. *Art.* 2921. Pro certo cognoſci vix poteſt vivine an emortui ſint infantes in utero: ex tactu maxime ſignum omnium certiſſimum obtinetur, viz. *cuticulæ capitis ſupremæ diſſolutio*, quæ non niſi poſt obitum infantis contingit.

Inſtantibus magnis hæmorrhagiis fœtus excluſio arte præſtanda eſt. *Art.* 2922. Prægnantes quandoque ex vehementi animi affectu, caſu, colliſione vel nimia extenſione hæmorrhagia facile corripiuntur, quæ *profluvia immodica & continua* ex avulſione ſecundinæ oriuntur, nec ſiſti poſſunt, adeo ut ſanguis conglobatim diſtillans deliquia tandem inferat, & niſi fœtus excludatur, convulſiones ſequuntur, & mors; quocirca in hoc caſu extrema non expectanda, ſed in tempore *fœtus extrahendus eſt*.

Fœtus mortuus. *Art.* 2923. „ Inter ſigna fœtus mortui in utero ab auctoribus recenſita certiſſimum (inquit *Baglivus*) & fere infallibile eſt *Teneſmus*, ſive crebra voluntas fœces dejiciendi mulieri ſuperveniens. Puerperæ ſæpius inopinato moriuntur, (inquit *Vvaldſchmidius*) quatenus ob nimium parturiendi conatum aneuriſma internum rumpitur, & ſanguis in cavitatem nobiliorem effunditur, cujus cauſam ſæpe non cognoſcunt adſtantes & medici, niſi poſt mortem aperto cadavere.

Aneuriſma internum.

Remedia pellentia. *Art.* 2924. Non conveniunt remedia *pellentia* niſi in partu naturali, in præternaturali ab iiſdem abſtinendum. Præter remedia uſitata ad partum facilitandum, & fœtum pellendum commendatur decoctum *ſtercoris equini*; item *aurum fulminans* tanquam ſingulare, & ultimum remedium;

dium; *pulvis teſticulorum equin.* a practicis laudatur. *Sternutatoria* aliquando fœtus excluſionem adjuvant. In caſu deſperato, fœtu mortuo, *vomitoria fortiora* ſunt exhibenda, privatim *mercurius vitæ* ad expellendum fœtum. Quidam exhibent *ol. ſuccin. agut.* xii. ad xxx. uſurpantur etiam quandoque *balnea emollientia & laxantia*, *miſtura hyſterica ſpirituoſa*, *trochiſci hyſterici*, *trochiſci de myrrha*, &c.

SECUNDINA RETENTA.

Vvaldſchmidii ſententia.

Art. 2923. Obſtetrices & adſtantes ſæpius nimis indulgent parturientibus, eaſque poſt enixum partum e ſella dimittunt, utut *ſecundinæ* nondum extractæ ſint; verum in eo errant graviſſime, quandoquidem parturiens nunquam dimitti, vel in lectum deduci debet, niſi prius ſecundinas reddiderit. Hæ autem tutius ac commodius manu perita ab utero divelluntur, & extrahuntur, ubi funiculus umbilicalis, qui indicis loco eſt, recens adhuc eſt: Quod ſi orificium uteri jam clauſum ſit, debet apice unius digiti iterum aperiri, & digitis prudenter circumduci, donec & alter inſeri poteſt: Jam ſi digitos ad fundum uteri uſque exporrigere poſſis, quærendus eſt locus, ubi ſecundinæ utero adhærent, & digito inter uterum, & placentam inſerto caute hæc divellenda; cavendum vero ne forte ipſum apprehendas uterum, quem facile dignoſces, cum placenta ob vaſorum congeriem admodum inæqualis, & durioris ſit ſuperficiei. *Secundina retenta.*

„ Secundina retenta brevi poſt putreſcit, hinc „ febris, & dolor ventris inſignis, & tormina „ infra umbilicum circa uteri regionem ſuper- *Symptomata ſecundinæ retentæ.*

„ veniunt; ſin fruſtulatim prodeat, aliquando „ crudelem hæmorrhagiam excitat, adeſt difficultas anhelitus, halitus fœtens intolerabilis, „ lipothymiæ; & tandem convulſiones. Quæ „ per genitalia excernuntur, poſt aliquot dies „ ſunt ſanioſa; & horrende fœtida; unde etiam „ lochia fœtorem cadaveroſum referentia partem „ ſecundinarum in utero relictam indicant; quæ „ ſucceſſive ſub putrilaginis forma ex utero effluit.

Remedia pellentia. *Art.* 2926. Remedia ſecundinas pellentia eadem fere ſunt ac ea, quæ in partu difficili, & „ fœtu mortuo uſurpari ſolent, ſpeciatim *pulvis* „ *ſecundin. human. præp.* item *pulvis ſabin.* ʒß. „ *cum croc.* ℈ß. *&* *oleum ſuccin. borax*, *caſtoreum*, „ &c. Euporiſton vulgare pro uſo externo eſt cataplaſma *ex ſem. lini in oleo lini coct.* De injectionibus & peſſis vide locum *p.* 1128.

Platneri ſententia.

Naturalis ſecundinæ prolapſus. *Art.* 2927. Quoties infans protractus eſt, umbilicus ad alterum tranſverſum digitum a ventre lino conſtringitur paulo pleniori, & præciditur, ligata etiam illa umbilici parte, quæ a ſecundis dependet. Sequuntur plerumque ſecundæ, quæ vero, ſi utero nimium inhærent, extrahendæ ſunt. Ob id obſtetrix præciſi umbilici finem ſiniſtre prehendit, & hujus digitis circumdat, dextra autem umbilicum ad ſecundas uſque ſequitur, atque eum leniter trahit, concutitque, donec tandem ſecundæ excidant. Si majori vi adducitur umbilicus, nonunquam fit, ut is rumpatur, & periculoſa ſanguinis profuſio concitetur, vel ut, cum ſecundis, ipſe uterus invertatur, provolvaturque. Interea, dum obſtetrix hoc molitur, imperandum eſt mulieri, ut animam com-

comprimat, tuſſiatque, quod, preſſis a diaphragmate abdominis viſceribus, ſecundæ melius eliciuntur. Nec alienum eſt, interea alicujus feminæ manu parturientis ventrem, multa tamen adhibita moderatione, premi, atque fricari.

Art. 2928. Ubi autem, id quod crebrius incidit, ſecundæ non ſequuntur, ſed penitus ad uterum adhæreſcunt, ea diſſenſio inter medentes eſt, quod alii neceſſarium eſſe contendunt ſecundas protinus, demiſſis in uterum unctæ manus digitis, diduci, atque protrahi, alii vero hoc naturæ committunt, qui aſſeverant, illas ab utero ſe contrahente, nulla alia vi adhibita, expelli, ut ſponte excidant. Pro utraque ſententia experimenta adferuntur, quibus id probatur. Igitur hi, qui feſtinandum eſſe volunt, neceſſarium eſſe proponunt, ut obſtetrix, protracto infante, manum protinus in uterum, hiante adhuc ejus ore, demittat, & digitos inter uterum, & ſecundas, harum videlicet extremam oram, ita inſerat, ut molles digitorum apices utero, duri ungues ſecundis, obverſi ſint, utque has ſic glubendo quaſi ab utero diducet, & cum coacto ſanguine, aliiſque, quæ intus ſunt, eximat. Addunt eo tempore ſine moleſtia totam manum intus eſſe poſſe, contracto autem utero, ejus os ita rurſus arctari, ut manus in eum inſeri nequeat. Jubent etiam, ſi ſecundæ vel omnes, vel earum diſruptarum partes, a minus perita obſtetrice in utero relictæ fuerint, unctæ manus digito indice os uteri iterum adaperire, rurſuſque alterum demittere, & per has eaſdem occaſiones alteros, donec tota eſſe intus manus poſſit, atque ſic omnia, quæ utero inhærent, educere. Probant enim, ex diſruptis & in utero relictis ſecundis, ſæpe ſanguinem cum periculo ruere, & hunc vix conquieſcere, niſi utero con-

Secundina retenta quid faciendum.

tracto, nec vero uterum contrahi poſſe, niſi ille vacuus fuerit. Adunt, ſi nullum ex ſanguinis fluxu oriatur periculum, illa, quæ utero inhæreſcunt, tandem corrumpi, ita, ut vitium etiam ad uterum, & ab hoc ad totius corporis humida tranſeat, vel ea in carnes informes, quas molas vocant, verti, non raro cum muliere ſeneſcente. Has vero non prohibere tantum, quo minus fœmina iterum concipere poſſit, ſed etiam alia graviſſimorum morborum genera parere. Alii vero, qui contrariam viam ingrediendam eſſe volunt, probant, hanc ſecundas evellendi rationem valde periculoſam eſſe, violari enim uterum, & in hoc inflammationem concitari, relinqui non raro exulcerationes, ac varii generis tumores, immo carcinomata. Minus periculi eſſe, ſi, contrahente ſe ſe utero, ſponte ſecedant ſecundæ, hoc vix non ſemper fieri, cum ipſe uterus in ima internaque ſua parte muſculum habeat, fibraſque in orbem ductas, quarum actione ille excutiantur.

Eadem nimis cito extrahi non oportet. *Art.* 2929. Multa profecto genera, & tempora periculi ſunt, ſi ſecundæ valde inhæreſcentes, vi adhibita diducuntur. Quare magis tutum omnino videtur, ſi protracto infante, ſine mora aduci poſſunt ſecundæ. Sed vero, cum id ſæpe nonniſi ægerrime, fiat, nec ad eas eximendas adeo properandum eſſe, plures in arte exercitati viri præcipiunt, qui jubent, ut, niſi aliud quid, veluti gravior ſanguinis profuſio, id exigat, feminæ temporis parum detur, quo e laboribus reſpirare poſſit, vireſque recolligere. Eam quoque ſi in ſedili partum ediderit, reſupinam in lectulo collocandam eſſe, cum ſic non tam facile ipſe uterus ſecundas manu tractas ſequatur. Sæpe etiam fieri, ut, contracto paulatim utero ſecundæ, quæ ab initio non, niſi vi adhibita diduci

duci potuiſſent, ſine negotio, tracto concuſſoque paulululum umbilico, excidant.

Art. 2930. Edito infante, eductiſque ſecundis, mulieris pudenda panno tepefacto operienda ſunt, ne aer uterum, tunc apertum, offendat. Femina in lectulo collocanda eſt, & illi ſi jam numeroſum partum edidit, faſcia, qua venter paululum adſtringitur, injicienda. Hæc ſupervacanea plerumque eſſe ſolet in femina, quæ primum partum enixa eſt, cum illa tantum infirmitatem relaxati uteri, peritonæi, atque muſculorum abdominis, ſi qua eſt, adjuvare poſſit. Ea vero ſi arctius circumdatur, & nimium, præcipue uterum, premit, omnibus valde nocitura eſt. *Educta ſecunda regimen obſervandũ.*

L O C H I A.

Mercurialis ſententia.

Art. 2931. Sunt quædam aliæ purgationes muliebres, quæ dicuntur Lochia, Latini appellant Puerperium, & ſunt iſtæ purgationes, quas omnes mulieres patiuntur, quando pepererunt, vel quando abortum fecerunt, quarum purgationum quantitas diverſa eſt a quantitate menſtruorum. Si femellam mulier pepererit durat hujuſmodi purgatio ad ſummum 42. dies ad minus vero 30. ſi marem pepererit ad ſummum durat dies 30. ad minus vero 20. quamquam, & in hac re nonnihil diverſitatis eſt, quia quæ abortiunt, prout fœtus aborſus, vel grandiuſculus eſt, vel minor, ita & magis, & minus durat hujuſmodi purgatio. *Lochiorum fluxus deſcriptio.*

Curatio vero lochiorum nimium aut parum fluentium eadem, ac quæ pro menſibus ſimiliter vitiatis inſtituitur. Mirum ſane hunc auctorem de morbis mulierum ex profeſſo agentem Lochiorum niſi perfunctoriæ meminiſſe.

Ettmulleri ſententia.

Lochiorum fluxus ratio. *Art.* 2932. Poſt partum uterus denuo fibrarum ſuarum beneficio ſe contrahit, ſicque ſpongiæ inſtar compreſſæ liquores contentos exprimit, unde purgamenta ſeu lochia ſuccedunt. Effluit primo ſanguis fere purus, hinc dilutior, & poſtremo materia mucoſa alba: quantitas & tempus durationis hujus purgationis varium eſt; nonnullæ ad dies quindecim purgantur, aliæ ad octo ſolummodo.

Sudor. *Art.* 2933. Sudor puerperis eſt proficuus uſque ad diem ſeptimum vel nonum; & ſi hoc eveniat, incolumes ſunt; aliter vix ſine febre aut aliis gravioribus ſymptomatibus puerperium tranſigunt, ſed cavendum eſt, ne *nimius ſudor* lochiorum fluxum ſiſtat.

Cautela. *Art.* 2934. Cautus ſit medicus; ne turbet motum naturæ, cum lochia per aliena loca excernantur; fit enim aliquando cum euphoria. „ Si

De lochiorū ſuppreſſione. „ quando cum lochiorum ſuppreſſione ſanguinis „ perturbatio inſignis cum vomitu, ſiti, & vigi- „ liis adfuerit; ſæpe *laudanum croco* admiſtum „ cum fœlici ſucceſſu exhibitum novi (inquit „ *Vvillisius.*) Dolentibus mammis poſt partum, „ lactis cauſa, lochia ſupprimuntur frequentiſ- „ ſime; remittente mammarum dolore lochia li- „ bertati reſtituuntur, ut recte obſervavit *Ba-* „ *glivus.*

Remedia ad fluxum promovendum. *Art.* 2935. Ad lochiorum fluxum promovendum conducunt ſequentia, ex *myrrha præparata*, *crocus*, *borax*, *caſtoreum*, *radix zedoariæ*, *antimonium diaphoreticum*, *ſperma ceti*, ad ſanguinem fluidum reddendum in ſymptomatibus gravioribus, *laudanum*, *emmenagoga omnia*, *ariſtolochia*

fere

fere præ cæteris fœtum mortuum ſecundinas, & lochia potenter movet.

Art. 2936. Ad fluxum lochiorum nimium conducunt *cydoniata, tinctura & ſyrupus e corallis, lapis hæmatitis, crocus martis aſtringens, blanda acida, trochiſci de carabe, Alumen ad* ℈j. *in conſerv. roſ. rub.* *In fluxu nimio.*

DOLORES POST PARTUM.

Verzaſchæ ſententia.

Art. 2937. Tormina puerperis adeo frequenter contingunt, ut pauciſſimæ ab iis immunes evadant, attamen propter illa medicorum opem implorare non ſolent, quoniam intra biduum, aut triduum ceſſant; ſi tamen dolores acerbiores fuerint, aut diutius perſeverarint, Medicos convocare coguntur, qui antequam remedia præſcribant, cauſam perluſtrare conantur. Cauſæ præcipuæ ſunt ſanguinis copia, craſſities, acrimonia, & vaſorum anguſtia, cum enim vaſa uteri per novem menſes ab ordinaria ſanguinis excretione ceſſarint, & ille interim magna copia congeſtus, nec non diuturniori mora craſſitiem, & acrimoniam adeptus fuerit, per anguſtas vias tranſeundo dolores parit, qui per intervalla recurrunt, quoties uterus novam ſanguinis excretionem molitur, qua peracta dolores feriantur, donec iterum alius ſanguis egredi conetur. *Torminum a partu cauſa.*

Art. 2938. Tormina a partu periculoſa non ſunt, ſed moleſta fiunt. Curatio illuc dirigenda, ut vaſa uteri laxentur, ſanguinis craſſities attenuetur, & acrimonia attemperetur. ♃. *Ol. amygd. dulc. recent. expreſs. unc.* j. *ſemis ſyrup. violar. purpur. unc.* j. *miſce pro una doſi matutina, & ſæpius repetatur:* ♃. *Rad. alth. unc.* j. *herb. quinq. emollient. Melliſs. ana man.* j. *Chamæmel. pug.* j. *Remedia.*

ſem. aniſi ʒij. *coq. & in colat. unc.* x. *diſſolv. mell. anthos, violar. ana unc.* j. *ſem. vitell. ovor. num.* j. *f. clyſter.* Oleum item, quod ſequitur, magnæ efficariæ eſt, quod tempore idoneo compoſitum in officinis pharmaceuticis aſſervari debet: ♃. *Rad. Ariſtoloch. rotund. Ireos, flor. pœoniæ ana unc.* j. *Cyper. unc. ſem. fol. ſicc. artemiſ. ſabin. rutæ, betonic. ſalv. ana man.* j. *flor. anthos, ſtœchad. lavendul. chamæmel. aneth. hyperic. ſambuc. ana man. ſem. Granor. laur. juniper. ana unc. ſemis ſemin. cucumer. rutæ, pœon. dauci, agni caſti ana* ʒiij. *caryophyllor. nuciſt. cinnamom. zingiber. ana* ʒij. *omnia contuſa & inciſa miſceantur, ac in ol. veteris lib.* vj. *macerentur, ſtent per ſeptimanam in vaſe fictil. clauſo, dein ſupra cineres calidos ſpatio* 4. *aut* 5. *horarum bulliant poſtea oleum exprimatur*, & ad uſum aſſervetur. Porro ſequens fotus præſcribatur: ♃. *Rad. alth. unc.* ij. *herb. quinq. emollient. ana man.* j. *Meliſs. Matricar. Artemiſ. man.* ij. *ſem. carvi unc. ſem. baccar. junip.* ʒij. *inciſa dentur ad ſacculos duos quadratos in lacte coquendos*, & hypogaſtrio tepide alternatim applicandos. ♃. *Conſ. flor. betonic. unc.* j. *major. melliſs. ana unc. ſem. nuc. indic. condit.* ʒiij. *ol. ſtill. aniſ. gutt.* vj. *cinnam. gutt.* iij. *ſyrup. beton. q. ſ. f. mixtura*, de qua pro beneplacito quantitas nuciſtæ ſumatur.

Ettmülleri ſententia.

Remedia ad dolores poſt partum. *Art.* 2939. Dolores poſt partum ſunt quaſi *teneſmus uterinus*, & cum vehementiores ſint, fluxum lochiorum impedire ſolent. *Herb. chærefol.* & *ſperma ceti* a practicis valde laudantur, & præcipue *oleum amygdalarum dulc.* item *decoctum flor. chamæm. antihyſterica*, & *nervina* (*anodyna* cum cautela adjunctis *antihyſtericis & croco*)

Tin-

„ *Tinctura ſuccini* cum aq. cinnamon. extracta „ & cum *exiguâ cinnamon. quantitate* temperata „ eſt ſpecificum (inquit *Baglivus*) egregius etiam eſt *bolus ad caſum*. Cepæ cum vino coctæ, & poſtea cum oleo in ſartagine frixæ, „ contuſæ, & ſupra ventrem calide more cataplaſmati applicatæ ſtatim dolorem ſedant; inquit *Bayrius*.

DE ACCIDENTIBUS QUIBUSDAM ALIIS, quibus aliquando obnoxiæ ſunt gravidæ & parturientes.

Ettmulleri ſententia.

Tumores œdematoſi.

Art. 2940. Gravidæ aliquando circa labia pudendorum œdematoſe intumeſcunt; in tali caſu fotus diſcutiens ex *calce viva* eſt egregius, teſte *Lyſero*. Item convenit fotus ex decoct. *fol. cham.* & *ſambuc.* in vino & aq. (vel potius in *vino* & *lixivio ten. coct.*) item *flor. melilot.* & *ſem. fœnugr.*

Alia accidentia.

Art. 2941. In pudendorum excoriatione vel ruptione prodeſt *oleum hyperici* & *roſar. cum ovis contuſ.* In fiſſuris *decoctum raparum*, aut linimentum ſequens, ♃. *cer. alb.* ℥ß. *ol. amygd. dulc.* ℥j. *balſam. peruv.* ʒiv. M. De ruptura *Perinæi* & curatione per ſuturam vide locum *p.* 1140. „ *Ruptura Perinæi* eſt malum miſerabile & valde „ moleſtum, & ſi non tempeſtive curatur, admodum indecorum futurum: ideoque obſtetricis eſt officium (quandocunque iſtud infortunium acciderit) rem non celare, (uti peſſimus mor obtinuit) ſed ſtatim auxilium *periti chirurgi* advocare, ut partes diſruptæ ſutura, „ ut artis eſt, conjungantur.

Ruptura Perinæi.

De lacte

Art. 2942. Ad lac fugandum applicetur mam-

mis

fugando & mammarum affectibus.

mis *emplaſtrum de cicuta*, lac imminuet, & indurationem prohibebit, item *diachyl. ſimpl.* & emulſio lactis in *ferrum candens*. Solenne eſt „ etiam mulierculis *lintea duplicata ſpiritu vini* „ *intincta* axillis ſupponere in eundem uſum. " In genere in omnibus mammarum affectibus mamilla affecta raro ad ſanitatem perducitur, niſi altera ſana lacte exſiccetur. Inflammationes mammarum rariſſime diſcutiuntur; aqua *calcis vivæ*, ſi quæ alia (forſan cum *ſale armoniaco*) inflammationem reſolvit, & diſcutit; prodeſt etiam *cataplaſma ex farinis*, *emplaſt. e ſpermate ceti*, *de cicuta*, &c. De tumore duro indolente ſcirrhoſo periculum eſt, ne in cancrum degeneret, *diſcutientibus* & *penetrantibus* tractandus eſt, ut *empl. de ranis cum mercurio*, de *cicuta cum ammoniaco*, &c.

Pujati ſententia.

Fatua toto geſtationis & puerperii tempore larga phlebotomia reſcipſcit.

Art. 2943. Mulier Narentina atrabilaris temperaturæ, compotationibuſque indulgens; primis menſibus, quibus uterum gerit, fatua fit. Fœtu enixo, puerperiique purgamentis parce fluentibus, remanet Maniaco Melancholica. A rudi gente a Lamiis credita divexari, ad Sacerdotes deducitur, a quorum uno aliquantulum naſutiore, pro digna, ut erat, quæ Antyciram navigaret, habita, ad me mittitur; eamque inſperato ac feliciſſime liberaliore e brachio, pedeque ſanguinis miſſione, nihil obſtante pulſu tenui, atque exiliſſimo, tempore eodem celebrata, acrioreque cathartico, ſanitati reſtitui, ſcienſque ac prudens Naronam rediit. An non in muliere ob atrabilare temperamentum tali morbo obnoxia, ſanguis a vino calefactus, cum per uterum exire non poſſet, metaſtaſi ad cerebrum facta,

facta, deliræ affectionis cauſa fuit? Verum quid opus pluribus? Cum etiam in naturali ſtatu habita molis ratione, major ſanguinis pars ad caput, quam ad reliquas corporis partes deferatur, ex Malpighii ramorum arterioſorum ad caput repantium contemplatione; ſi ſanguinis copia augeſcat; talis copiæ augmentum magis in capite, quam in aliis partibus manifeſtari debere mihi videtur. Hæc igitur ni fallor cauſa eſt, cur tam in menſibus viam non invenientibus, quam in gravidis, cum illis ſanguinis copia ſupereſt, caput potiſſimum, niſi aliqua pars male valens ad ſe morbum trahat, gravari, atque opprimi videamus.

FEBRIS LACTEA.

Friderici Hoffmanni ſententia.

Art. 2944. In puerperis tertio ut plurimum a partu die, febris ſupervenit ſymptomatica, lactea dicta, cujus origo nulla alia, quam quod ob uterum, enixo partu, iterum contractum, magnus ſanguinis ad mammas fit appulſus, quo corporibus glanduloſis, & fibris nerveis male affectis, dolor inducitur tenſivus, febrilem inſultum ciens. *Febris lactea cauſa.*

Ettmulleri ſententia.

Art. 2945. Circa tertium, vel quartum a partu diem ſupervenire ſolet febris, quam vocant *lacteam*, biduum vel triduum durans, dum lac perfectum in mammis generatur: circa ſeptimum aut nonum a partu diem ſudore blando terminatur, & raro ſub praxin medicam cadit. *Pulveres teſtacei*, & *blanda diaphoretica* indicationi *Febris lactea facillime curatur.*

ni ſatisfaciunt; promovendus eſt quoque *lochiorum fluxus*, eodem tempore, ſi non ſufficienter fluant.

Febres malignæ puerperarum. *Art.* 2946. In omnibus febribus acutis, & malignis puerperarum reſpiciendum eſt ad *lochiorum fluxum*, & ad ſymptomata in primis viis. Admodum periculoſæ ſunt hæ febres, niſi ſtatim in principio diarrhœa, lochiorum fluxu, aut ſimili evacuatione ſolvantur. In ſpecie tinnitus aurium, & gravitas capitis tertio aut quarto die ſupervenientes generis nervoſi ſymptomata graviora innuunt; quibus ſi accedant ſumma præcordiorum anxietas, reſpiratio difficilis cum pulſu debili, & inæquali, res deſperata eſt.

Curatio. *Art.* 2947. In his febribus ſumma habenda eſt ratio lochiorum; nam ſi ſuppreſſa fuerint, fluxus eorum eſt provocandus; ſi vero non amplius fluant, & antea rite fluxerint, febres hæ, *ut aliæ*, curandæ ſunt. Puerperarum febres ſunt plerumque *malignæ*; in quibus *ſal volat. CC. ſuccini*, *cinabaris antimonii*, *antihecticum Poterii*, *tinctura coral.* &c. ſunt valde proficua.

FEBRIS MILIARIS.

Hamiltoni ſententia.

Ratio nominis, & accurata morbi deſcriptio. *Art.* 2948. Febris *miliaris* a puſtulis ſive veſiculis ſeminis milii ſpeciem referentibus nomen accepit; febris *veſicularis* etiam appellari poteſt. Veſiculæ primo ſunt plenæ ſero limpido deinceps ſubflavo, perlarum colore non abſimili. Hæc febris eſt ſpecie duplex, viz. *ſimplex*, quoties hæ puſtulæ erumpunt ſolæ; *compoſita*, cum puſtulæ papillares rubræ miliaribus ſunt interſperſæ, quæ ubi ſolitariæ ſunt, vulgo appellantur *a Rash*. *Hiſtoria.* Hanc febrem ſæpe comitantur dolores

lores colici, nephritici, pleuritici, rheumatiſmatici, vel parturientis æmuli; nec non oppreſſio pectoris cum depreſſione ſpirituum, vigiliæ & ſpirituum commotio *a Hurry in the Head* vulgo dicta, quoties ægræ ad ſomnum ſe componunt, pulſus frequens, & debilis, &c. Hæ puſtulæ plerumque in pectore, collo & digitorum interſtitiis, interdum etiam in toto corpore ſunt conſpicuæ. Difficillimum eſt eruptionis diem aſſignare; quantum autem aſſequi poſſum, eas opinor decimo, aut undecimo die a principio plerumque pullulare; ſi modo febris habet progreſſum regularem; & circa decimum octavum, vel, ubi materia morbifica abundat, circa vigeſimum primum, vel ſecundum diem deſiccari.

Art. 2949. Eſt morbus uſitatiſſimus in puerperis (vocatur ab *Ettmullero febris purpurata*, pag. 401.) a primo calore interno vel dolore ante partum, ad eruptionem a partu, frequenter dies n. undecim. In puerperis hac febre correptis diarrhœa eſt ſymptoma periculoſum, eruptionem, & lochiorum fluxum impediens. Reſpiratio difficilis, vox faucibus hærens, & linguæ tremor, præcipue dyſpnœa nervos a periculoſa ſunt. *Puerperis frequenter accidit.*

Art. 2950. Ad curationem quod attinet, *teſtacea* ſunt exhibenda, quæ calorem fovent mediocrem, ſimul & edulcorant, & *diaphoreſin* promovent; *veſicatoria* ſunt applicanda alia poſt alia per totum fere morbi decurſum. ℞. *Sperm. cet. pulv. e chel. cancror. comp. ana* ℈j. *croc. gr.* v. *ſyr. paralyſ.* q. ſ. m. f. bolus ſexta quaque hora ſumendus. Spirituum defectus, & pectoris oppreſſio, cum ſuſpiriis ſunt hujus febris ſigna pathognomonica. *Antimonium diaphoreticum* eſt medicamentum ad puſtulas miliares emittendas; nec non ad levandum delirium, a me ſæpiſſime comprobatum doſ. ℈j. ſexta quaque hora. *Curatio.*

Meadii

Meadii ſententia.

Febris miliaris deſcriptio & cauſa.

Art. 2951. Hac nulla faciem magis variam oſtendit. Puſtulæ nimirum aſperæ per totum corpus citius, aut tardius prorumpunt; nunc rubræ, nunc albidæ, interdum illæ, his commixtæ; nunc minores, nunc elatiores, male olentes; ſuſpiria, & præcordiorum anxietates frequentiſſime premunt: accedunt non raro delirium, nervorumque diſtentiones. In longum trahit morbus; quodſi forte, non ſatis perfecta ſolutione, citius deſinat, malo corporis habitu ſæpe plectitur æger. Exanthemata rubra minus periculum afferunt, quam albida; illaque quo vividiora perſtant, eo ſunt tutiora. Ex hiſce liquet, ab humorum vitio magis quam aeris, adjuncta ſpirituum animalium labe, febrem hanc oriri, quam non uno & eodem modo, ſed cura alia atque alia, depellere oportet.

Quando in hac phlebotomia juvat.

Art. 2952. Cujuſcunque autem generis fuerint puſtulæ, ſanguis in principio, modo vires ſinant mittendus eſt; ſi corpus ſudoribus difluat, aut detractione abſtinendum, aut ea in diem unum aut alterum, vel in tempus opportunius, differenda eſt. Longe vero melius ferunt ſanguinis imminutionem exanthemata rubra, quam albida; cumque in utriſque veſicatoria ex uſu ſint, magis ſunt in his neceſſaria, & tum cervici, tum capiti; membriſque omnibus, temporis intervallis, imponi debent. Illud autem animadvertere oportet, quo minori copia miſſus fuerit ſanguis, eo tutius ut plurimum finiri morbum; deficientibus enim extremis diebus viribus, puſtulæ retrocedunt, & æger moritur.

Quando diaphoretica.

Art. 2953. Materiæ expulſionem adjuvare oportet medicamentis, quæ vim habent humores e

ſan-

ſanguine propellendi. Horum convenientiſſimum erit, pulvis bezoardicus, vel pulvis contrayervæ compoſitus, aut confectio cardiaca; adjuncto ſi inflammatio urgeat, nitro: quod quidem in omnibus fere febribus malignis, cardiacis dictis remediis, ſaltem in principio, admiſcere utile erit; Interdum etiam convenit, inclinato jam morbo, balneo tepido lavari, quo puſtularum reliquiæ foras exeant.

Art. 2954. Sin autem veſiculæ tantum exiguæ, pellucidæ, quæ vix cerni poſſunt, & innumeræ, conſiſtente morbo, aut ſub ejus finem, in cuticula ſe oſtenderint, non nimis diu internis ejus generis remediis inſiſtere oportet, niſi forte etiam valentiora, ægri vires longa valetudine exhauſtæ, requirant. Vim enim febrem ſolvendi non habent humidæ iſtiuſmodi ſummæ cutis aſperitudines, at difficilem, & longam plerumque ægritudinem indicant: idcirco nondum intermiſſo veſicatoriorum uſu, per alias vias, maxime autem per inteſtina, expurgandus erit morbi fomes; quæ rhabarbaro, vel manna, adjecto ſale Glauberi, commode laxabuntur.

Febris hæc quãdo veſicantia & alvũ laxantia exigat.

Art. 2955. Illud in hoc morbo interdum uſu venit, ut non uno ſolutionis genere, ſed alio, atque alio finiatur; eſt enim ubi pluribus ſimul, quod & in aliis, quæ malignæ dicuntur, febribus ſæpiſſime contingit. Ita nonnunquam, ejecta eodem tempore per alias vias morbi materia, aphtæ palatum, & os totum occupant, & ad uvam, fauceſque deſcendunt. Hæ cum ſingultu plerumque incipiunt: & ſi albidæ cum humore copioſo prorumpant, multumque ſalivæ expuatur, non magnum periculum, ſed ſalutem potius oſtendunt, morbumque ſolvunt; ſin contra nigræ exoriantur, & ægre materia exeat, id plerumque peſtiferum eſt, ſtrangulatis nimirum

Per diverſa loca ſæpe Aphtis editis criſin intentat.

rum faucibus vi pituitæ obſceſſis. In his omnibus gargarizationes fieri debent decocto hordei, addito ſyrupo mororum, aut alio conſimili; vel etiam decocto pectorali dicto. Neque enim reprimentia quocumque modo adhibenda ſunt.

Cortex peruvianus cur utilis. *Art.* 2956. Mirabitur fortaſſe quis Sydenhamum, tum ad ipſam hanc febrem, tum ad ulcuſcula iſta, corticis Peruviani uſum præcipere; quem ſibi ſemper bene ceſſiſſe dicit. Id autem non temere fecit ſagax ille Medicus: haud raro enim intermittit iſta febris, non apparentibus aphtis; ſæpius vero, his decedentibus, deſinit. In utroque caſu inſigne hoc antidotum quam maxime prodeſt. Summus ille vir morborum recurſus, *Hippocratis* exemplo, obſervare ſolitus, quos pro vario cœli more iiſdem anni temporibus variare plerumque comperiit, primus apud Anglos febrem hanc deſcripſit, quam anno 1684. poſtquam frigore graviſſimo, longoque ſævierat hiems, menſe Februario anni inſequentis ortam fuiſſe animadvertit. Hinc credere par eſt gelu nimio conſtrictas ſummi corporis fibras, indeque humores, imminuta perſpiratione, acriores factos illam genuiſſe.

DELIRIUM IN PUERPERIO.

Deliriũ in puerperis. *Art.* 2957. " Delirium in puerperis eſt ſymptoma graviſſimum in morte ſæpiſſime deſinens, vel in maniam diuturnam aliquando perpetuam tranſiens.

Curatio. *Art.* 2958. " Remediis internis fluxus lochiorum, ſi opus ſit, eſt ſedulo promovendus; tibiis applicanda ſunt *emplaſtra epiſpaſtica*, & plantis pedum cataplaſma ſequens, ℞. *Capit. papav. cum ſeminibus contuſ.* ℥iv. *ſal. armoniac.* ℥ß. *ſtercoris bovis recent.* ℔j. *ſp. vin.* q. ſ. m. f. cataplaſma.

DIAR-

DIARRHOEA PUERPERARUM.

Hecqueti ſententia.

Art. 2959. Alvi fluxus adeo funeſtus puerperis a nulla quidem alia cauſa oritur, quam ab alimenti copia, qua eædem infarciuntur. Siquidem præter inſignem imi ventris perturbationem, a qua ordinaria ac neceſſaria concoctio pervertitur, præſertim ea, quæ fieri debet in venis, virtus ſyſtaltica, hinc ad lochia expellenda, illinc vero ad ſanguinis motum per ſua vaſa conſervandum ſatis occupata ab immodica ſucci chiloſi redundantia oneratur. Hinc degeneres ac imperfectæ coctiones ſub forma excretionum, potius ac ſecretionum præcipites ſe dant, & alvi fluxum ingentem edunt, qui non tam ægri vires fatiſcit, verum etiam circulationis leges pervertit atque confundit. Num oportebit aliunde congeſtionum, inflammationumque accedentium cauſam animalem œconomiam funditus evertentem mutuari? Nequaquam profecto: quin imo pauco admodum ſucco alimentitio ſanguinem ſubeunte natura paucis viribus erecta eundem lentiſsime digerit, & conſtituto ordine ſingulas corporis partes proportionaliter reficit. *Alvi fluxus puerperarum cauſa.*

Art. 2960. Hinc methodus hujuſmodi diarrhœas tractandi innoteſcit. Nam niſi pauco miniſtrato ſucco nutritio, & phlebotomia imminuto ſanguine ad inflammationem prono, ſi ægra orizæ aqua valde pellucida utpote opportuno diluente utitur, non ſolum magna pars materiæ alvi fluxum producentis ſubtrahitur, verum etiam naturæ vires confirmantur, ut quantitatem ſucci quo onorata fuit ſubigere poſſit. Hinc eadem idonea evadit laudabiles peragendi diſtributiones. *Curatio.*

Tunc etiam Apozemata confortantia, & Anodyna cum Diaſcordio aqua Scorzoneræ incocto, vel plus minuſque Syrupo diacodii medicata, adjecto parum aquæ Cinnamomi hordeatæ, & cochleatim exhibita ad ſpiritus componendos ſummopere utilia inveniuntur. Et ſi neceſſitas urget deveniendum quoque erit ad granum dimidium vel integrum Laudani, addendum Diaſcordio, & veſpere ſumendum. Conferunt etiam clyſteres ex decocto hordei vel furfuris abſque melle; ſed præcæteris curandum erit, ut ægra aquam orizæ tepide jugiter hauriat.

PROCIDENTIA UTERI.

Ballonii ſententia.

Procidentiæ uteri cauſa.

Art. 2961. Omnis procidentia partis fit aut propter laxitatem, aut mollitiem, aut reſolutionem muſculorum aut ligamentorum, quibus pars unaquæque continetur, ac firmatur, ſive cauſa ſit interna, ſive externa. Sic prolabitur uterus relaxatis vinculis, quibus uterus coaleſcit, adjungitur, movetur, nutritur, ſive refrigeratione uteri, & appendicum, ut contingit mulieribus lotricibus, aut quæ frigidiſſimis lapidibus aut aqua inſident, ſive mucoſa ſit ſubſtantia tum in corpore uteri, tum in acetabulis, ut gravior factus uterus ſuo non contineatur loco, ſive id ab externo aere frigido proveniat maxime tempore menſtruorum hiante utero, caſu, motu, reſolutione ipſa, & paralyſi, accedit & coeundi libido. Difficilis partus maxime id facit, quod rumpantur aliquando appendices ad oſſa pubis pertinentes, aut peritonæon. Sunt qui tenſionem inferiorum ligamentorum id poſſe inducere dicunt, ſed errant, quum ea occaſione potius ad

oſſa

oſſa pubis traheretur potius. *Aetius* violentam ſecundinarum extractionem, aut inartificioſam fœtus extractionem, aut nimiam ſpiritus retentionem (ut quum nimium nitimur cohibito ſpiritu in egerendo) partuum frequentiam, terrores, animi affectus, immenſi ponderis ſublationem, periculi metum cauſam eſſe cenſuit: ut quemadmodum totum corpus præſente periculo cohorreſcit, concutitur, ac diſſolvitur, ita & uterus.

Art. 2962. Prolapſus gravior eſt quam deſcenſus, quod everſus uterus foras totus procidat, ejuſque fundus promineat, & manu attrectetur anſerini ovi magnitudine. *Aetius* ſtruthiocameli ovo ſimile quid eſſe putat. Quæritur an totus uterus procidat, an vero pars aliqua tantum. Si itaque peritonœum rumpatur, aut laxetur, uterus provolvitur, aut procidit in aliis magis, in aliis minus; de quæſtione an uterus totus procidat, non eſt adhuc ratum inter veteres. *Aetius* ex *Sorano* ita de utero prolapſo ſentit: prolabitur uterus, cum ita evertitur, ut foras promineat. Nec enim totus a ſuis appendicibus excidit. Alioqui id incurabile foret. Contra nititur Arabum auctoritas, qui exiſtimant totum excidere prolabique poſſe. *Aetio Paulus* ſubſcribit, aitque, quidam vero totam vulvam prolabi putant, ſed hoc falſum eſt. Nos autem ut utroſque conciliemus, ita interpretari oporet procidentiæ nomen, ut uterus plane non ſit abſolutus, & ligamentis non contentus, ſed tamen quum magna laxitas eſt, omnino invertitur, ac ſi a nulla re penderet, ſignumque magnæ reſolutionis, laxitatiſque exiſtit. Sic aliquando collum, aliquando fundum excidit. Quum collum excidit, veluti glans viri rubens apparet, quæ ſe in ore pudendi profert cum

Diſtinctio inter deſcenſum uteri ejuſque prolapſum.

ſuo foramine, quum fundum vero prolabitur, abſoluta inverſio apparet.

Deſcenſus uteri diagnoſis. *Art.* 2963. Si deſcenſus uteri ſit extra vulvam, vel etiam intra eam exigua tumoris ſpecie apparet, percipitque obſtetrix uterum pudendo obvium; ſi autem laborans erecta ſteterit, quoddam gravitatis pondus in pudendum incumbere ſenſit, ſi vero ſedeat, aut ſupina jaceat, vel alvum exoneret, quaſi onere rectum inteſtinum, aut etiam veſicam premi animadvertit, ſin prona jaceat, urinæ difficultate premitur, & viri congreſſum, amplexuſque venereos refugit, & pertimeſcit.

Prolapſus uteri diagnoſis. *Art.* 2964. Procidentia uteri eſt, quum uterus procidit foras, ejus fundus prominet, & manu attrectari poteſt anſerini, aut majoris alicujus ovi magnitudine, in cujus ima parte foramen conſpicuum eſt, quod internum eſt uteri ipſius orificium. Initio partium circumjacentium puta lumborum, hypogaſtrii, & pudendi dolor inſignis, febris magna, & hæmorrhagia laborantem exercent ob ligamentorum tenſionem, & ruptionem, ſed poſt aliquod temporis intervallum dolore miteſcente dumtaxat gravitatis, & ponderis ſenſus percipitur, moleſtiamque non levem percipit mulier, ſi quando ambulare, & incedere cogatur.

Cauſarum deſcenſus & prolapſus diagnoſis. *Art.* 2965. Si ruptio aliqua præceſſit ob immoderatum ſanguinis profluvium ſæpius laborans in ſummum vitæ diſcrimen conjicitur, excrementorumque alvi, & urinæ ſuppreſſiones contingunt: Quum vero a laxitate ligamentorum uteri decidentia aut prolapſus oritur, pedetentim malum fit, vireſque acquirit eundo, non adeo vehemens dolor ægram fatigat, affligitque; præceſſerunt cauſæ appendices uteri laxantes, & humectantes, ut inſeſſus in aquis, ſeſſio ſuper lapidi-

pidibus frigidis, victus ratio humidior, aut uteri hydrops. Denique quum ab ulcere ligamentorum eroſio contingit, ut ulceris indicia apparent ita purulenta quædam colluvies ſenſim per ſinum pudoris ſtillat & effluit.

Ettmulleri ſententia.

Art. 2966. Uteri procidentia vel magis proprie *prolapſus ſinus pudoris*, *ſeu vaginæ* in initio eſt tantum exiguus tumor foras propendens inter pudendi labia, in majorem molem concreſcere ſolet ad magnitudinem ovi anſerini, aliquando capitis infantis, & ad genua uſque propendens; interdum ulceratur, immo gangræneſcit. Ortum plerumque ducit a fluore albo, vel a partu difficili, vel ab impetu obſtetricis, hæc poſtrema eſt fere incurabilis. *Uteri procidẽtia.*

Art. 2967. Pars prolapſa convenienter in ſitum naturalem reponenda eſt; *fotus aſtringentes* ſunt uſurpandi in *vino rubro & aqua ferrariorum* decoct. quemadmodum in ano prolapſo (2587.) item *fotus metoproctoticus* Sydenhami ſequens; ℞. *Cort. querc.* ℥ij. *coq. in aq. font.* ℔iv. *ad dimid. ſub finem addendo cort. granat. contuſ.* ℥j. *flor. rub. granat. ana* Mij. *deinde add. vin. rub.* ℔ß. *colatura ſit pro fotu.* " *Peſſi ſuberei* ſyndone involuti in„ terdum adhibentur. Interna ſint *Rhabarbarum*, „ *calomel. chalybeata* & *amara*, & ut verbo di„ cam remedia *ad cachexiam & fluorem album*. „ Decubitus in lecto ad aliquot ſeptimanas non„ nullas hoc malo liberavit. „ Abſcindi poteſt imminente *Gangræna*, de qua operatione conſulantur ſcriptores chirurgi. " Utcunque recordan„ dum eſt *peritiſſimi Barbetti* effatum. Uterum „ (inquit ille) ſine vitæ periculo poſſe exſcin„ di, quemadmodum multi medici ſcribere au- *Curatio.*

„ ſi fuerunt, perito anatomico intolerabile cen-
„ ſetur.

Platneri ſententia.

Prolapſus in parturientibus. *Art.* 2968. In hujus mali curatione properandum eſt, & protinus uterus manu recondendus eſt. Fœmina quietem ſervare, & non aliter cubare debet, quam extentis cruribus, & compreſſis in unum, etiam faſcia deligatis feminibus. Ubi devolutus uterus non protinus repoſitus fuit, iſque contrahente ſe ore interno premitur, ſæpe fœminæ cita, & fere inopina morte rapiuntur, vel iis magna inflammatio & gangræna naſcitur.

Si ex vitio uteri morbus eſt, ejus curatio. *Art.* 2969. Totus autem uterus cum ore interno deſcendit, & ex naturalibus partibus prolabitur, ſi ejus ſic dicta ligamenta, quibus uterus in ſede ſua continetur, cum cæteris partibus relaxata ſunt, vel ſi uterus ipſe ſcirrho ſimilis induratus eſt, & tumidus, atque ſic ponderoſior delabitur. Nec hoc malum ſemper tolli poteſt; ubi enim vetuſtas acceſſit, parum ſpei ſupereſt, & ubi in utero ſcirrhus, vel carcinoma eſt, omnia curationibus irritantur. Si relaxata ſunt, ligamenta, vitium recenti re tolli poteſt. Reſupina colocanda eſt mulier, & id quod devolutum eſt, ſuſpenſa manu recondendum. Admoveri poſſunt fomenta ex reprimentibus, etiam ſuffimenta. Hæc vero medicamenta, ſi iis nimis valenter retenta fuerit materia, nocere poſſunt: quare præſtat, peſſis uti, quæ naturalibus condita, uterum, ne rurſus delabi poſſit, prohibent. Fiunt autem ex ſubere, & cera obducuntur. Ut menſtruis, aliiſque humidis, in pudenda confluentibus exitus detur, peſſos perforatos eſſe convenit, qui etiam magnitudini naturalium aptari debent.

Præ ceteris omnibus quies neceſſaria eſt, & ut fœmina reſupina cubet. Interdum ſi vitium recens fuit, & fœmina junior eſt, his peſſis per tempus admotis uterus in ſedem ſuam revertit, & in ea manet. Aliis autem peſſi auxilium per omnem vitam neceſſarium eſt.

Art. 2970. Frequentiſſimum vero inter hæc vitium eſt, ſi pudendi, vel ſic dictæ vaginæ tunica relaxata procedit, cujus rei varius modus, atque varia figura eſt. Interdum ora circum circa reſoluta devolvuntur, & botuli quaſi in modum, ex verendis dependet. Nonnumquam in uno latere id, quod relaxatum eſt, in tumorem excreſcit ingentem, & qui verum, atque ingens ſarcoma repræſentat. Id quod deſcendit non raro inflammationem accipit, quandoque etiam illud, quoniam veſtimentis affricatur, exaſperatur, induraturque. Malum plerumque naſcitur, ſi a frequenti laborioſoque partu, vel a nimio humorum profluvio, etiam ab admotis extrinſecus emollientibus, tunicæ relaxatæ ſunt. *Vagina uteri prolapſus.*

Art. 2971. Vitio, ſi recens eſt, mederi poteſt Chirurgus, ſi id, quod devolutum eſt recondit, & fomenta, ſuffituſque, quibus reprimendi facultas eſt, admovet. Oportet vero feminam quietem ſervare, & ſupinam, compreſſis, adſtrictisque femoribus jacere. Id quod menſtrua ſupprimere poteſt, hic ſedulo arcendum eſt, & illo tempore quo provenire ſolent, ab omni medicamentorum genere abſtinere. Si inflammatio ſe oſtendit, fomenta adhibenda ſunt adverſus eam idonea. Ubi autem in illis pudendi tunicis magna imbecillitas eſt, perfecta curatio ſperari nequit, quare admota faſcia id, quod deſcendit involvendum eſt, ne injuriis externis exaſperetur. Si autem hoc in magnum tumorem excrevit, & hic ad radicem tenuior eſt, ſcalpello præcidi, *Ejus curatio.*

vel id quod magis tutum eſt, vinciendo tolli poteſt.

CAPUT XV.

Sive Faſciculus Morborum decimus quintus.

MORBI INFANTUM in genere.

Hippocratis ſententia.

Infantum & adoleſcentulorum natura.

Art. 2972. INfantes, quibus in ſugendo tuſſis inſtat, uvam majorem habere ſolent, ignis impetus aquæ dominatur: ideo calidos eſſe adoleſcentes patet, quia huic ex puero conſumptum eſt, partim in augmentum corporis, partim in motum ignis, partim præ laboribus, ac exercitiis; Nec præterit nos ſubdit *Galenus* adoleſcentulos ob ætatem eſſe, non ad vitæ ſortem calidos: ut etiam adultos, at quamquam hæc ætas eſt omnium optima, dummodo recte vivant, & idcirco plurimum ſanguinis humorem habent: tamen ſi cibi copiam ingerant, ſuccos progignunt copioſe crudos, & deinde ab hac ætate amarulenta ſubit bilis, abundans, quæ crocea, ac flava appellatur. Ex hujus humore dominante fiunt febres ardentes, & in his ſanguis erumpit, ſiquidem bilis ſanguini permixta poſtquam eum deuſſit, multum calorem ad caput cum eo ſubvehens, venis narium diſruptis, ſanguinis efficit eruptiones, propterea ait Hippocrates: Sanguis plurimis erupit præcipue adoleſcentulis, & adultis, quorum periit maxima pars, quibus ſanguis non erupit.

Art.

Morbi quibus Infantes pueri & adoleſcentes ſubjiciuntur.

Art. 2973. In ætatibus autem talia eveniunt. Parvis quidem, & recens natis, pueris aphtæ, vomitus, tuſſes, vigiliæ, pavores, umbilici inflammationes, aurium humiditates. Ad dentitionem vero accedentibus gingivarum pruritus, febres, convulſiones, alvi profluvia, & maxime ubi caninos dentes producunt, & iis qui inter pueros ſunt craſſiſſimi, & qui alvos duras habent. Ipſis vero grandiuſculis, tonſillarum inflammationes, vertebræ in occipitio introrſum luxationes, aſthmata, calculi, lumbrici rotundi, aſcarides, verrucæ penſiles, ſatyriaſmi, ſtrumæ, & alia tubercula, præcipue ante dicta. Grandioribus adhuc, & ad pubertatem accedentibus plurima ex his, & febres diuturnæ potius, & ex naribus ſanguinis fluxiones. Juvenibus autem ſanguinis ſpuitiones, tabes, febres acutæ, epilepſiæ, & alii morbi, ſed præcipue ſupra nominati. Ultra hanc ætatem provectis, aſthmata, pleuritides, peripneumoniæ, lethargi, phrenitides, febres ardentes, alvi profluvia diuturna, choleræ, dyſenteriæ, lienteriæ, hæmorrhoides. Senibus &c.

Harriſii ſententia.

Infantũ morbi ab una cauſa nempe acido plerumque uriuntur.

Art. 2974. Temperies infantum humidiſſima eſt, & morbi eorum univerſi ejuſdem generis ſunt, & ab una eademque cauſa ut plurimum producuntur: quemcunque enim affectum pati deprehenduntur infantes, hoc vel illo nomine inſignitum, raro aut nunquam iis deeſſe *fæces acidum redolentes*, & maxime ab initio ructuum acidorum copiam obſervare potui; ergo ſymptomata infantum ſingula, *acido*, ut parenti, ortum ſuum debent. " Ἄρα ὀξὺς χυμὸς ἀνεπιτήδειος " τῶν λοιπῶν μάλιστα ἐστι (inquit *Hippocrates de vet. med.*

Art.

Diagnoſis morborum quibus criteriis inveſtigāda eſt. *Art.* 2975. Faciliime in morbos dilabuntur infantes, & niſi imperitius tractentur, facillime in ſanitatem reſtituuntur. Percontandum eſt, an nauſea & vomitu, & quandiu laborarint, an lac vel cibum coagulatum ejecerint; an importuni vagitus, vigiliæ & inquietudo torminibus ventris eos excruciari indicarint; an ructus acidi vel ſingultus emittantur; an tuſſis adſit; an ſedes vel pauciores quam par eſt, vel frequentiores fuerint; quo colore demum inficiantur, an albidæ, virideſcentes, vel bile ſint admodum ſaturatæ, an ſitiant & febricitent; an ſint ulcuſcula in ore (*Aphtha dicta*;) an iis ſolemnis ſit ichor depluens pone aures; an epileptici ſint; an tempus ſit dentitionis; an tumeſcat abdomen; an color ſit ictericus, vel phlegmonoides, &c.

Nulla pulſus aut urina habenda eſt ratio. *Art.* 2976. Totidem ſunt, quæ infantum pulſum accelerant, vel alias immutant, ut ſententia exinde lata ut plurimum fallax futura ſit. Urinæ infantum ſanitate recta gaudentium ſunt craſſiſſimæ, adeo ut fere nulla exinde exurgat indicatio.

Cauſa procatarctica morborum infantilium. *Aut.* 2977. Cauſæ procatarcticæ morborum infantilium ſunt variæ, nimirum interdum præexiſtunt diatheſes morboſæ hæreditariæ a principiorum generationis conditione ac ſtatu deductæ, aut a matre gravida plurimum pendentes; poſt has, cauſæ eorum affectus propius reſpicientes ad quatuor capita referri poſſunt. 1. Ad *frigus ſuſceptum* quod affectibus febrilibus infantes diſponit, &c. 2. *Nuticis lac magis craſſum*; quod debetur vel intemperantiæ lactanti circa liquores ſpirituoſos, vel circa amplexus venereos (unde moventur menſes, vel paſſiones hyſtericæ, ſi nutrix ſit hyſterica. 3. Ad *præmaturam carnium deglutitionem*, quæ cruditates pa-

rit, exinde lumbrici & plurima incommoda? 4. Ad *potum liquorum ſpiritibus abundantium* conceſſum. Ventriculus infantum, a quacunque cauſa id primario pendet, in acidam intemperiem nunquam non faceſſit, unde fit quod alimentum ſuum nequaquam in homogeneam chyli ſubſtantiam rite conteratur, verum in quoddam coagulatum tranſeat, ex quo morbi fere omnes iis contingunt; quodque iſtiuſmodi coagulatio aut cuipiam aciditatis gradui jugiter innitatur, aut ſaltem exinde proficiſcatur multo ſæpius, quam ab alia quavis cauſa, luculentiſſime conſtabit, ſi quæ ſenſibus ipſis, aut demum curationi (quæ acidum obtundentibus, & coagulationes ſolventibus optime inſtituitur) fides certo ahiberi poteſt.

Hypotheſis de acido confirmatur ex curationis methodo per abſorbentia.

Art. 2978. Saltem ſi omnimodo vera non ſit noſtra hypotheſis de acido in omnibus puerorum affectibus prædominium habente, votis noſtris abunde ſufficiet, ſi per *teſtacea* & *remedia abſorbentia* dicta curationis methodus efficacior ac certior, quam ea, quæ hactenus paſſim obtinuit, evadat (quod experturo facile patebit.)

Prognoſis ex conformatione, & corporis habitu, &c.

Art. 2979. *Corpulenti* & *obœſi infantes*, pituita diffluentes, verticis regionem mollem (pulpæ adinſtar tremulæ) & apertam, quam dicunt, Anglice *an open Mould*, ab anteriore ad poſteriorem cranii ſuturam perſæpe excurrentem diutius retinentes, Rachitidi, tuſſi convulſivæ, aphthis difficulter cedentibus, ac tandem ſcrophulis maxime ſunt obnoxii. *Macilenti* & *ſtrigoſi* ſunt omnium tenerrimi, acerrimo calore aduruntur, & in febres peſſimi moris, hoc eſt, ſumme inflammatorias (pro ratione ætatulæ) & nervoſo generi adverſas, ſunt ut plurimum proclives. —— Pueri ex matribus hyſtericis, tene-

neris, morboſis, &c. orti a graviori aliquo morbo difficilius convaleſcunt.

Curatio. *Art.* 2980. Quod ad infantilium affectuum curationem attinet, in genere ſemper eorum imbecillitatem naturalem præ oculis habere imprimis oportet; & eligenda ſunt medicamenta, quæ tenerrimis maxime conveniunt: etenim quo mitiora ac tutiora ſunt remedia, quæ adhibemus, eo certius ex animi ſententia ſuccedet eventus.

Phlebotomia neceſſaria. *Art.* 2981. Quod ad *venæſectionem* puerorum attinet, quamvis materiæ febrilis in pulmones metatheſis inſignior, & tuſſes convulſivæ eam in minimis infantibus quandoque exigant, tamen aperte conſtat, eam non eſſe medicinam ii natura conſentaneam, neque magis huic tenerrimæ, quam decrepitæ ætati accommodam. Et proinde minime neceſſarium duco ejus auxilium implorare in quibuſcunque infantum affectibus, niſi in *tuſſibus iſtis convulſivis*, vel ubi *febrim* ſubito exortam *tuſſis importuna* concomitari ſolet: vel in *contuſionibus* gravioribus, quæ nonnunquam contingunt.

Ettmulleri ſententia.

Vires mercurii dulcis & auriful minātis. *Art.* 2982. In infantum cura latet quid ſingulare in *mercurio dulci*, ſed adhuc melius eſt *aurum fulminans*, doſis lactantibus eſt gr. j. vel gr. iv. pro doſ. ij. horrendas dejectiones efficit, interdum etiam vomitus movet. In epilepſia, aſthmate convulſivo, torminibus, convulſionibus, &c. *Aurum fulminans* eſt ſacra anchora. *p.* 1177. & 1179.

De meconii purgatione. *Art.* 2983. Infans recens natus purgetur cum *ol. amygd. dulc.* & *ſyr. violar.* vel *de rhabarbaro*, vel

vel *e ſpin. cervin.* quod eſt optimum, idque toties, & tam diu repetatur, donec liberetur a ſero mucilaginoſo ventriculum occupante, & a *meconio* nigricante, & ſpiſſo excremento in inteſtinis ſtabulante. *Coloſtrum* ſeu lac primum eſt alimentum medicamentoſum, quod natura eum in finem generavit, ut modice nutriendo leviter pro infantis imbecillitate purget per aliquot dies.

Art. 2984. " *Syrupus flor. malorum perſicor.* eſt „ optimum, leniſſimum, ac tutiſſimum emeti„ cum pro infantulis; alvum quoque blande la„ xat; infantibus recens natis apprime propi„ natur loco *ol. amygd. dulc.* vel *ſyr. violar. doſ.* „ *a* ℨij. ad ℥j. *Eſt* medicamentum praxi mo„ derna comprobatum.

Heiſteri ſententia.

Art. 2985. Difficile eſt mederi infantibus : primo quia, quod patiantur, quidve doleat, & ubi, dicere nequeunt; deinde quia medicamenta vix aut ægre aſſumunt. In eorum morbis quibuſcunque præcipue explorandum, an meconium ſatis ſit expurgatum; quod ſi non ſit, hoc quam primum adhuc eſt expurgandum. Subſequenti tempore in eorum morbis ad lac corruptum, & aceſcens, poſtea ad dentitionis tempus, & denique in paulo adultioribus ad variolas, & vermes eſt attendendum. In eorum morbis ibidem ſemper inquirendum, an alvus ſit aperta, & ut ſit probe, curandum eſt. Ad nutricem ſemper ſimul reſpiciendum, eique & diæta & remedia morbo præſenti congrua ſunt ordinanda. In febribus acutis temperantia, ut in variolis, ipſi danda, atque aliquid camphoræ apponendum. Nutrices quoque temperantibus,

Monita quædam.

bus, & in victu vegetabilibus utatur; a carnibus vero abſtineant. In intermittentibus primæ viæ purgandæ, poſtea eſſent. rhabarb. ſæpe detur: & ſi hæc intra aliquot dies non fugatur, decoctum forte cort. chinæ frequenter exhibeatur.

EFFLORESCENTIA PURPUREA, & Intertrigo.

Ettmulleri ſententia.

Efflore-ſcentia purpu-rea.

Art. 2986. Infantes tertio vel quarto a partu die (aliquando tardius) *efflorescentia cutis miliari purpurea* (Anglice *the Red Gum*) affliguntur, quæ cito evaneſcit. Mulierculæ *pulv. Gaſconicum, confect. alkerm. crocum in vino generoſo*, &c. ſolent exhibere; ope medica raro indiget.

Heiſteri ſententia.

Intertri-ginis ra-tio & curatio.

Art. 2987. Intertrigo eſt excoriatio partium genitalibus vicinarum præcipue ac ſcroti, ut, & in rimis ſive plicis colli, ſub axillis, aliiſve ſubinde locis, ab acrimonia urinæ ac ſudoris producta, infantibus ingratum pruritum, immo dolores, clamores, vigilias, atque inquietudinem concitante. Ad hoc vitium tollendum partes ita affectæ abluantur aliquoties in die aqua tepida, & poſtea inſpergantur pulveres exſiccantes, ut farinæ volatilis in ſartagine ferrea parum toſtæ, & probe exſiccatæ; vel cretæ, C. C. uſti, lapid. alabaſtr. & cumprimis tutiæ, lapid. calaminar. & ceruſſæ, qui nodulo ex linteo paulo laxiori incluſi, locis affectis ſæpe inſpergantur.

Si contu-max & gravior eſt.

Art. 2988. Si malum eſt gravius atque vera exulceratio adeſt, prædictis pulveribus, addatur aliquid ſacch. ſaturni, vel loco horum unguent.

de

de ceruſſa camphorato partes læſæ inungantur. Ita etiam ſi parum vitrioli albi in aqua ſimplici, vel plantaginis ſolvatur, eaque intertrigo ulcerata aliquoties abluatur, egregie eam ſiccat, & ſanat.

SPINA BIFIDA.

Platneri ſententia.

Art. 2989. Interno hydrocephalo nonnunquam aliud vitium accedit Spina nimirum Bifida. Si enim humor in anterioribus cerebri ventriculis increſcit, ille per aquæductum Sylvii in tertium ventriculum fertur, & ex hoc ſi ei nullus exitus per infundibulum datur, per valvulam majorem cerebri perrumpens in quartum. Tandem ex hoc is ſibi utcumque viam facit in eam vertebrarum fiſtulam, per quam medulla cerebro commiſſa deſcendit. Hoc in ipſo partu incidere poteſt, in quo caput ab uteri ore valentius comprimitur. In pueris ſingulæ vertebræ ex tribus oſſiculis conſtant, quæ media cartilagine continentur. Cartilago vero etiam eſt in parte poſteriori, ubi adultorum vertebræ proceſſus exigunt, quibus a ſpina nomen eſt. Hæc tenerior cartilago in pueris, & ut videtur, etiam in nondum maturis, ac in utero hærentibus partubus, ab increſcente humore ita premitur, ut illa teneriora, ac cerea oſſicula inter ſe diducantur, cutis vero ab humore, qui ſubeſt, attollatur. Hæc enim frequentior horum tumorum cauſa eſſe videtur. Utrum ſpina etiam findi poſſit, ſi infans in arctiori utero ita compoſitus eſt, ut valentius, tum ejus coxæ, tum artus inferiores, comprimantur, dubium eſſe videtur. Sæpe pueris, qui cum his tumo- *Spina Bifida cauſa.*

ribus

ribus nati ſunt, pedes reſoluti ſunt incurvi, & in interiora obtorti. Hoc vero etiam ideo incidere poteſt, quia ſpinæ medulla, ubi ex ea nervi educuntur, qui per artus inferiores pertinent, ab humore preſſa reſolvitur. Membris vero reſolutis, quia non æqualiter increſcunt, figura manet, quam forte a ſitu, qui eis in utero fuit, traxerunt.

FEBRES INFANTUM.

Harriſii ſententia.

In febribus curandis duæ indicationes humorum, præparatio & expurgatio.

Art. 2990. Prima indicatio in curandis febribus eſt *acidum* rite præparare, quo melius id eliminetur; hoc autem neceſſarium videtur antequam humores acidi poterint cum ἀφοείᾳ expurgari; nam ſecundum *Hippocratem* cocta, non cruda ſunt medicanda; hæc præparatio, non aggredienda eſt ſudoriferis proprie dictis, ſed potius *abſorbentibus*, ſcilicet, pulveribus *teſtaceis*; *ſalia volatilia*, aut *lixivialia*, aut *ſpiritus volatiles*, in tenellis non uſurpanda, utpote ipſorum ætatulæ tenerrimæ minime congruentia.

Methodus medendi.

Art. 2991. Infanti anniculo febricitanti, aut torminibus (ut plerumque fit) excruciato in hunc fere modum ſuccurrere ſoleo, quarta quaque hora exhibeo chartam *pulv. teſtac.* ex ſequentium nonnullis, *ocul. & chel. cancrorum*, *teſt. ovorum*, *oſtrearum*, *cancrorum*, *oſ. ſepiæ*, *cret. coral. corallin. margar. matr. perlarum*, *lap. bezoar. pulv. Gaſcon. ſpec. de hyacinth.* &c. doſis circiter ℈j. cum julap. ſequent. exhibere ſoleo, ℞. *Aq. lact.* ℥iv. *ceraſ. nigr.* ℥ij. *pæon. comp. epidem. ana* ʒij. *ſacchar. perlat.* q. ſ. m. f. julap. faciliime variari poteſt formula, ſervata ſemper eadem intentione. Convenit

venit interdum emulſio *ex amygd. dulc.* &c. ad ſitim extinguendam, & humores contemperandos.

Catharſis inſtituenda.

Art. 2992. Tertio die a quo ſum advocatus, niſi variolæ, morbilli, aut febris ſcarlatina, caput attollant, *purgandum eſſe* præcipio, infantem unius anni in hunc fere modum curavi ℞. *Syr. de cichor. cum rheo* ʒij. *rhabarb. elect. pulv. gr.* xv. vel ℈j. *aq. lact. alexiter. cinnam. ten. ana* q. ſ. ad diluendum, miſce. Vel ♃. *Syr. de rhamn. cathartic.* ʒij. *pulv. diaſen. gr.* iij. m. vel ♃. *Pulv. cornachin. gr.* vj. ſumat in coch. *aq. ceraſ. nigror.* nullum vero medicamentum magis accommodatum eſt ætati puerili ac *rhabarbarum*. Ad vim purgationis accelerandam *criſtall. tartar. genuin.* ℈j. aut ℈ij. in hauſtul. juſcul. avenac. exhiberi poteſt, & catharſis repeti debet alia atque alia vice pro re nata. " Sed oportet medicum monere, febres infantum *tumoribus criticis* terminari non raro aptas natas eſſe, quales ſunt *phyma vel phygethlon* ſub mento, *parotis* pone aures, &c. Ideoque in iſto rerum ſtatu catharſis omnino differenda eſt, & ſuppuratio promovenda.

Quid faciendum in ſymptomatis diſſonis.

Art. 2993. In ſymptomatis ἀτόποις, ex ſumma humorum putredine oriundis ſæpe ex uſu eſt *Æthiopis mineralis gr.* vj. (imo ad ℈j. vel ʒß.) vel *mercurii dulcis gr.* iv. *cum flor. ſulph.* tantundem admixta in ſyr. alicujus grati cochleari parvo, nocte catharſin præcedente exhibere. His rite peractis plerumque ceſſant graviora ſymptomata, vel ſaltem multum leniuntur, ut proinde in vado jam res ſit, quæ in extremo diſcrimine paulo ante fuerat.

ICTERUS.

Sylvii ſententia.

Icterus. *Art.* 2994. Icterus pleriſque infantibus mox a partu ſolet ſupervenire, immo nonnunquam illo infecti naſcuntur; adeoque ipſius cauſam quandoque ante nativitatem in ſe continent; probabile eſt, quod ab humore glutinoſo, pituita ſcilicet viſcoſa ortum ducat. Exiſtimo in his infantibus icterum ſæpe fieri poſſe abſque ductus biliarii obſtructione, a bilis, ſcilicet, ſpirituoſitate, & ideo ad effervеſcendum ineptitudine.

Curatio. *Art.* 2995. Omnia remedia icterum curantia infantibus non ita tuto exhibentur, quam adultioribus; pulvis ſequens ex lacte materno exhibitus ſemel aut bis in die intra paucos dies icterum infantum curare ſolet, ♃. *Pulv. croc. angl. bezoar. min. ana gr.* j. m. quoties alvus, quæ eſt adſtrictior, commode ſolicitatur ac laxatur *rhabarbaro*, ac imprimis *ſyrupo de cichor. cum rheo*; prodeſt etiam *pulvis viperarum* (item *millepedes*, *ſal ſuccin.* &c.)

Plures hoc morbo pereunt. *Art.* 2996. " Rara eſt mentio hujus affectus
" in practicorum libris, nihilominus tamen plu-
" res ſane infantuli recens nati hoc morbo in-
" tereunt, ex mulierculárum plerumque negli-
" gentia: ajunt enim, flaveſcunt, & morien-
" tur, neque ullas ſuppetias aut quærunt aut
" explorant.

Art.

Junckeri ſententia.

Art. 2997. Color flavus icteroides corporis frequens eſt quidem in infantibus, ſed nullius periculi. Cedit enim aquis diapnoicis cum antimon. diaphoret. & ſyrup. laxanti.

NARIUM OBSTRUCTIO.

Langii ſententia.

Art. 2998. Si nares obſtructæ fuerint, obſtacula removeantur, quæ, niſi forſan vitium ſubſit conformationis, ut plurimum a muco narium inſpiſſato dependent, quem emolliri lacte materno, vel aq. major. ſerpill. aliave imiſſo, vel extrahere capitata extremitate acus, vel alio inſtrumento convenienti; aut denique provocare butyro, majoranæ ſucco commixto, aliiſque balſamicis non multum acribus externe ſaltem naribus illitis, vel miaſmatibus ex fragrantibus vegetabilibus, vel ſalibus volatilibus emiſſis, tentabit prudens Medicus. *Narium obſtructionis curatio.*

Heiſteri ſententia.

Art. 2999. Nares infantum ſæpe a muco craſſo ita obſtruuntur, ut difficulter reſpirare, ſugere, ac deglutire queant; cum ad has actiones rite perficiendas nares apertæ, & aeris liber per eas tranſitus requirantur: hinc infantes inde valde fiunt inquieti, & clamant, quia hoc ipſis eſt per quam moleſtum; ad quod vero vitium curandum præter idoneum purgans revellendi cauſa datum, ſolutio vitrioli albi gr. iij. vel ij. in aq. major. ℥. ſem. poſt filtrationem cum linteolo na- *Remediorum forma.*

ribus per intervalla immittatur, vel loco hujus, ♃. *Aq. majoran.* ℥j. *vitriol. alb. elater. ana gr.* ij. *miſce*, & eodem modo applica: quæ mixtura liquor errhinus eſt VVedelii, humores viſcidos ſine ſternutatione egregie liquans, & educens. Si ſimul externe ol. amygdal. dulc. oleo deſtillat. majoranæ imprægnatum radici, & alis naſi illinitur, reſolvuntur inde ſordes narium, & reſpiratio tandem libera rurſus redditur.

TORMINA VENTRIS.

Ettmulleri ſententia.

Tormina ventris. *Art.* 3000. Tormina ventris frequenter mirum in modum affligunt recens natos, continuo plorant, pedibus calcitrant; crepitus copioſi emittuntur, excrementa ſunt viridia; ſunt plane motus convulſivi inteſtinorum; aliquando Hernia producitur.

Curatio. *Art.* 3001. Præmiſſis *enemate* & *aliis laxantibus* & *pulveribus abſorbentibus*, *ſperma ceti* cum *ol. aniſi* eſt egregium; externe *ol. cham. & rut.* cum gutt. aliquot *ol. aniſi*, *junip. nuc. moſchat.* cui addi poteſt *fel. bubul.* q. ſ. pro linimento. *Enema ad tormina* Fulleri.

Notabene. *Art.* 3002. „ Hoc duntaxat ſerio admoneo „ (inquit *Haris*) tormina omnia, inquietudi- „ nes, & vigilias infantum *teſtaceis* apte exhi- „ bitis æque certo demulceri, ac dolores ac vi- „ gilias adultorum ipſis *narcoticis* ad tempus „ tolli.

Junckeri ſententia.

Cardiogmi infantum cauſa. *Art.* 3003. Cardiogmus ſeu cardiaca paſſio infantum inter eorum tormina recenſenda, vel alvi

alvi obſtructionibus, flatibus, & primarum viarum ſordibus fovetur, unde ventriculus & præcordia inflantur, vel a ſudoribus aut achoribus repreſſis inducitur. Nonnulli vero perperam accuſant violentam cauſam aliquam nempe vertebrarum diſtorſionem, & ſubluxationem, inter quos Langius, qui adnotat „ cardiacam paſſio-
„ nem hujuſmodi, quod denique aliquando a di-
„ slocatione aliquali vertebrarum dorſi, dia-
„ phraghma in ſuo motu impeditur cum nota-
„ bili intumeſcentia ſub coſtis ſpuriis, unde pro
„ dislocatione hac, quam Germani *vveh thun* vo-
„ cant, convenire balnea, ait, & extenſio cor-
„ puſculi infantis, vel ſi ſupra ejus umbilicum
„ fermenti piſtorii fruſtulum ſub forma catapla-
„ ſmatis ponatur, vel ſi candela cerea accenſa
„ umbilico applicetur, ac ollula deſuper pona-
„ tur, ut inſtar cucurbitæ illam abdominis re-
„ gionem tandiu trahat, donec ſponte decidat"
Quorum ſane remediorum vis quantula eſſe poſſit ad luxatam vertebram, judicent alii, unde neceſſarium eſt, ut pauca de his rebus dicamus, quod mox ad remedia partim frivola, partim periculoſa confugiunt: veluti ad preſſiones cum digitis oleo inunctis &c. Quæ damna vero ex falſis hiſce indicationibus, & indicatis in ægros deriventur, triſtis loquitur experientia, & vidimus ſane herniam ſcrotalem in tenellulo quodam ſub ipſa extenſione productam.

Luxationis cauſſa prorſus chimærica.

Art. 3004. Non negamus quidem, dari aliquando ejuſmodi violentas diſtorſiones ſubluxatorias, uti in adultis ſub nimis vehementibus, & impetuoſis laboribus, ita & in infantibus per incuriam ancillarum, rariſſime autem has violentias occurrere, certiſſimum eſt. Quando enim in adultis hanc diſtorſionem accuſant, eſt ſæpe affectus, vel hypochondriaco-hyſtericus, vel ſpa-

ſtico-arthriticus, ſpeciatim lumbago hæmorrhoidalis; id quod vel exinde patet, quia ex leviſſimis ordinario cauſis excitatur. Unde omnino mirandum eſt, quod vulgatiſſimus hic error, ipſos adeo præclaros Medicos occupaverit. Tanto magis autem mirandum eſt, quod in tenellulis hanc diſtorſionem ſubluxatoriam, tam frequenter accuſent: hi enim a violentis actibus, & laboribus ſatis immunes ſunt.

Curatio. *Art.* 3005. Hinc extenſiones illæ teneri corpuſculi eorum potius torturæ dici poſſunt, clyſteres ſane lenientes, & carminativi aliquoties repetiti, periculoſo huic tentamini longe ſunt præferendi.

S I N G U L T U S.

Heiſteri ſententia.

Singultus cauſa & curatio. *Art.* 3006. Hoc malum etiam ſæpe vehementer infantes affligit ac debilitat, atque ex pituita acri, & potiſſimum acida circa ventriculi orificium ſuperius hærente, atque hoc una cum diaphragmate per conſenſum irritante, provenire videtur. Ad hoc vero acre corrigendum, atque hac ratione ſingultum tollendum, abſorbentia terrea ſæpius data conducunt, & ſpeciatim ex Joelis commendatione in quovis ſingultu pulv. ex corall. pp. & C. C. uſto addito vel pulvere aniſorum, vel caryophyllorum, aut macis ad gr. iij. vel iv. aut eorum ol. ad gutt. j. vel ij. vel & in malo vehementiori circa noctem pauxillo theriacæ, egregie prodeſt. Quodſi vero malum ſit pertinacius, pituita illa acris rad. hipecacuanh. ℈. j., aliove idoneo emetico ejicienda.

VOMITUS.
Ettmulleri ſententia.

Art. 3007. Vomitus eſt utilis in infantibus, ex quacunque cauſa oriatur, niſi ſit nimius; in culpa eſt lac frequentiſſime. *Vomitus.*

Art. 3008. Si ſit nimius, & diſcolorata rejiciantur, *clyſma* injiciendum eſt, & per os *carminativa*, *nux moſchat.* &c. ſunt exhibenda; externe ſtomacho fruſtulum *panis toſti in vino generoſo madefacti* & cum *aromatibus conſperſi* applicandum &c. *Curatio.*

ALVI ADSTRICTIO,
& Diarrhœa.

Art. 3009. Alvus infantum ordinario eſt laxa, ſaltem bis in die exonerari debet: adſtrictio plerumque oritur ex vitio lactis vel pultis. *Alvi adſtrictio.*

Præter uſitata *laxantia* in hoc affectu præſtantiſſimum remedium eſt *muſcerda* a N. ij. ad vj. pro ratione ætatis in pulticula exhibita; uſurpari etiam poſſunt *linimenta laxativa ex colocynth. ſcammon* &c. „ In tenellis ſufficit *inunctio* „ *ventris cum butyro* ante focum; item ablutio „ quotidiana clunium & femorum cum *aqua fri-* „ *gida*. *Curatio.*

Art. 3010. „ Diarrhœa infantum (inquit *Harris*) non *adſtringentibus* aut *narcoticis* cohi- „ benda eſt, ſed potius humores ferocientes cum „ pulveribus *teſtaceis* compeſcendi ſunt, & con- „ temperandi, ut demum *rhabarbaro* expurgen- „ tur. Dyſenteria infantibus (inquit *Barbette*) „ ſæpius perbenigna reperitur; illa enim ad men- „ ſes aliquot quandoque afficiuntur ſine quovis „ incommodo, modo res naturæ permittatur. *Diarrhœa.*

ATROPHIA INFANTUM.

Ettmulleri ſententia.

Macies & atrophia quomodo fit. *Art.* 3011. Marcies & atrophia infantum ex denegato nutrimenti tranſitu ab obſtructione lacteorum, & glandularum meſenterii accidit. Membra macilenta evadunt; venter tumet, & indureſcit, ut plurimum ſeceſſus liquidi, & copioſi obſervantur; cauſa ut plurimum eſt viſcoſitas ingeſtorum; periculoſum eſt malum. „ Quotquot hoc affectu extinctos aperii (inquit *Dolæus*) in iis glandulas meſenterii tumidas, & obſtructas reperi, denegato enim ſic nutrimenti tranſitu, neceſſario partes nectare ſuo rorido privantur.

Curatio. *Art.* 3012. Alimentum debet eſſe tenuiſſimum & ſubtiliſſimum; conveniunt *volatilia* & *martiata mitiora;* externe linimentum *ex gum. ammoniac.* &c. „ Maraſmus ſeu extenuatio infantum „ (inquit *Sydenhamus in ſched. mon.* p. 55.) quaſi „ phthiſica curatur exhibitione *infuſ. rhabarbari* „ in cereviſia ten. quod ipſum ego quoque aliquoties expertus ſum. *Reuſnerus* affirmat *Hillerum* infantes atrophia laborantes cum *tuſſilagine* ad inſtar hormini frixa frequenter reſtituiſſe. (Succus quoque ejuſdem plantæ eſt „ maxime efficax.

Aridura partium. *Art.* 3013. Pro aridura partium valde commendatur *arcanum aluminis Fœlicis Vvurzii p.* 473. valet etiam *unguentum ad atrophiam* ut & remedia *ad Rachitidem.*

Junckeri ſententia.

Art. 3014. Atrophia eſt morbus potiſſimum infantilis, quem tenera hæc ætas facile incurrit poſt diapnoen ſubito repreſſam, item poſt præmaturam exhibitionem cibi nimis craſſioris, & cereviſiæ fœculentæ, acidæ, lac coagulantis, in primis ſi potus frigidus noctu ſudante corpore exhibetur, vel ſpontaneæ diarrhœæ adſtringentibus ſupprimuntur. Non raro etiam pueri, & adoleſcentes admodum voraces, diæta cruda, obruente, vel ſp. vini abutentes, vermibus infeſtati, vel in febribus male tractati, ab hoc malo infeſtantur. *Cauſæ Atrophiæ procatarticæ.*

Art. 3015. Cauſa continens hujus morbi eſt impeditus chili, vel lymphæ motus a vermibus, ab infarctu glandularum præſertim meſeraicarum, a tunicæ villoſæ obſtructione, quando nempe oſcula vaſorum lacteorum in tunicam nerveam, & cruſtam ſic dictam villoſam inteſtinorum biantium obſtructa ſunt, & indurata; unde chyli aditus in ſanguinis maſſam præcluditur. *Cauſa contēta.*

Art. 3016. Recentior atrophia non difficulter tollitur, præcipue quæ ab uſu mucidorum, viſcidorum, & glutinoſorum ortum traxit, & obſtructionem tunicæ villoſæ inteſtinorum effecit. Quando ab infarctu glandularum orta eſt difficilem itidem curationem ſuſcipit, ſiquidem altas prompte radices agit, & febris accedens illa remedia, quæ ad reſolutionem ſcirrhi efficacia ſunt, non permittit, cui difficultati etiam adnumeranda eſt infantum pertinacia, quæ uſum remediorum chronicum ſæpe reſpuit. Atrophia inveterata interdum degenerat in rachitidem, quæ ut plurimum omnem reſpuit curationem. *Prognoſis.*

Art. 3017. Primo loco ſordes primarum viarum *Curatio*

per remedia interna. rum educendæ ſunt per lenia laxantia, & abſtergentia. Huc faciunt mercur. dulc. legitime præparat. ſal cathart. amar. arcan. duplicat. ſal polychreſt. vel ſyrup. de cichor. cum rhabarb. item ſal Anglican. mann. ſyrup. de ſpina cervina, domeſticus dictus. Hæc laxantia in progreſſione curæ aliquoties repetenda. Deinde ad infarctum glandularum meſeraicarum quantocyus expediendum, & debitum chyli ac lymphæ progreſſum reſtituendum, exhibenda ſunt incidentia, reſolventia, & attenuantia cum tonicis martialibus ſociata. In hunc finem laudantur Rad. ari, vincetoxici, pimpinellæ alb. zedoariæ, leviſtici, Imperatoriæ, Galangæ, Petaſitidis; herb. heder. terr. in ſucco, & juſculis; Salia enixa digeſtiva tart. vitriol. arcan. duplicat. ſal abſinth. centaur. min. card. bened. Compoſita tinct. antimon. tartariſat. tinct. ſal. tartar. eſſent. ſuccin. eſſent. alexipharmac. Stahlii; Tonica martialia huc facientia ſunt: croc. martis antimon. aperitiv. Stahlii, tinct. vitr. mart. Ludovici ex. gr. ℞. Tart. vitriol. ℥j. Croc. mart. antimon. ſubtiliſs. pulv. ℈j. Miſce cujus doſis pro ætatis ratione differt a gr. 6. 8. 10. 20. & hic pulvis bis in die ſumendus, & per duas, vel tres hebdomadas, ſubjuncto poſt octavum circiter diem aliquo ſemper laxante, continuandus eſt. Si quid febrilis, uti fere fit, concurrit, pulveri modo deſcripto antimon. diaphor. & urgente æſtu, nitrum immiſceri poteſt in infantibus; pueris inſuper eſſent. alexipharmac. plurima ſcordii eſſentia ſaturata propinetur; infantibus autem adhuc ſugentibus talia non æque conveniunt; ſed nutricibus potius exhibenda ſunt.

Remedia externa. *Art.* 3018. Cum hiſce internis conjungantur etiam externa, inter quæ laudantur: Emplaſt. ſaponat. Barbette, quod abdomini late impoſitum

probe

probe reſolvit, & alvum relaxat. Item emplaſtrum de ammoniaco; Linimenta ex ol. laurino, lumbricorum terreſtrium, unguent. de althæa, oleo ceræ.

Art. 3019. A multis lacticiniis pueris, & infantibus cavendum eſt; quando autem adhuc ſugunt, nutricibus ad lac corrigendum exhibeantur remedia abſorbentia, ſalina digeſtiva, diuretica, immo anticatarrhalia ex. gr. ocul. cancr. arcan. duplicat. eſſent. ſuccin. pimpin. alb. In rachitide ſuccedente, eadem tractatio tutiſſima eſt, maxime per tinctur. antimon. acrem, & martialia cum radice ari, & ſalibus digeſtivis. Externe linimenta, vel ſpiritus nervini, item balnea ex nervinis coronariis, in primis ſerpillo, frictiones; varia machinamenta ad partes corporis in debitam molem, ſitum, & ordinem reducendas ſimul in auxilium trahantur. *Nota bene.*

FRENULI VITIUM.

Langii ſententia.

Art. 3020. In frænuli vitiis imploranda eſt Chirurgia, quod vel nimis breve, aut præter modum latum deprehenditur, in quibus utriſque caſibus lac a tenellulis exſugi nequit ob inſufficientem motum linguæ, ad ſuctionem neceſſarium. Obſervari tamen hic probe debet, malum hoc eſſe admodum rarum, & e decem millibus vix unum reperiri infantem, teſte *Aquapendente*, qui manus Chirurgi propterea exigat. Non igitur obſtetricibus, ac aliis mulierculis temere credendum, ſi vitium hoc incuſent, multo minus ipſis cura eſt committenda, ne incongrua dilaceratione ligamenti hujus, quam unguibus præſtare ſolent, ſymptomata excitent graviſſima, *Linguæ frænuli, aut nimis brevis aut nimis lati curatio.*

de

de quibus dudum conqueſti ſunt Hildanus Centent. III. Obſ. 28. Sculter. in Arm. Chirurg. obſ. 37. Riolan. Anthropograph. Lib. IV. c. 8. Quodſi tamen ſe aliquando offerat frænulum vitiatum, (id quod in primis cognoſcitur, ſi infans lingua ſua papillas nutricis debite non complectatur, nec extra os exerere eam valet) a Chirurgia rurſum ſolatium exſpectare licet, quatenus ſcilicet linguæ extremitas, vel digitis, aut inſtrumentis comprehenſa, verſus palatum attollitur, & vitium illud frænuli, vel forfice aut ſcalpello inciditur. Caveat tamen hic ſibi Chirurgus, ne ſanguinea aut ſalivalia vaſa prope poſita ſimul diſſecet.

TUSSIS CONVULSIVA.

Ettmulleri ſententia.

Tuſſis convulſiva. *Art.* 3021. Frequens eſt tuſſis infantum ferina, in qua multum ac diu tuſſiunt, donec per vomitum rejiciant mucoſum quid ex ventriculo, poſtea ad tempus ceſſat per dimidium præter propter diem, tum revertit ſimili modo. Ex ventriculo oritur, ut etiam *aſthma infantum*, quod eſt anheloſa, & ſibiloſa reſpiratio. „ Tuſſis in-
Aſthma. „ fantum (ut recte obſervavit *Vvaldſchmidius*)
„ eſt fere ſemper *ſtomachalis*. Materia acida,
„ mucilaginoſa & tenax (inquit *Dolæus*) in
Cauſa. „ ventriculo hoſpitans ſæpiſſime eſt cauſa hujus
„ affectus; interdum vero cauſa ferox advenire
„ videtur, & nihil aliud eſſe, quam ſal quod-
„ dam mediante aere corporibus tenellulis com-
„ municatum, lymphamque coagulans, a qua
„ acriori, & ſtagnante vel præterfluente larynx
„ afficitur, unde *tuſſis illa* oritur *convulſiva*.
Catarrhus. „ Frequentiſſime infantibus accidunt *catarrhi*
„ cum

„ cum ſtertore in pectore, a quo malo plures „ intereunt; febricitant enim, & ſuffocantur; „ quare muniendi ſunt infantes ab aere frigido; „ ſi enim ventis frigidis exponantur ex incuria „ nutricum vel matrum, facile in hunc morbum „ incidunt, & dein difficulter curantur.

Art. 3022. Quoad curam hujus tuſſis furibundæ, ſemper ad ſtomachum erit reſpiciendum; abſque *vomitu* vix curari poteſt, cum eo tamen facile depellitur, ut & *aſthma* dictum: provocari poteſt cum penna *oleo* tincta, &c. Juſculum *raparum* eſt mulierum euporiſton, *ſperma ceti* in juſculo eſt egregium, „ Ingens ſolatium (inquit „ *Sydenhamus*) adfert *venæſectio* infantibus tuſſi „ convulſiva laborantibus, & remedia quælibet „ pectori dicata longo poſt ſe linquit intervallo „ *method.* pag. 207. *Phlebotomia* & repetita *ca-* „ *tharſi*, eaque ſola expugnatur hæc tuſſis, ſed „ leniora cathartica hic conveniunt, eaque ſunt „ cochleatim ingerenda pro ratione ætatis *Ep.* „ *p.* 29. Potus & alimenta liquida (inquit *Vvil-* „ *liſius*) in quantitate ſolito minori ſumantur, „ iſtius vice *bochetum ex ſarſa, chin. ſantal. raſ.* „ *ebor. C. C. cum ingredientibus diureticis & an-* „ *tiſpaſmodicis* uſurpetur; *decoctum vel ſyr. ex* „ *caſtor. & croco* item *decoct. rap. pæon. mar. viſc.* „ *quercin. hyſſop.* multos juvarunt.

Curatio.

Venæſectio.

Catharſis.

Decoctū e lignis.

Farrago ſententiarum.

Art. 3023. Caro *murium frixorum* comeſta vulgo ſpecificum audit; ſed ſuper omnia *muſcus pyxidatus*, quocunque modo ſumptus, eſt remedium probatiſſimum, & raro fallax. Decoctio ex *muſco arboris* (inquit *Baglivus*) præſertim a *quercu pendente* omnium præſtantiſſima eſt, ut nos experti ſumus, valet quoque in aliis morbis

Remedia nonnulla alia.

bis *convulſivis*. *Aurum Moſaicum* (in aliis morbis *convulſivis* maxime efficax) in paulo ætate provectioribus tentari mœretur, ut & *ol. ſulph. per campan. ſerum lactis* recens a caſeo pro potu ordinario bibat. *Expreſſio millepedum ad tuſſim*, *julap. moſchat. ſyrupus ad tuſſim convulſivam*, &c. quandoque cum fructu uſurpantur. ℞. *Milleped. in vin. alb. demerſ. q. v. exprime ſuccum, & add. ſacchar. alb. q. ſ. & f. ſ. a. ſyrupus*; hic ſyrupus cochleatim ſumptus (*inquit D. Cheyne in tractatu de Arthritide* p. 116.) Tuſſim convulſivam *infallibiliter* tollit.

PAVORES IN SOMNO.

Heiſteri ſententia.

Pavorũ cauſa & curatio. *Art.* 3024. Speciatim pavores infantum prodromi ſunt Epilepſiæ, atque convulſivi motus, a cauſa irritante inducti eſſe videntur. Oriuntur ſæpiſſime in ſomno, atque valde ſuſpectum eſt ſymptoma; ſi tamen in vigilantibus incidunt, adhuc pejores eſſe ſolent indolis. In minoribus infantibus, ut plurimum a lacte corrupto, & acido vehementiori in ventriculo mihi oriri videntur; in adultioribus vero etiam a vermibus induci poſſunt. Quando igitur a lacte corrupto, iiſdem remediis quæ pro hac cauſa adhibentur curandi; ſin vero a vermibus, tollendi ut infra docebimus.

EPILEPSIA.

Vvilliſii ſententia.

Epilepſia quando *Art.* 3025. Epilepſia puerorum circa duo potiſſimum tempora in pueris convulſionibus maxime

ximè obnoxiis reperiri ſolet, viz. intra primum a partu menſem, & circa dentium eruptiones; quanquam hujus morbi inſultus etiam aliis temporibus, & quibuſdam aliis de cauſis, non raro eveniant; cujuſmodi ſunt nutrix invaletudinaria, aut prægnans; lac in ventriculo coagulatum, aut in putrilaginem acidam aut amaram degenerans; intemperies febrilis; capitis aliarumque partium ulcera, aut exanthemata, ſubito evaneſcentia; aeris mutationes, lunationis periodi, &c. *potiſſimum accidit, & aqu a cauſa.*

„ Quando in infantibus (inquit *Dolæus*) fre- *Signa præſagentia.*
„ quentes oſcitationes, pandiculationes; oculo-
„ rum & palpebrarum leves motus, manuum
„ commotiones, brachiorum extenſiones, pavo-
„ res & tremores, vigilias nimias obſervamus;
„ epilepſia timenda eſt, quia ſunt ejuſdem pro-
„ dromi.

Art. 3026. *Antiſpaſmodica medicamenta* nutrici exhibeantur; ſumat mane & veſperi *rad. & ſem. pæon. mar. & ſem. fœnic. dulc.* in hauſt. *ſer. lact.* coct. Linimentum ſequens circa nares, tempora, & cervicem infantis epileptici uſurpari poteſt; ℞. *Ol. capivii, caſtor. ana* ℥ij. *ſuccin.* ℨß. m. nuper mihi retulit medicus eruditus ſe noviſſe plures hoc remedio curatos; viz. ℞. *Fol. cham. minutim inciſ.* Mij. includantur in duobus ſacculis a lino tenui aut ſerico confectis, qui lacti calido intincti, & expreſſi abdomini ſucceſſive applicentur. *Untzerus* valde commendat *fel catelli* lactantis nempe: ut totus ſuccus ciſti fellea exemptus puerulo cum pauca *aq. flor. tiliæ* propinetur. *Curatio.*

Harriſii ſententia.

Art. 3027. Ad convulſiones ſeu inſultus epilepticos tollendos, apprime etiam valent *pulveres teſta-* *Ad convulſiones te-*

ſtacea o-ptima remedia. *teſtacei;* maxime ſi *caſtoreum* iis addjiciatur. In convulſionibus quamplurima pro ſpecificis vulgo habita, tam ab auctoribus graviſſimis, quam a practicis celeberrimis decantari ſolent: veruntamen virtutes eorum (quantum obſervare licuit) noſtram de ſe expectationem videntur vix ac ne vix quidem expleviſſe. In paroxyſmis infantum convulſivis, utpote a torminum prægredientium materia acri nervos omnes vellicanti jugiter obortis; ea, quæ *acidum* obtundunt, contemperant, aut infringunt, idque ſine corporis novo æſtu aut calefactione, quæque aciditatem ſic infractam, atque aculeis orbatam *per inferiora* deducunt, poſt alia infinita incaſſum tentata, veras continere vires huic ſymptomati horrendo debellando pares, tandem agnoſcentur.

Ettmulleri ſententia.

Cauſa. *Art.* 3028. Epilepſia infantum plerumque ex his ſex cauſis originem ducit. 1. A meconio retento. 2. A lactis vitio. 3. A dentitione difficili. 4. Ab immoderato animi affectu nutricis. 5. Ab excretis cohibitis. 6. A lumbricis.

Aurum fulminans. *Art.* 3029. Mirabilis eſt vis *ſulphuris antimonii* & *auri fulminantis* in epilepſia doſ. gr. j. vel in imbecillibus gr. iß. pro doſ. ij. cum aliis appropriatis. (2982.)

Alia remedia. „ *Ol. ſuccin. gt.* ij. vel iij. cum pari quantitate „ *ſpiritus vitrioli* in *aq. ceraſ. nigr.* exhibiti, „ puerulos a paroxyſmo ſtatim plerumque liberant; ſed præ omnibus quotcunque mihi hactenus innoteſcunt *oleum ſulph. per campan.* hunc „ morbum in infantibus præcipue primo menſe „ feliciter expugnat; ſumi poteſt in julapiis cephalicis ad ſufficientem aciditatem. *Pulvis de guttet.* utilis eſt ad præcavendam recidivam.

DEN-

DENTITIO.

Hippocratis ſententia.

Art. 3030. Ad dentitionem accedentibus: gingivarum pruritus, febres, convulſiones, alvi profluvia inſtant, maxime ubi caninos dentes producunt, & iis qui inter pueros ſunt craſſiſſimi, & qui alvos duras habent. „ De plumis exuendis „ & novis naſcentibus (inquit *Liſter* in locum) „ idem gravis dolor, atque febricula avibus contingit; unde mutæ ſunt, & canere deſinunt. „ Idem quoque erucis in veteribus cuticulis deponendis accidit. Germen dentis (inquit *Dolæus*) in maxillis eſt inſtar albuminis ovi, mucoſi & tenuis, in cellulis eorum contenti, quod de die in diem durius redditur, uſque dum illa materia indurata gingivam perrumpat: in hac perruptione miſeri tenelli plurimis affliguntur ſymptomatibus: adſunt enim comites gingivarum pruritus, ſuperflua caro, veſiculæ, fungi, maxillarum inflammationes, terrores, inſomnia, vigiliæ, ſalivatio, vomitus, epilepſia, pavores, diarrhœæ, febres, convulſiones, gingivarum tubercula, dein abſceſſus, & non raro mors ipſa.

Dentitio.

Modus eruptionis.

Art. 3031. „ Licet nihil certi (inquit *Bonetus*) de termino eruptionis dentium ſtatui queat; quippe in quibuſdam citius, in aliis tardius prodeunt; tamen communiter obſervatum eſt dentes ſucceſſive biennii ſpatio exire; ita ut primo ſeptimo menſe *inciſores*, deinde *maxillares*, tum 15. aut 17. menſe *canini* vel *oculares* prorumpant. (vide *Artic.* 3033.)

Tempus eruptionis.

Hariſii ſententia.

Sympto-mata varia inter dē-tiendum. *Art.* 3032. Nullus affectus infantibus tot gravia ſymptomata progenerare ſolet, quot dentitio difficilis & laborioſa; inter dentiendum enim ex inflammatione gingivarum non raro oriuntur tormina ventris, vigiliæ, inquietudines, profluvium alvi aut ejuſdem conſtipatio, dejectiones & vomitus virides, aphthæ, febres, convulſiones, &c. „ Atque hæc accidentia (ut recte „ obſervat *Baglivus*) vitio ſolidi tantummodo „ ſuccedunt, ſolidi nempe gingivarum irritati, „ puncti, criſpatique, a quibus ad inteſtina oſcil- „ latione producta graves oriuntur diarrhœæ; „ quæ ſi non venerint, pejora veniunt mala an- „ tedicta.

Duo den-titionis ſunt tē-pora. *Art.* 3033. Dentitionis tempus eſt duplex; *unum*, quo dens oſſe maxillari primum emergere nititur, & quo gingivæ pars extera & ſuperior, abſque aliquo ejuſdem tumore, albido quodam circulo circumſcribi ut plurimum ſolet; *alterum* eſt, quo dens mole jam auctior gingivam tumidam reddit, atque eam perrumpere omni vi conatur, atque hoc ſolummodo poſtremo caſu quandoque licet gingivas incidere. „ Qua- „ tuor, quinque, vel ſex menſibus a nativitate „ elapſis dentes ordinario incipiunt erumpere, „ primo *inciſores*, deinde *canini*, & poſtremo „ *molares*; circa ſeptimum ætatis annum *nova* „ *ſeries* producitur, & circa vigeſimum primum „ *dentes ſapientiæ* dicti, nimirum duo poſtremi „ molares egrediuntur. (Vid. *Art.* 3033.) „ Nonnulli, licet pauciſſimi cum dentibus ali- „ quot eruptis naſcuntur; Ego novi fœminam „ *ſine dentibus*, non modo in infantia, ſed per „ totum vitæ ſtadium *edentulam* manſiſſe.

Art.

Art. 3034. Symptomata dentientium univerſa eidem fere methodo, remediis nempe *acidum abſorbentibus*, & *contemperantibus*, ac deinde leniter *expurgantibus* plerumque cedunt. *Curatio.*

Art. 3035. „ Ordinario copioſe ſalivant in- *Nota bene.*
„ fantes dentibus erumpentibus, & adeſt ple-
„ rumque diarrhœa; hæc ſi eveniant, bene præ-
„ ſagiunt; quocirca commode fricandus eſt dens
„ erumpens cum *folio tabaci* circa nutricis digi-
„ tum obvoluto, & cerevisia parum madefacto,
„ quod *ſalivam* & *alvum leniter movet*. *Alvus*
„ *lubrica* perpetuo ſervanda eſt, & ſi adſint con-
„ vulſiones pulvis ſequens *Vvilliſii* locum ha-
„ bet, ♃. *Ocul. cancr. margar. præparat. coral. rub.*
„ *ana* ʒj. *ol. ſulph.* quantum pulvis imbibendo
„ excipiet f. pulvis. *Spiritus C. C.* (inquit *Sydenhamus in ſched. mon.* p. 54.) utut tritum, &
„ plane contemptum remedium (doſ. gr. iij. vel
„ iv. *in aq. ceraſ. nigr.*) præ cæteris, quæ mihi
„ innotefcunt, medicamentis votis reſpondet in
„ dentitione laborantibus. Convulſiones hinc o-
„ riundas minuta *ſpiritus C. C. doſis* fœliciter
„ tollit (inquit *Boerhaave.*) In ventris tormi-
„ nibus apprime convenit *enema ad tormina* ſeq.
♃. *Cret. pulv.* ℥ß. *herb. rut. flor. cham. ana* Mß. *coq. in q. ſ. aq. font. ad* ℥iv. *colatur. add. tinct. caſtor. diaſcord. ana* ʒij. *ſyr. de mecon.* ʒiß. *ol. aniſ. gut.* x. *m.*

TUSSIS ET DYSPNOEA.

Heiſteri ſententia.

Art. 3036. Ex frigore vel prava aeris conſtitutione infantes ſæpe his malis afficiuntur, quibus ſerum faucium, bronchiorum, & aſperæ arteriæ, vel acrius, vel ſpiſſius redditur, atque hæc *Harum affectionũ cauſa.*

ipſa ſymptomata concitantur; quibus plerumque etiam coryza, immo, & febricula juncta ſunt. Quia igitur a frigore, & transſpiratione læſa plerumque oriuntur, in curatione ſtudendum, ut abundans materia noxia per alvum primo educatur, poſtea transſpiratio diaphoreticis reſtituatur, & lympha vel acris, vel ſpiſſa corrigatur.

Curatio. *Art.* 3037. Igitur primo idoneum purgans & infanti, & nutrici, præſertim ſi & hæc tuſſi laboret, detur; deinde infuſum ſpecierum pectoralium cum ſaccharo canto, ut thea, utrique aliquoties in die exhibeatur; Præterea elix. pector. VVedelii, vel ſp. ſal. armoniac. aniſat. vel utraque mixtura, vel & eſſentia alexipharmaca apta copia cum hoc infuſo aſſumantur.

L U M B R I C I.

Ettmulleri ſententia.

Lumbrici. *Art.* 3038. Lumbrici ſponte prodeuntes vel per alvum vel per os raro ſunt ſine periculo; nam *malignitatem* in morbis denotant, ubi fuga ſibi volunt conſulere. Authores practici ſtudioſe monent, in omnibus affectibus infantum curandis, imprimis obſtructionibus, ſemper ad *lumbricos* eſſe attendendum.

Signa lumbricorum. *Art.* 3039. Primaria ſigna lumbricorum ſunt: in ore copioſa ſaliva jejuno ſtomacho, ſcalptura narium, pavor in ſomno, ſtridor dentium, ventris tumor, tuſſis ſicca, ſitis, alvus lubrica, tormina ventris jejunis, robur & pallor faciei alternatim.

Remedia ad lumbricos. *Art.* 3040. ℞. *Argenti vivi* ℥j. coq. *in aq. ſimplic.* (vel quod melius eſt *in decoct. alb.*) ℔ß. vel probe agitentur invicem in lagena vitrea, poſt ſubſidentiam *Mercurii* decantetur liquor & de-

& detur infantibus pro potu ordinario. Eſt experimentum certiſſimum ad enecandos lumbricos. " Ejuſmodi quoque eſt medicamentum
„ iſtud per univerſam *Italiam* celebratum. ℞.
„ *Argent. viv.* ℥j. infund. per noctem in *aq. galegæ* ℥ij. decantetur liquor, & propinetur mane. *Boyle*. " Externe utile eſt linimentum ſequens, ℞. *Aloe* ℥ij. *myrrh.* ℥ß. (*ol. abſynth. gr.* vj.) *fel. taurin.* q. ſ. m. f. linimentum, cui addi poſſunt ad acuendum *ol. colocynthidos* guttæ aliquot. De aliis vermifugis alibi " *Cin-*
„ *nabaris nativa* eſt remedium valde efficax,
„ ac tutiſſimum, vermibus necandis. *Pulvis*
„ *ſtamni*, nempe ſtamnum calcinatum eſt adhuc
„ efficacius medicamentum, & fere inter ſpe-
„ cifica cenſetur: hinc *pulv. vermifugus ſequens*
„ *Quincii*. ℞. *Stamni calcinat. muſc. corallin. ſem.*
„ *ſanction. ana* ℥j. *ſabin. croc. ana* ʒj. *m. f. pulv. doſ.*
„ *a* ℈ſs. *ad* ℈j. alvum non movet. Author in
„ ejuſdem laudibus copioſior eſt; vid. locum.
„ *Emplaſt. vermifug. Batean. & ſyrupus vermifugus*
„ *ejuſdem* interdum uſui eſſe poſſunt. In ex-
„ tremis utor aliquando *Hydrargyro* (*inquit*
„ *Cheſneau*) quod in vermibus necandis non
„ habet ſimile. Ad piſi magnitudinem ex co-
„ chleari cum lacte parvulis ſine noxa propi-
„ nare ſoleo.

Art. 3041. Crinones ſeu comedones ſunt vermiculi ſubcutanei infantes ad *atrophiam* diſponentes; occupant plerumque loca muſculoſa, imprimis dorſi, ſcapularum, humeri, crurum, ac ſurarum; pruritum moleſtum excitant, indeque inquietos & vigiles reddunt infantes, tandemque in tabem adducunt. Cum *lotione mercuriali* ſunt enecandi. " Hi forte ſunt vermes, quos
„ Aetius deſcribit, & dracunculos vocat; Æ-
„ thiopes & Indos quandoque infeſtare ſolent;

Crinones ſeu comedones.

„ rariſſime apud nos inveniuntur. Sed vide ſupra *art.* 1512. *& ſeqq.*

URINÆ SUPPRESSIO.

Heiſteri ſententia.

Urinæ difficultatis cauſæ & effectus. *Art.* 3042. Urinæ difficilis excretio, aut ejus omnimoda ſuppreſſio in infantibus, ab humoribus viſcidis, lactis, vel aliarum rerum vitio ortis, & renes obſtruentibus, vel a veſicæ tono relaxato, vel ſphincteris ejus ſpaſmodica conſtrictione oriri videntur: unde dolores, convulſiones; & alia mala ſæpe proveniunt. Quare humores iſti ſpiſſi ac viſcidi incidendi, & fluxiles reddendi, tonus veſicæ laxatus roborandus, atque ad conſtrictionem excitandus, ac ſtimulandus, & ſpaſmodica cervicis veſicæ conſtrictio antiſpaſmodicis, & emollientibus relaxanda.

Curatio. *Art.* 3043. Præſtare hoc poſſumus primo ſalibus mediis; ut tartaro vitriolato, arcano duplicato, &c. vel per ſe ad ℈. ſem. datis, vel cum ſemine lycopodii æquali copia, tanquam diuretico, & antiſpaſmodico in pueris præſtantiſſimo, quæ ex aqua petroſelini, cheræfolii, vel alkekengi data, & ſi opus, poſt temporis intervallum repetita, optime proſunt; atque his ſubinde hauſtulus ſolius aquæ petroſelini, aut cæterarum laudatarum aquarum interponendus, quibus haud raro ſolis ſæpius uſurpatis urinæ fluxus reſtituitur. Emulſio ex amygdalis amaris, vel nucleis perſic. cum aqua petroſelini aliave ſimili facta, eſt quoque hic valde egregia. Pubis regio infantibus his frequenter calide fricetur oleo ſcorpionum, oleo juniperi, ſuccini, & aniſi roborato, eique poſtea cataplaſma ex

ex cepis aſſatis ſuperimponatur calide; vel ex cepis, allio, herba chærefolii, & petroſelini; quibus etiam oleis renum regio, quando forte cauſa in his latet, calide fricanda; atque hæc etiam remedia in calculis parvis expellendis valde proficua ſunt: Si denique hæc omnia parum ſunt, & ſymptomata urgent, cathetere apto urina e veſica eſt educenda; id quod longe facilius fit in puellis, quam in pueris.

R A C H I T I S.

Boerhaavii ſententia.

Art. 3044. Medio fere labente ſeculo decimo ſexto in *Mediterraneis Britanniæ* primo, deinde per totam *Germaniam*, denique & per omnia *Europæ borealis* loca, ortus eſt morbus novus, hodie frequentiſſimus, qui *Rachitis* appellatur; infantibus nunquam connatus eſt, raro ante nonum ætatis menſem, vix unquam poſt biennium vitæ, ſed ſpatio hoc medio frequens accidit. *Rachitis eſt morbus novus.*

Art. 3045. Curatio optima fit *cibo levi*, *eupepto*, *ſicciori*, *minus pingui*, *aromatibus mitioribus condito*, *ſæpe dato* & *copia moderata*. *Potu pauco*, *meraco* ex *cereviſia*, imprimis non veteri quidem, at diu cocta ac ſpiſſa; *aere ſicco*, & *calidiuſculo*; *veſtitu* accurate *ſicco*, *ex lana confecto*; *geſtatione*, *concuſſione*, *oſcillatione*, *vectione in rheda*; *frictione multa*, *calida*, *ſicca*, *pannis fumo aromatum perfuſis inſtituta*, *maxime ad abdomen & ſpinam*; *cantharidum* iterata quandoque applicatione; *vomitoriis lenibus* aliquoties cum prudentia repetitis; *purgantibus*, deinde *roborantibus* per aliquot dies ſucceſſivos adhibitis; denique uſu diu continuato medicamentorum *Methodus medendi.*

roborantium, *exſiccantium*, *antiſcorbuticorum*, & *ſpiritus excitantium*. An *immerſio in aquam frigidam* prodeſt? " Immo *pſychroluſia* in hoc affectu eſt valde efficax, ut ex quotidiana experientia docemur, de qua videatur *Floyer*; p. 112. 145. 222. &c.

Pſychroluſia.

Gliſſonii ſententia.

Signa diagnoſt.

Art. 3046. Signa diagnoſtica rachitidis ſunt: laxitas & mollities partium, & debilitas & languor, ignavia, & torpor; eſt in hoc affectu inæqualis partium nutritio: caput juſto majus, facies plenior & floridior, partes carnoſæ infra caput in progreſſu morbi magis magiſque indies extenuantur; adſunt protuberantiæ quædam, & nodi circa nonnullos articulos, maximeque in carpis conſpicuæ, paulo minus in talis obſervantur; ſimiles quoque tumores in coſtarum extremitatibus, quæ cum ſterni cartilaginibus committuntur: oſſa nonnulla incurvantur, præcipue tibiæ & fibulæ, hinc oſſa ulnæ & radii, ſed paulo minus & infrequentius, aliquando etiam oſſa femoris & humeri; aliquando decurtatio quædam oſſium, & deficiens eorum accretio ſecundum longitudinem; demum irregularis quædam capitis protuberantia, maxime oſſis frontis antrorſum, huc quoque referri poteſt; dentes tum tardius tum moleſtius erumpunt, levi occaſione vacillant, aliquando nigreſcunt, aut etiam fruſtulatim excidunt; pectus in ulteriori morbi greſſu a lateribus anguſtius redditur, anterius acuminatur; adeſt quoque ſubtumida quædam abdominis repletio, & hypochondriorum tenſio; frequenter etiam tuſſis, reſpiratio difficilis, multaque alia pulmonum vitia inducuntur. Hoc morbo afflicti ſæpe lateralem de-

decubitum, modo dextrum, modo ſiniſtrum averſantur ob coaleſcentiam pulmonum cum pleura, vel tumorem in adverſo latere.

Art. 4047. " Interius hepar juſto majus eſt, " ventriculus, & inteſtina in majorem molem " aſſurgunt; meſenterium glandulis juſto majo- " ribus, ſi non ſtrumis, afficiatur; pulmones in- " farcti & tumidi cernuntur, nonnunquam pu- " rulenti, ſtrumoſi, & pleuræ adhærentes. Venæ " jugulares & arteriæ carotides ſolito ampliores; " denique partium fere omnium enervatio, " item torpor quidam, & ad motum ſegnities. " Hic affectus plerumque ex ſe non eſt morta- " lis; nonnunquam tamen ingraveſcentibus ſym- " ptomatis *in tabem*, *hydropem pulmonum*, *aut* " *aſcitem* degenerat; quo citius a partu ægrum " invadit, eo periculoſior eſt, quo major mor- " bus eo deterior. Qui ante annum quintum " non curantur, poſtea per totum vitæ ſpatium " valetudinarii ſunt. Scabies aut pruritus huic " morbo ſupervenientes ad curationem multum " conferunt. Mayovv. *Partes internæ affectæ.* *Prognoſis.*

Art. 3048. Ex materia medica in hoc affectu ſunt *herbæ omnes capillares*, imprimis *tricomanes*, *radix oſmund. regal. gemmæ* dum vix erumpent *filicis maris*, *lingua cervina*, *veronica mas*, *tuſſilago*, *radix rubiæ tinctorum*, *curcum*, *ſarſaparilla*, *chin. lignum guaiaci & ejuſdem gummi*, *chalybs*, *ſperma ceti*, *vermes terreſtres*, *millepedes*: *Rhabarbarum* præ aliis ſimplicibus commendamus; eſt enim medicamentum moderate calidum & ſiccum, ſpiritibus inſitis omnium partium ſatis familiare & amicum, torporem ſpirituum benigne excutit, mollitiem laxitatemque partium firmat, internam lubricitatem nonnihil corrigit; pulſum ad artus evocat, calorem externarum partium auget, internarum & im- *Remedia ſimplicia.* *Laus rhabarbari.*

imprimis earum, quæ nutritioni inſerviunt, vigorem & activitatem fovet: eſt medicamentum profecto omni ætati & complexioni ſatis tutum.

Curatio. *Art.* 3049. *Cathartica appropriata* præcipue ex *rhabarbaro* debitis intervallis repetita in hoc morbo proſunt; *fonticuli & veſicatoria* ſunt utilia, enema ſequens eſt valde proficuum, ℞. *Fim. e. qui non caſtrati* ℥iß. *ſem. aniſ. fœniculi malv. contuſ. ana* ℥iß. *flor. cham.* p. j. coq. in q. ſ. *ſer. lact.* in colatur. ℥iv. ſolv. *ſyr. violar.* ℨx. *ſacchar. rub. ol. roſ. ana* ℥ß. m. f. enema. De *Frictione* hoc obſervandum eſt, abſtinendum eſſe a frictione, qua parte oſſa prominent, & liberalius fricandum eſſe partibus eorum cavis; non continuandam eſſe hanc actionem ultra levem ruborem in partibus excitatum. "Quantum valet *frictio* in hoc „ morbo, ut etiam de viribus *tuſſilaginis* ſpe„ciatim in hoc affectu & atrophia curandis: „ vide *Fulleri medicinam gymnaſtic.* p. 96.

De frictione.

Mayowii ſententia.

Methodus medendi. *Art.* 3050. Quandoquidem Rachitidis cauſa in obſtructione ſpinalis medullæ, nervorumque inde oriundorum imbecillitate conſiſtit, præcipue indicationes curatoriæ ſunt, ut *nervi roborentur, & obſtructiones tollantur*; in hunc finem venæſectio, vel ſanguinis detractio per hirudinum ſuctionem, medicamenta cathartica, item digeſtiva, diuretica, diaphoretica & ſpecifica in uſum vocentur. Enemata laxantia injici poſſunt, nonnunquam corroborantia *ex decoct. fimi equin. flor. roriſmarin.* &c. *Enem. terebinthin. cum expreſſione milleped. viv.* &c. Catharſis inſtitui poteſt cum *rhabarbaro*, item cum *calomel.* Fonticuli inſuper opem egregiam præſtant, præcipue, ſi in-

ter

ter primam & ſecundam colli vertebram excitentur. Præter ſpecifica vegetabilia laudatur *ens veneris*, inventum nobilis *Boylei*, *ut & ſalia volatilia*, *elixir proprietatis*, *balſamum ſulphuris*, nonnunquam etiam *chalybis* uſus convenit, utpote qui virtute inſigniter aperiente donatur, idemque non tantum concoctionem juvat, ſed etiam viſcerum tonum firmat roboratque: verum illius uſus non ſine cautione inſtituendus eſt; etenim in tuſſi, pleuritide, infarctu pulmonum, febre hectica, morbiſque id genus aliis a chalybis uſu omnino abſtinendum eſt. Ad abdominis intumeſcentiam ſequens fomentatio multum confert, nempe ægro in vaſe ſatis amplo collocato *hordeum fermentatum*, quod in aqua cocta aliquamdiu infuſum eſt (ut in cereviſia conficienda fieri aſſolet) eidem circumcirca tepide apponatur, maneatque æger eodem pene opertus ad ſudoris provocationem.

Alia remedia.

Art. 3051. " Succus e limacibus cum teſtis „ parum contuſis exſtillans, vulgo, ſed perperam, *oleum limacum* vocatus, in hoc affectu „ pro uſu interno & externo valde celebratur, „ præcipue *in infantibus hecticis & phthiſicis*. „ Virtutes & uſus remediorum ſequentium lector ipſe expendat; *Flores ſalis armoniac. martiati Batean. Cereviſia ad Rachitidem*, *aq. limacum pectoralis*, *emplaſt. ſpinale*, *linimentum ſpinale*, *omnium Fulleri*. Conſulatur etiam *Sydenhamus de Rachitide Epiſt.* p. 148.

APH-

APHTHÆ.

Sylvii ſententia.

Aphthæ. *Art.* 3052. Aphthæ ſunt ulcuſcula (ſatis nota) totam oris ſuperficiem occupantia, neque parcunt œſophago, ipſive ventriculo, quantum conjectura aſſequi poſſumus; ut plurimum albicantes ſunt, ſubinde flaveſcentes, quandoque nigricantes, quæ poſtremæ ſunt periculoſiores. " Aphthæ (inquit *Dolæus*) quæ vulgo, ſed per- „ peram, *ulcuſcula* judicantur, ſunt revera *eſcha-* „ *ræ* quædam ſed leviuſculæ, quæ in ſummitate „ puſtularum quarundam in ore &c. oriuntur.

Cauſa & curatio. *Art.* 3053. Aphthæ nobis videntur ortum habere ab acidis humoribus halitibuſve ad os delatis; quocirca curatio conſiſtit in acidorum humorum halituumque *correctione* ac *emendatione*, & in partium affectarum ab aphthis *liberatione*, *mundatione*, ac *conſolidatione*. *Teſtacea*, & *pulveres abſorbentes* primario indicantur, & poſtea leniter expurgandi ſunt humores *ſyrupo de cichor. cum rhabarb.* " *Mucilago ſem. cydon.* (inquit

Remedia varia. „ *Ettmullerus*) cum ſucco *ſempervivi majoris* „ ſubacta linimentum præbet non inconveniens „ pro illinendis aphthis; præ cæteris vero *ſuc-* „ *cus raparum* ſuper ignem vaſe tecto ſine aqua „ aſſatarum expreſſus ſine ſaccharo eſt, optimus; „ egregium eſt *album græcum* & *ſpiritus ſulphu-* „ *ris cum melle roſaceo*. In puerulis aphthis la- „ borantibus (inquit *Bonetus*) nihil eſt quod, tam „ præſentaneam affert opem, quam *oleum rapa-* „ *rum* cum pauco ſaccharo. Sequens valde com- „ mendatur a D. *Boyle*, & profecto votis inter- „ dum reſpondet; ℞. *Succi ſemperviv. maj. mel-* „ *lis opt. ana* p. æ. coq. pauliſper ad clarificand.

„ de-

„ deinde add. *alum. rup.* q. ſ. ad ſaponem medio-
„ criter auſterum M. cum pluma illinentur os
„ & guttur ſingulis horis vel ſæpius. Author
„ hoc remedium tanquam ſpecificum venditat.
„ *Decoctum corticis interioris ulmi cum paulo mel-*
„ *lis roſacei* eſt revera optimum aphthis cu-
„ randis gargariſma. Non debemus in hoc af-
„ fectu (inquit *Dolæus*) proclives eſſe ad pur-
„ gandum; quia facile diarrhœa ſequeretur,
„ quæ peſſima eſt. Sed de aphthis plura alibi
„ (2285.)

Platneri ſententia.

Art. 3054. Aphtæ dicuntur oris ulcera minora mucoſa, quæ oriuntur ſi minores fiſtulæ, per quas varius humor in os defluit, a lento vitiatoque humore exulcerantur. Non ſolum os, ſed quoque fauces, ſtomachum, ventriculum atque etiam inteſtina infeſtare ſolent. Sunt quandoque cum inflammatione malaque febre, præcipue ſi ventriculus atque ſtomachus inflammantur, in quibus caſibus illæ mortem denunciant, maxime ſi aphtæ in elatiorem cruſtam degenerant, & hæc ab inferioribus faucibus quaſi adſcendit. Sæpe igitur etiam aliis febribus accedunt, & tabidos quoque ac phthiſicos non parum excrutiant. Si vero alienum obſcurumque colorem accipiunt, plerumque gangræna ſubeſt, quæ mortis index eſſe ſolet. Nec ſine periculo ſunt, quæ reſolutæ celerius renaſcuntur. Morbus in locis paludoſis, maxime in Belgio, frequentior, & quaſi endemius eſſe ſolet. Infantes crebrius iis laborant, ſi lacte vitiato aluntur, & hoc in ventriculo coacuit. *Aphtarum natura & deſcriptio.*

Art. 3055. Si aphtæ ex mala ardenteque febre naſcuntur, huic ante omnia ſuccurrendum eſt. *Remedia interna.*

eſt. Plurimum valent omnia, quæ corporis humida nimio æſtu coacta diluünt atque tenuant. Dari & crebrius in ore contineri debent decocta ex emollientibus atque hordeo, cui adjiciuntur ſyrupi de althea, violarum, & capillorum veneris, vel loco horum oxymel. Sunt, qui rapas contritas coquunt, bene deſpumant, atque ægro dant, quem monent, ut ea, antequam devoret, quam diutiſſime in ore contineat. Etiam radix glycyrrhizæ, ſarſaparillæ, herba capilli veneris, flores verbaſci, malvæ ex aqua vel lactis ſero coquuntur. Proſunt etiam cremores ex amygdalis, & ſemine papaveris parati, ut & gelatina ex C. C. cui quamplurimum ſucci acidi adjici debet. Gelatinas tamen ardentibus febribus non ſatis idoneas eſſe, medici non ignorant.

Remedia externa. *Art.* 3056. Hæc omnia vero, quæ emolliendi facultatem habent, proſunt, ſi in ore diutius continentur. Ex iis etiam recte fiunt gargarizationes, nec non lotiones ſubter in alvum dandæ. Inter remedia etiam eſt nitrum, & ſal prunellæ, ſi multa aqua diluuntur. Præterea ſatis efficax ad mucum ex faucibus detergendum eſt medicamentum ex moris, vel ex nucibus, roob diamoron, & dianucum noſtratibus dictum, quod melle cum roſa excipi, & mediante penicillo ulceribus illini poteſt. Et his commode pauciores guttæ ſpiritus vitrioli adjiciuntur, ut ad purganda hæc ulcera, & reſolvendas mucoſas cruſtas medicamentum validius ſit. Infantibus, ſi aphtæ ſine febre ſunt, proficit rhabarbarum, & ſi victus lactantis mutatur.

MOR-

MORBI CUTANEI.

Art. 3057. " Cruſta lactea, ſcabies (2341.) *Scabies &c.*
„ Tinea (2019.) &c. ſunt affectus, quibus in-
„ fantes ſæpius tentantur. Eruptionibus ſcabio-
„ ſis frequenter infeſtari ſolent in variis corpo-
„ ris partibus, præſertim facies eorum ſicca ac
„ fœdiſſima ſcabie incruſtari ſolet. *Hildanus*
„ monet hos affectus non temere curandos eſ-
„ ſe ; ſed potius naturæ aliquandiu relinquen-
„ dos ; niſi periclitantur partes muſculoſæ &
„ nervoſæ ſubjacentes. Uſurpare licet *leniter*
„ *purgantia* & *alterantia*, *antimonium diaphore-*
„ *ticum*, *æthiops minerale*, &c. ſunt proficua.

Ettmulleri ſententia.

Art. 3058. Pro his affectibus interne conve- *Curatio.*
niunt medicamenta *ex fumaria*, *tinctura coral. Rob. ſambuci*, *diaphoretica*, *viperina*, *cinnabaris antimonii*, *mercurius dulcis*: Cruſta eſt *humida & manans*, vel *craſſa & ſicca*; *in priori caſu* inſpergenda eſt cum *lapide calaminari præparato*, *tutia*, *ceruſſ. flor. ſulph. camphora*, &c. In *poſteriori* uti licet *oleo amygd. dulc.* cum guttis aliquot *ol. tartar. per deliquium*, vel *balſ. ſulph. lixiv. vulgar.* &c. etiam uſurpare remedia ex *nicotiana*; *mercurius dulcis* eſt tutior quam reliqua mercurialia; ſequens eſt unguentum non inelegans contra tineam, ℞. *Litharg. ceruſſ. ana* ʒij. *flor. ſulph. mercur. viv. ana* ʒj. *ol. roſ.* q. ſ. Inſtituatur cura tineæ decreſcente luna. De his affectibus alibi (2341.) plura.

Head-mould-ſhot and Horſe-ſhoe-head. h. e.

Capitis ſuturæ depreſſæ & quæ ferri caballini formam habent.

Langii ſententia.

Tinea curanda cautiones neceſſaria. *Art.* 3059. In reliquis malis, quæ in peripheria corporis ſub efflorefcentiarum, ac in ore ſub puſtularum, ac ulcuſculorum forma ſe offerunt, externis ſimul proſpiciendum eſt; ubi tamen neutiquam probo temeritatem quorundam, qui in Acoribus, & Tinea capitis ad mercurialia ſtatim confugiunt, vel ad decoctum nicotianæ. Etenim retropellunt intempeſtive, non ſine præſentaneo vitæ periculo his ipſis feri acrimoniam, aut alia admodum periculoſa excitans ſymptomata, qualia *Boyleus* de Nicotiana adnotavit. Potius igitur arrident, quæ acidum iſtud ſimul corrigunt, & blande adſtringendo, ne ulterius pergat, impediunt, talia ſunt: lavationes ex ſale tartari, vel lapid. medicam. cum aqua ſimplici factæ, aut quæ ex ſulphuræ, & ſaturninis fiunt.

Art. 3060. "In catalogo noſtro Londinenſi „ ſeptimanatim morientium duo inſignia mor„ borum nomina ſive titulos invenimus, viz. „ *Head-mould-ſhot & Horſe-shoe head*, quos „ medici ſcriptores neutiquam, quod ſcio, tra„ ctarunt: plures tamen infantes his affectibus „ obeunt, ut ex prædicto calculo conſtat.

Art. 3061. " *Haud-mould-ſhot* eſt affectus in„ fantulis jugiter connatus, in quo oſſium cra„ nii margines ad ſuturas, maxime coronalem, „ alii ſuper alios obvolvuntur, unde meningium „ fibræ tenduntur & diſtrahuntur, nec non ce„ rebrum

„ rebrum ipſum comprimitur, & infantes con-
„ vulſionibus non raro corripiuntur.

Art. 3062. “ *Horſe-shoe-head* eſt affectus in quo „ cranii ſuturæ ſunt nimis patentes, & ſpatia „ dehiſcentia inter oſſium margines interce- „ dunt, qui ulci quandoque non niſi annis „ aliquot ſupplentur. Signum eſt frequenter *im-* „ *becillitatis ac brevis vitæ.* Nutrices loca affe- „ cta *ſpiritu vini* vel *ſpiritu ſacchari* perfricare „ ſolent, cui nonnullæ addunt *albumen ovi &* „ *ol. palmæ.*

L U E S V E N E R E A.

Harriſii ſententia.

Art. 3063. Infantes a nutricibus lactantibus infecti, quanquam maculis, puſtulis, ulceribuſque ſcatent, quanquam & nocturnis illis doloribus erunt excruciati, facillime omnium reſtituuntur. *Farina ſarſaparillæ* fere inſipida, ſaltem nullo guſtu ingrato, panatellis aut pulticulis ſuis, ut par eſt commiſta, addito etiam ventriculi gratia *ſantali citrini* polline, *catharticis* debitis intercalatis, tenerrimæ ætati, ut late nonnunquam obſervavi, ſalutem perfectam reddidit. *Infantes quomodo curātur.*

P H T H I R I A S I S.

Æginetæ ſententia.

Art. 3064. Qui pediculantur capite lupinorum aqua decoctorum diluto abſtergantur. Aut uvam taminiam, aut ſandaracham, ſive utramque levigatam cum oleo veteri acetove illinito. Aut piperis perexiguum, ne exulcera- *Phthiriaſis curatio.*

tionem inducat, cum oleo, aut hederæ cremore cum melle, aut minium ſinopicum cum aceto; aut cedrinum liquorem, aut picem liquidam cum alumine, aut baccarum lauri ſuccum expreſſum, ſive oleum denique raphaninum applicemus. Cæterum nos ſylveſtrem herbam pedicularem aceto, & oleo levigatam induximus, & ſemper voti compotes facti fuimus.

Ettmulleri ſententia.

Morbi pedicularis curatio. *Art.* 3065. Phthiriaſis eſt morbus pedicularis, cui plerumque obnoxii ſunt pueri: Abluatur caput cum *lixivio*, in quo coctum fuit *ſem. ſtaphiſagr.* & inungatur cum linimento ſequente; ♃. *Ol. ſpic.* ℥ij. *amygd. dulc.* ℥ß. *unguent. nicotian.* ℥vj. miſce; pediculi omnes interibunt ſpatio unius noctis.

Cocculus Indicus. *Art.* 3066. " Pulvis baccharum *Cocculi Indici* „ capiti inſperſus certo certius pediculos inte- „ rimit. *Condrochius* (qui peculiarem de iis tra- „ ctatum ſcripſit) millies expertum in puerulis „ tradit hunc pulverem, etiam in exigua quan- „ titate cum adipe ſuilla, vel pomo cocto, & „ ſimilibus permiſtum, & capiti appoſitum e- „ gregie pediculos interficere, & fœlicius, quam „ *ſtaphidem agriam*, tutiuſque quam *hydrargyrum*.

Pediculi inguinales. *Art.* 3067. "In adultis, pro *pediculis cancroſis* inguina incolentibus necandis *ſapo nigra* „ inuncta, eſt remedium infallibile, neque opus „ eſt, ut aliud quodcunque exquiramus. *D. Turner lac. ſublimat.* proponit; ſed eſt medicamen- „ tum non adeo tutum genitalibus uſurpandum.

The Bugge. *Art.* 3068. " Eſt animalculum quoddam fœ- „ diſſimum ac maxime inviſum, cujus nemo „ *Græcorum* vel *Romanorum* authorum, quod „ ſcio, meminit, nomine vernaculo *a Bugg*

„ civi-

„ civibus Londinenſibus doloroſo & venenoſo „ morſu ſatis ſuperque notum; *Ricino* inſecto „ livido cruoris pleno, qui canibus, ovibus, & „ bobus valde infeſtus eſt, non multum diſſi- „ mile. Neſcio an ſupradictus *Pulvis cocculi* „ *Indici* (*Art.* 3066.) circa ſpondas & ſtragula „ conſperſus hoc animalculum maxime dete- „ ſtandum interimeret, necne. *D. Schavv* aſſe- „ ruit, quod, ſi locus demorſus ſatis cum a- „ lumine rupeo ſaliva ſoluto fricetur, virus il- „ lico ſuſpendetur, & dolor evaneſcet.

ECCHYMOMA INFANTILE.

Langii ſententia.

Art. 3069. Quoad Ecchymomata capitis, & faciei, non raro contingit ex ſitu perverſo fœtus in utero, aut ſi nimium anguſta fuerit mater, vel obſtetrix imprudenter contrectet faciem, aut caput in dyſtokia, ut ſanguine ſuffuſa facies, & tumidum omnino a ſtagnante cruore reddatur caput univerſum, adeo ut meminerim me hujuſmodi fœtum aliquando vidiſſe, qui pene cum Æthiope nigredine certavit ex ſola extravaſatione hac ſanguinis. *Hujus affectionis cauſa.*

Art. 3070. Adhibenda igitur, ſtatim ac affectus conſpectui ſe ſiſtit, remedia erunt, & quidem talia, quæ reſolvere coagulum hoc fluidum poſſunt. Famoſa præ aliis ſunt vinum tepidum, cui majorana, ſalvia, ruta, & roriſmarini vel hyſſopi folia ſunt incocta, aut phlegma ſp. vin. cum ſupra jam nominatis vegetabilibus, aut cum radice bryoniæ digeſtum. Alia magis acria lubenter omitto, cum teneritudo cutis in his puſillis ea non ferat. Ad demulcendum tamen dolorem comitem ejus mali pene ſolemnem, ſi- *Curatio.*

mul lac muliebre calidum cum thure, aut fol. verbaſci lutei imponi poſſunt, vel ol. hyperici anatica portione ſp. vin. mixtum.

Quidam alii infantum morbi.

Fœtu ſemivivo in lucem prodeunte quid faciendum?

Art. 3071. Poſt ingentes pariendi conatus infans interdum adeo debilitatus in lucem prodit, ut ſemivivus aut vix mortuus videatur. Hoc vero caſu ejus vires reſtaurari ſolicite debebunt, collocando eum ſtatim prope ignem, & faciendo ut obſtetrix ſuomet ore vinum in ejus os injiciat, quod etiam ſæpe ſæpius reiterando præſtabit, deinde eumdem reclinando in lectulum, ut capite directo, vultuque detecto decumbat, quo facilius ſpiritum ducere poſſit. Commendabile quoque erit: ſi eadem obſtetrix manibus ſuis digitiſque eleganter ejus os apertum ſervabit, ejuſque nares tenui lino emunget mero imbuto, & expreſſo.

Vitia ex Umbilico.

Art. 3072. Si pueris umbilicus inflammatione aliqua tenetur, admoveri præſtabit turunda oleo roſato, & aceto ſimul mixtis imbuta, ſi autem ejus nodus, qui pro reſcindendo funiculo habetur, poſtquam decidit, exulceretur, curandus tunc umbilicus erit, ſuperdato lino aqua calcis leviuſcula, vel aqua plantaginis cum tantillo aluminis medicata imbuto. Quodſi hujuſmodi ulcus minimum ſit, araneam imponere ſatis erit, vel pulverem ex carie lignorum, & ne hic facile decidat, linamentis carptis, indeque faſcia circumjecta obtegetur. Deformis tandem umbilici prominentia glomis faſcia ſuperducta devinctis deprimetur, tandiu itidem cuſtodiendis, donec ſatis infans adoleverit.

Hernia infantilis.

Art. 3073. Hernia infantum deſcenſus eſt partium inteſtinalium in inguina, vel in ſcrotum

ut de

ut de herniis ſupra fuſius explicavimus. Eadem vero curatur reſupinato primum infante declivius in capite, tum digitis partes prolapſas leviter in ventrem adigendo. Inteſtino ſic in priſtinum, & naturalem locum reſtituto ſuperdabitur glomus faſcia circumducta, donec lorum aptius faſcia, & magis idoneum paretur ejus vice adhibendum. Neceſſarium quoque erit ægrum decumbentem uſque in ſextam, vel in ſeptimam hebdomadam relinquere, vitando, quantum fieri poterit, ne tuſſiat, aut ejulet, neve ejus alvus diutius nimis adſtricta permaneat. Antequam faſcia injiciatur, locum affectum præſtabit aqua fabrorum ferrariorum ſæpe abluere, tum Emplaſtro quodam ſtiptico ſuperdato confirmare. Quotidie inſuper cum potu ordinario quædam ſpiritus ſalis guttulæ intus ſumendæ commendantur.

Art. 3074. Quando hydrocele infans laborat, præter ea, quæ §. 2551. præſcripſimus juvabunt etiam ſp. vin. vel decoctum ſeq. ℞. Chamæmel. Rutæ, Majoranæ, Fœniculi, Meliloti ana man. j. aq. font. q. ſ. f. decoct. Horum liquorum ope ſcrotum fovebitur, eidem panni iiſdem imbuti admovebuntur, inde facta ablutione cum aqua calcis debiliori, cui parum aluminis adjicitur, alii rurſus panni applicabuntur ex vino rubro cum roſis, & alumine incocto expreſſi. Hiſce demum remediis, ſi tumor nondum evaneſcat, ſcrotum eo inſtrumento qua paracenteſis inſtituitur, perforare licebit, cavendo ſimul, ne teſticuli quidquam lædantur. *Hydroceles Infantum curatio.*

CAPUT XVI.

Sive Faſciculus Morborum decimus ſextus.

TRACTATUS DE VENENIS,

Ex pluribus, iiſque optimis, ſcriptoribus, more noſtro collatitio, non ſine propriis aliquot ſymbolis quibuſdam in locis interjectis, concinnatus.

Prooemium. *Art.* 3075. VItam hominum, quibus venenum aliquod illatum ſit, in ancipiti eſſe, & in anguſtiis verſari experientia nimis frequenti ſatis compertum eſt, venenatorumque ſymptomata nullam pati *cunctationem*, ſed medelam citam ac promptiſſimam expoſcere. Ideoque ne opuſculum hocce manuale in tanta rerum præcipitatione, ac difficultate *ſubſidio tam neceſſario* plane deſtituatur, ſchedulam hanc de venenis, tanquam quid deſideratum, adjeci.

Venenū quid. *Art.* 3076. Utrum quidpiam in ſe, & abſolute venenum ſit, multum ambigitur: e contra omnia venena eſſe, nec ſine veneno quicquam exiſtere aſſerere non dubitavit *Paracelſus*; doſis ſola (inquit ille) facit, ut venenum ſit, vel non; cibus enim vel potus quilibet quantitate majori æqua aſſumptus, atteſtante eventu, ſæpius venenum fit, vel, quod ad idem reddit, mortem violentam affert. Sed quum *de venenis* loquamur, intelligenda ſunt illa, quæ in minutiſſima ut plurimum ſui quantitate corporibus noſtris inſigniter nocent.

Veneni definitio. *Art.* 3077. Venenum in genere definiri poteſt, id, quod intus aſſumptum, vel extrinſecus admiſſum qualitate quadam, vel agendi ratione cor-

corporibus noſtris vehementer *nocere* aptum eſt: non enim eſt de veneni eſſentia, ut hominem ſemper interimat; ſed ſatis eſt, ſi illum arcana quadam facultate vehementer lædat; poſterioris generis ſunt omnia illa, quæ *inſaniam*, *ſtolidi-tatem* vel *fatuitatem* inducunt, homines non penitus interficientia.

Art. 3078. Non eſt hujus inſtituti inani ſpeculationi tempus impendere de variis venenorum modis agendi, aut litem movere, utrum venena perimant *nimio calore vel frigore*, *vaſorum eroſione*, vel *humorum putrefactione*, *lancinante nervorum irritatione*, vel *vehementi ſpirituum animalium in furorem agitatione*, &c. eſt enim maxima varietas. Interim tamen operæ pretium erit id adnotare, quod ſcribit *Sylvius*; quamvis (inquit ille) acrimonia omnis ſenſum caloris producere videatur in partibus ſenſibilibus; repe-riuntur tamen in noſtris corporibus duo acria effervescentiam diverſam producentia, tum calidam tum calore deſtitutam, non tantum ſenſui manifeſtam, & ideo ab invicem diſtinctam, ſed diverſis remediis cedentem. Si quis venenorum effecta & ſymptomata, quæ in homine ſolent excitare, attenta mente conſideraverit, agnoſcet illa omnia ortum ſuum ac efficaciam debere alterutri, vel utrique acri, cujus acrimonia vel patet, vel latet: quoties patet veneni acrimonia prompta eſt ipſius actio humorumque corruptio, ſentiturque confeſtim ejus noxa; quoties latet lenta, & tarda eſt ejuſdem actio, humorumque corruptio, nec niſi paulatim obſervatur ejus noxa. *Venena quomodo periment.*

Art. 3079. Quandoquidem duobus modis corpora noſtra venenis afficiuntur, nimirum *ore ſumptis* vel *extra in corpus immiſſis*, de utriſque *Venenorum duo genera.*

ſeorſim agendum eſt, & primo de venenis ore ſumptis.

Signa veneni ſumpti. *Art.* 3080. Signa veneno intus aſſumpto ſupervenientia ſunt, quæ ſequuntur; ructus fœtidi & mali ſaporis, mox pulſus & cordis motus inſignis mutatio, virium lapſus, cordis anguguſtia, palpitatio, lipothymia, ſyncope, interdum vertigo, viſus obfuſcatio, tremores, convulſiones, ſingultus, ſtupor, mordicatio & dolores, & quandoque eroſiones ventriculi, & inteſtinorum, ſitis, urinæ ſuppreſſio, vomitus materiæ pravæ, interdum & alvi profluvium, extremorum refrigeratio, ſudores frigidi, linguæ intumeſcentia, labia tumefacta & nigricantia, ventriculi & hypochondriorum intumefactio atque extenſio, interdum totum corpus intumeſcit, & inflatur maculis paſſim in corpore erumpentibus, & poſtremo mors ipſa. Verum non omnia hæc ſymptomata in omnibus accidunt.

Prognoſis. *Art.* 3081. Magna eſt venenorum differentia; alia aliis ſunt magis periculoſa, alia citius, alia tardius pro ratione quantitatis, qualitatis, & reliquis eorum circumſtantiis hominem enecant. Prognoſis potiſſimum a copia, & vehementia ſymptomatum petenda eſt, ſi idonea medicamenta ſtatim adhibita fuerint, & ex eorum uſu melius æger habeat, de vita non eſt deſperandum. In convaleſcentibus vero ſæpius accidit, quod a veneno maligna diatheſis corpori imprimatur, quæ pertinaciter hæret, & longo poſt tempore ſeſe exerit, & diuturnos ac periculoſos morbos parit. Opinio iſta vulgaris ficta eſt ac falſa, quæ *Indos ab iiſque Italos ita artem veneficam ſtatuit calluiſſe, ut in ſtatum diem aut tempus prædeterminatum, ſive fuerit ſeptimana, ſive menſis, ſive annus, venenatos omnes certo*

con-

conficere poſſint: natura enim quibuslibet venenis huic aut altero æque *totis viribus* ſe opponit, & lethale virus reprimit aut fruſtratur.

Art. 3082. Quoad curationem venenorum in genere indicationes communes ſunt tantum duæ, nempe: ut venenum per viam per quam in corpus ingreſſum eſt, (ſi poſſibile) revocetur & expellatur, & deinde ut idoneis alexipharmacis expugnetur. Ex natura & ratione alexipharmacorum, & bezoardicorum, quæ magna ex parte cardiaca audiunt, proclives ſumus conjecturam facere, illa non proprie in venenum ipſum agere, ſed ſaltem corpus roborare, ut ad venenum expellendum ſufficiat, atque ita ſaltem per accidens in venenatis prodeſſe. Ex prædictis luculenter patet, quod danda ſit opera, ut venena ore ſumpta quamprimum e corpore evacuentur: atque ut id commodiſſime fiat per vomitum, vomitoria autem non debent eſſe fortiora, acria, aut corrodentia; ſed leniora, & parata ex iis, quæ lentorem obtinent, & naturam mucilaginoſam, vel oleoſam habent, quæ veneni acrimoniam aliquo modo obtundere poſſunt. In his caſibus feſtinandum eſt nullaque interpoſita mora, quæ ad manum ſunt exhibenda. In hoc negotio, quod cunctationem non patitur, aqua tepida cum multo oleo permiſta reliquis omnibus quotcunque viribus fere æqipollet; deficiente oleo butyrum ejus vices ſupplere poteſt, valent etiam juſcula mucilaginoſa, & pinguia, &c. Non autem ſatis eſt ſemel vomitum provocare, ſed tamdiu is continuandus eſt, donec nulla amplius veneni in ventriculo indicia ex ſapore, odore, nauſea, dolore, & morſu deprehendantur. Si venenum a ventriculo ad inteſtina deſcenderit, quod ſepius accidit, iterata clyſterum injectione illuenda eſt alvus, & e veneno Curatio.

neno emundanda; purgantia quoque lenia propinanda ſunt, ut inteſtina ſuperiora liberentur, conveniunt *caſſia*, *manna*, *rhabarbarum* & ſimilia; utiles ſunt *emulſiones ex amygd. dulc. ſem. melon. cydon. gum. arab.* &c. *cum ſyr. de althœa.* Tandem ſi quæ reliquiæ veneni in corpore ſuperſint, a corde & viſceribus avertendæ ſunt, & ad ambitum corporis pellendæ, & per ſudores evacuandæ, quod alexipharmaca itidem præſtant, & omnino utile & neceſſarium eſt ab alexipharmacorum uſu non ſtatim deſiſtere, ſed ea aliquamdiu continuare, donec maligna diſpoſitio corpori impreſſa expugnata ſit. *Theriaca Andromachi* contra omnia venena cujuſcunque generis præ reliquis quotcunque remediis optimum eſſe *antidotum* jure merito communi ſuffragio cēnſetur; ſed majori ſolito doſi ad drach. duas vel tres exhibenda eſt (inquit D. *Harris in Pharmacolog. Anti-empir.* p. 285.) ab hac vero regula interdum declinandum eſt; *nam de opio cautione opus eſt*, quando cum venenis narcoticis rem habeamus. Interim inſtituendus eſt conveniens victus; *lac in cibo & potu* a quamplurimis authoribus valde commendatur; reliqui cibi ſint *pingues & unctuoſi*; utilia ſunt *juſcula gelatinoſa e pedibus vitulinis, raſuris ebori, C. C.* &c.

Venenorum diviſio. *Art.* 3083. Venenorum in ſpecie diviſio maxime naturalis a differentia corporum, quibus inſunt, petenda eſt; exiſtunt enim venena *vegetabilia*, *mineralia*, & *animalia*: ex his ſufficiet eminentiora quædam tractare, unde ex iſtis exemplaribus ante oculos poſitis praxis de reliquis facili negotio derivari poteſt.

VENENA VEGETABILIA.

Art. 3084. E plantarum claſſe *cicuta & aconitum* primas obtinent, utpote apud antiquos ſcriptores frequentiſſime memoratæ. Cicutam plantam eſſe venenatam foliis, radicibus, & ſucco expreſſo, pluribus exemplis paſſim apud authores probari poteſt. (*Nuper vero minima doſi, & rite paratam eximium præbere Cicutam remedium ad Cancros detectum fuit*, vid. art. 2500.) Folia interdum errore pernicioſo loco chærefolii, & petroſelini colliguntur, & inter acetaria devorantur; radices pro paſtinacis incaute comeſæ quoſdam interemerunt; ſuccum eſſe exitialem ex *Athenienſium* conſuetudine ſatis conſtat, qui mortis ſententia damnatis propinabant; ex hoc lethali pharmaco occubuiſſe dicitur *Socrates ille philoſophorum ſapientiſſimus*; verum enim vero quodnam fuiſſet iſtud *venenum Atticum*, an merus cicutæ ſuccus, vel ex hoc & aliis pharmacis compoſitum, haud ſatis conſtat, quin in dubium vocari poſſit; ſed hic non eſt diſputandi locus. *Cicuta & Aconitum.*

Art. 3085. Rationibus & experimentis deprehenditur cicutam eſſe calidam, & acrem (quod contra univerſæ antiquitatis ſuffragium *doctiſſimus Vvepfferus* indubitate comprobavit) ſuiſque aculeis membranam nerveam potiſſimum ventriculi ferire ac fibras ejus ad violentam conſtrictionem irritare, unde tum ob vellicationis vehementiam, tum ob conſtrictionis atrocitatem maxime circa orificia ventriculi, ubi nervi inſigniores diſſeminantur, præſidem ſiſtematis nervoſi in furorem agit, unde convulſiones, &c. & cerebrum & cor in conſenſum rapiuntur. *Cicuta calida & acris.*

Art. 3086. Affectus cicutæ intus ſumptæ ſunt *Effectus* præ-

cicuta intus ſumpta. præcordiorum, & ventriculi dolor cum ſenſu punctionis & ardoris ibidem, quaſi temulentia aliqualis, vertigo, epilepſia cum ſenſuum abolitione, & mira capitis artuum & totius corporis ſuccuſſione & torſione, ſpaſmi univerſales, effluxus ſanguinis ex auribus, tumor pugni virilis magnitudine circa ſcorbiculum cordis, ſingultus, inanes vomendi conatus, faciei & abdominis intumeſcentia, fluxus ſpumæ viridis ex ore poſt mortem.

Curatio. *Art.* 3087. Indicationes itaque curativæ erunt: cicutam quantocius ex ventriculo educendam eſſe, ejuſque acrimoniam infringendam, ſpiritus vitales conſumptos a vehementia ſymptomatum inſtaurandos, aut ob motum ſanguinis varium vel interceptum oppreſſos excitandos, labem ventriculo vel inteſtinis impreſſam, ſive inflammatio ſive denudatio membranæ nerveæ, ſive exulceratio ſit, emendandam, & vires laudabili victus ratione reſtituendas & conſervandas. Cicuta breviore, tutiore & certiore via exturbabitur e ventriculo vomitu tempeſtive concitato; neque neceſſum eſt, ut vomitoriis fortioribus utamur, ut ventriculum vehementer irritent & ſtimulent, cum jam alias ad conſtrictionem a *cicuta* pellectus ſit; ſufficiunt *aquæ & olei tepidi* largi & iterati hauſtus. Ad vomitum quoque in hoc caſu ciendum valent *juſcula pinguia*, *decoctum hordei cum oleo ſimplici*, *aqua tepida cum butyro*, *lac cum oleo & butyro*, *ſincerum aut aqua dilutum*, *cerevisia cum oleo & butyro*; *oleum lini vel nucis per ſe* nauſeabunda ſunt, ideoque commodiora ad vomitum facilitandum *aqua tepida*, *lacti*, *decocto hordei*, *cerevisiæ*, *aut juſculis cujuſcunque generis permiſta*, quæ una opera cicutæ acrimoniam demulcent & obtundunt. Pergendum eſt in hoc opere, donec *omnis cicuta*

ē ven-

e ventriculo pulſa ſit. Si vero ventriculus his in expellendis adjutus voto non reſpondeat, & vomitus tardetur, ad fortiora vomitoria recurrendum eſt, ad *oxymel ſcilliticum*, *ſal vitrioli*, *decoctum cort. virid. jugland. decoctum fol. nicotianæ*, &c. Dum hæc tentantur pinguia enemata injiciantur, & ſuppoſitoria intrudantur *ex mele & ſale coctis*, *hier. picr. ſapone ſal. gem. vel alumine*, &c. Clyſteres enim & ſuppoſitoria motum periſtalticum inteſtinorum ſurſum vergentem deorſum proliciunt. Vix licitum eſt catharticum propinare niſi leniſſimum. Educta ita e ventriculo & inteſtinis *cicuta* omni vel maxima parte, tum demum ad *vinum generoſum* & *alexipharmaca* deveniendum eſt. Antidoti magnæ, *Theriaca*, *Mithridatum*, *electuarium Orvietanum*, &c. proſunt, quatenus diſſolvunt ſanguinem, & lympham alicubi ſtagnantes. Huc pertinent etiam *aquæ cordiales dictæ*, *confectiones de hyacinth. alkermes*, *lapis bezoardicus*, *item tinctura bezoardica*, *ſalia volatilia*, *mixtura ſimplex Paracelſi*. Cum ſuſpicio ſit tunicas ventriculi aut inteſtinorum eroſas eſſe aut ulceratas, haud conſultum eſt cibos *aromatibus* condire, multo minus *aceto*, neque vino nimium indulgere; magis prodeſt *decoctum hordei cum paſſulis*, *ſem. aniſi*, *aut decoctum rad. chin. ſaſſafr.* &c.

Art. 3088. Probabile eſt (*inquit clariſſimus D. Mead*) *cicutam* antiquorum, de qua *Wepfferus* tractatum edidit, fuiſſe noſtram *Oenanthem cicutæ facie ſucco viroſo*, quæ cicuta vulgari multo exitioſior eſt. *Raius* vero noſter, rei herbariæ peritiſſimus, *cicutam majorem vulgarem venenum fuiſſe Athenienſe* aſſerit, & *cicutam aquaticam*, de qua *Wepfferus* integrum librum conſcripſit, fuiſſe *cicutariam paluſtrem. vid. Hiſt. Plant.* Vol. I. p. 452. 452. *Oenanthem autem cicu-* *Cicuta, Oenanthe & cicutaria.*

ta

tæ facie eſſe plantam ab ambabus diverſam vid. eandem p. 441. Doctiſſimus vero laudatus author forſan conjecturam ſuam ſuſtinere poteſt; & , per me licet ſuſtineat; non eſt mihi litigandi otium, nec animus. Interim agnoſcendum eſt has plantas *cognatas eſſe*, *nec viribus*, *aut facie valde diſſimiles*.

Oenanthes aquat. deſcriptio. *Art.* 3089. Oenanthem aquaticam cicutæ facie apud *Raium* loco citato ad hunc modum deſcriptam invenimus; „ *Paludapio* foliis non abſimilis eſt rutæ pratenſi ſimilior (noſtra ſententia *apio* aut *petroſelino* ſimilior, quam *Thalictro*) multo pullulatu virore, tetro, colore & facie *cicutæ*. Caules bicubitales ſpargit e radice in pares *aſphodeli* albi bulbos multiparta, & quaſi brachiata nullius fibræ vinculo aut interventu continuos, teneros, guſtu acres & ingratos, ſucco lacteo primum, deinde flaveſcente viroſo, & exulcerante prægnantes. In rivulis non in ſeptentrionalibus duntaxat, ſed & meridionalibus *Angliæ* provinciis copioſe provenit." An radices hujus plantæ ſint venenatæ, & malignæ, vel ſalubres *Raius* dubitat, & rem in medio relinquit ulteriori examini ſubjiciendam. Sed de earundem malignitate ſequens hiſtoria omnem tollit dubitandi anſam.

Hiſtoria œnanthes comeſæ. *Art.* 3090. Ad tertium lapidem ab oppido, ubi jam pluribus annis commoratus ſum medicinam faciens, ſeptem circiter abhinc annos, a quatuor pueris comeſæ fuerunt *radices Oenanthes*, quod in hunc modum eveniebat; hi pueri hora undecima antemeridiana e *ſchola alphabetica* egreſſi, per prata palantes, ad ripam rivuli has radices reperiebant, & cum candelabri fragmento, quod ad manum fuit, effodiebant; opere egregie delectabantur, & plures jam, nacti, ajebant alii aliis, hæ ſunt *radices dauci teneræ*, *yung Carrots*,

rots, ſtatim mutuis incitamentis, non famis, ſed petulantis luxuriæ cauſa, illas avide devorabant. Quid fit? domum abeunt, ægrotare incipiunt, quod factum fuit, celabant. Hi liberi fuerunt tres filii, & una filia ex iiſdem parentibus orti, patre vero tunc temporis ſolo ſuperſtite; eorum natu minimus quartum annum nonattigerat; filius medius quintum, & puella ſextum aut ſeptimum agebat annum. Vagiebant, ejulabant; pater natorum aſpectu conterritus, quid mali ſit, neſciebat. Porro obmuteſcebant, ſuperveniebant ſpaſmi horrendi cum tota ſenſuum abolitione, vomebant omnes, puella ſupra ac infra violenter purgata eſt, ſubinde vero in lucidis intercapedinibus edebant & bibebant. Pater lacrymans miſerabili, & ſubitanea natorum omnium *metamorphoſi* vehementer perculſus varia in animo volvebat; ſecundum vulgi opinionem *incantamentis vel malis artibus* admiranda hæc ſymptomata inducta fuiſſe credebat. In lucidis intervallis rogabat, nunquid comediſſent? rem nondum agnoſcunt; deinde in loculis facto ſcrutinio inventa ſunt fruſtula quædam *cujuſdam radicis*, hoc detecto, qui loqui potuerunt, veritatem fatentur, omnes de *iſthac radice* eſitaſſe, unde ſtatim de veneno ſuſcepto orta eſt ſuſpicio: & extemplo nuncius cum radice ad me defertur; forte fortuna *radicem facie agnovi*; ipſe autem tunc temporis alias occupatus *pharmacopolam* conſilio, & ſubſidiis idoneis inſtructum mox demiſi, qui miſellos invenit veneno fere confectos; nunc omnes, nunc hunc, nunc alium paroxyſmis epilepticis, cum graviſſimis ſpaſmis & ſpuma oris laborantes. Juſſu meo multum oleum cum aquæ tepidæ crebris hauſtibus larga manu propinavit. Exantlato ita ventriculo, medicamentum, quod mihi maxime arridebat,

bat, fuit *tinctura bezoardica*, qua fretus alia addere ſupervacuum credidi, niſi quod iis modico vino languoribus indulſi. Doſis tincturæ maximo natu fuit cochl. iſs. & parvulis diminuta quantitate pro ratione ætatum 6ta vel 8va quaque hora cum hauſtulo cereviſiæ; interdum brodiis, & lacticiniis nutriebantur. Poſt 24. horas duo ex iis priſtinæ ſanitati reſtituti ſunt, multo tamen debilitati; reliqui duo tardius convaleſcebant, nec ante quintam vel ſextam diem excuſſa eſt veneni labes; iis *clyſteres* ſæpius injici curavi, & fortaſſe alia nonnulla remedia exhibui, quorum jam mihi excidit memoria: evaſere omnes, ſed non ſine maxima difficultate; & jam, dum hæc ſcribo, vivi ſunt.

Porcus ex eſu œnanthes interfectus.

Art. 3091. Idem paterfamilias, vir fidei integerrimæ, mihi narravit ſe biennio poſt habuiſſe *porcum*, qui e propugnaculis prorepens vagus per agros aberravit, & in idem pratum incidit, ubi more iſtorum animalium ruſpantem credibile eſt has radices guſtaſſe & devoraſſe; nam poſt paucas horas vehementer ægrotabat, accerſebatur *veterinarius* quidam e vicinio, qui manus auxiliares porrexit, ſed fruſtra; nam animal moriebatur convulſum ſpumoſa ex ore ſaliva effluente.

Corona imperialis, eſula, euphorbiũ, helleborus.

Art. 3092. Radix bulboſa *coronæ imperialis* intus ſumpta affectus fere eoſdem habet ac cicuta, atteſtante *Joanne Rhodio apud Wepfferum*; ideoque eandem exigit medendi methodum. *Eſulæ ſive tithymali quoque fere omnes* ſunt acres & maligni, intro aſſumpti violenter admodum purgant, ventriculum & inteſtina excoriant, adurendi vim obtinent, & cicutæ viribus perniciosis propemodum æquipollent. De *Euphorbio & Helleboro* idem dicendum eſt, ſi in nimia quantitate exhibeantur, & etiam quibuſdam aliis phar-

macis

macis emeticis, & catharticis uſu vulgari nimis frequenter adhibitis.

Art. 3093. Quod *aconitum ſive napellus* a tota ſubſtantia ſua ſummum ſit venenum, & perniciofum in necandis hominibus, & quadrupedibus, ut vix etiam approbatiſſimis *antidotis* ſuccurri poſſit, niſi confeſtim applicentur præſidia, ex ſententia medicorum fere omnium notum eſt. *Napellus* in jugis montium *Alpinorum* nutritus vires admodum noxias obtinet, adeo ut inter venena vegetabilia jure merito princeps cenſeatur, delatus vero in hortos in locis humidioribus malignitatem magna ex parte deponit. *Aconitũ ſive napellus.*

Art. 3094. Symptomata ab aſſumpto *Napello* ſunt, quæ ſequuntur: intumeſcentia labiorum, linguæ, & totius faciei, oculorum prominentia, pectoris gravitas, compreſſiones cordis, tremor partium, vertigines, ſyncopes, horror, mania, & lethargus, quæ omnia accidunt, & ſi intoxicatus evaſerit, febre hectica tamen miſer corripitur. *Effectus intus ſumpti.*

Art. 3095. De remediis adverſus perniciofum hoc venenum (veneno ipſo prius vomitione reddito, & reliquis de curando veneno in genere (3082.) recte obſervatis) commendatur *radix contrayerv. à* ℈j. *ad* ʒj. *cum Theriaca vel Mithridato* exhibita. Sunt qui ſuccum *Raphani* intus ſumptum tanquam certiſſimum remedium decantant: plurimum prodeſſe aliqui volunt *lapidem bezoartic. oriental. ex Matthioli experimento in duobus reis comprobato*, lib. 14. cap. 73. in *Dioſcorid.* *Curatio.*

Art. 3096. Cocculæ officinarum ſive *baccæ cocci Indici* inter venena merito numerantur: in beſtiis etenim (ex experimentis *Vvepfferi* conſtat) ſymptomata invaſionis ordine, & ſævitia non diſparia iis, quæ *cicuta aquatica* in hominibus efficit; *Cocculæ officinarum.*

ficit; certum eſt iis ineſſe vim deleteriam impenſe irritantem *helleboro albo* ſimilem. Qamobrem qualis ſit medendi methodus ab hoc veneno aſſumpto ſupra in ſectione de cicuta (3087.) percipienda ſit.

Taxus. *Art.* 3097. Taxus arbor foliis, ſucco, & baccis, hominibus & jumentis lethalis eſt. Hoc veneno infecti frigus in toto corpore percipiunt, ſtrangulationis metum incurrunt, & alvi profluvium dyſentericum patiuntur, & plerumque repentina morte moriuntur. Facta per vomitum neceſſaria evacuatione propinandum eſt vinum generoſum, in quo infuſa ſunt *folia abſynthii*, *flores roriſmarini*, *rad. zedoariæ*, *ſerpent. virgin. ſem. cardamom. cum aliis aromatibus*. Ad febrem & alvi profluvium conducunt *terra ſigillata*, *bolus Armenus*, *lapis bezoar. coral. rub. rad. tormentill. &c.*

Opium. *Art.* 3098. Opium, quod vi ſua polychreſta, nunquam ſatis laudata, qua & ſomni nobis dulcedinem conciliat, & doloris ſuave lenimen præſtat, & quævis in republica noſtra microſcomica turbata pacatiora reddit, in doſi plus juſto exhibitum venenum evadere nemini non notum eſt, in quantum veriſſimum eſt, quod etiamſi illius facies una ſit *Angelica*, altera tamen ſit *Diabolica*; quamobrem prudentia ſumma, & maxima cautela in opiatis exhibendis omnino requiruntur; eorum uſus promiſcuus, & profuſus *cane pejus & angue* vitandus eſt. *Narcotica* enim, quæ ſtuporem ſenſui inferunt, non temere in uſum ducenda ſunt, nec niſi in vehementiſſimis doloribus, ubi vires dolorum acerbitate concidunt, ut ceſſantibus doloribus vires recolligant. Adulatoris eſt medici, aut auram papularem captantis ea ob leviſſimam aliquam cauſam nimis frequenter, & manu ſupra modum liberali propi-

nare.

nare. Sed hoc obiter dictum ſit; de opio veneno dicturus ſum.

Art. 3099. Effectus opii in nimia quantitate ſumpti ſunt, qui ſequuntur: ardor ventriculi, ponderis ſenſus ibidem, alacritas aliqualis in initio cum riſu *Sardonico*, partium omnium relaxatio ac debilitas, mentis alienatio, memoriæ lapſus, oculorum obfuſcatio ex tunicarum relaxatione variis coloribus coram oculis apparentibus, ipſa cœcitas, linguæ balbuties, ſopor, pulſus rarus, effloreſcens faciei rubor, maxillæ inferioris laxitas, labiorum intumeſcentia, ſpirandi difficultas, furor & mania, ſalacitas, cutis pruritus vehemens, nauſea, vertigo, affectiones comatoſæ, apoplecticæ, vomitus, ſingultus, pulſus turbatus, ſpaſmi, ſudores frigidi, ſyncopes, & lipothimiæ, expiratio frigida, mors. Omnia hæc ſymptomata in omnibus vix occurrunt, ſed quædam in his, quædam in aliis pro diverſitate conſtitutionum, pharmaci quantitatis, &c. *Effectus opii ex nimia quantitate.*

Art. 3100. Curatio in hoc primario conſiſtit, ut (quod in omnibus venenis faciendum) vomitus provocetur, at, ſi ad inteſtina jam penetraverit venenum, clyſteres acriores injiciantur, ac demum doſis Cremoris tartari propinetur. Et poſtea *opii antidoti* exhibeantur, inter quas *ſalia lixivialia* aliis ſupereminent, ut & *ſapo albus vel potius tartareus*, ſi comparari poſſit. Commendatur hauſtus *vini veteris vel ſpiritus vini* cum *vitello ovi* ad noxiam reſinam, opii partem pernicioſiſſimam ventriculo adhærentem, ſubigendam. Poſtremo ad medicamenta acida deveniendum eſt; excitandus eſt æger omni arte, & ſe labore aliquo exerceat; aeri frigido ſe nudum exponat; immo in graviori caſu commendatur *immerſio in aqua frigida*. *Curatio.*

Art. 3101. Hyoſcyamus niger vulgaris eſt *Hyoſcyamus.*

 plan-

planta ſoporifera, & venenoſa, odore fœtido facile ſe prodens. Ex eſu *radicis*, *foliorum*, *vel ſeminum* oriuntur ſymptomata ſequentia: ariditas faucium & linguæ, artuum ſtupefactio, ſpirituum languor, pruritus univerſalis, mentis alienatio, vociferatio, delirium, vertigo, viſus depravatio aut abolito, diyſpnœa, ſuffocatio. Quoad curam vid. opium. *Art.* præcedenti.

Solanũ. *Art.* 3102. Solanum lethale, *Bella Donna*, eſt planta maligna & ſtupefaciens; illius baccæ quandoque a pueris incaute comeduntur, quas vocant *ceraſa ſylveſtria*: ſymptomata ex his comeſis ſunt ſitis intenſa, raucitas, cardialgia, ſopor gravis, cæcitas, mentis alienatio, delirium, hypochondriorum tenſio, convulſiones, affectus apoplectici, mors.

Mandragora & coriandrum. *Art.* 3103. Ejuſdem commatis *narcotici eſt Madragora*, ut etiam *coriandrum*, ſicut a quibuſdam affirmatur; ſed de hoc haud ſatis convenit inter *Botanicos & Medicos*.

Nux vomica. *Art.* 3104. Nux vomica *narcotica eſt & virulenta*, ea utuntur ad canes & feles interimendos: hæc animalia *nuce vomica* devorata intra paucas horas convulſi moriuntur. Neque dubitandum eſt, quin eoſdem in homine haberet effectus. *Avibus* certe non minus perniciofam eſſe ex frequenti noſtratium experientia conſtat, qui ejus pulvere carnibus inſperſo corvos, & cornices, aliaſque aves noxias ineſcare, & perdere ſolent. Vide opium quoad curam. (3100.)

Plantæ narcoticæ. *Art.* 3105. Hæ plantæ *narcoticæ ultimo recitatæ* naturæ fere ejuſdem cum opio ſunt quoad malignitatis ſpeciem, & operandi modum; ideoque non opus eſt hiſce diutius immorari, ſed brevitatis cauſa remittendus eſt lector ad ſectionem de opio. (*Art.* 3099.)

Fungi. *Art.* 3106. Fungi ſunt infimum & ignobiliſſimum

mum

mum vegetabilium genus, quorum & ſi aliqui ſimpliciter venenati ſunt, & in cibum non veniunt, alii tamen a nimis delicatulis edules ſunt: omnes facile nocere poſſunt, ut non ſine cauſa *Seneca* fungos voluptuarium venenum nominaverit, & *Plinius* cibum *ancipitem* illos dixerit. *Athanaſius Kircherus in lib. de peſte* hæc habet: *Fungus, qualiſcunque ſit, ſemper malignus eſt, ſemper exitialium qualitatem apparatu inſtructus: & ſi non ſtatim ſentiatur, frequenter tamen comeſus, neſcio quid ſucceſſu temporis occultæ machinationis interiore viſcerum adminiſtratione molitur.* Apage te ergo perniciosa iſthæc gulæ blandimenta. Quæ tanta voluptas ancipitis cibi? An uſque adeo vitæ tædet, ut eam tam vili offa permutemus, mortemque ſemper in procinctu ſtantem *ultro ſolicitemus*: ita vitam noſtram, quam non accepimus, facimus brevem, nec inopes ejus, ſed prodigi ſumus.

Art. 3107. Fungi (præcipue ſpecies venenatæ) comeſi ſenſum ſuffocationis, & ſtrangulationis in faucibus inducunt, ventriculum inflant, ſingultum excitant, choleram morbum producunt, interdum epilepſiam, ſyncopen, ſudorem frigidum, ſomnum profundum, &c. immo mortem ipſam, ſicut ex plurimis hiſtoriis, in authoribus fide dignis videre licet. *Effectus fungorum.*

Ego ipſe ex improviſo imprudenti eſu fungorum aliquando in *diarrhœam mali moris* incidi cum graviſſimo *Teneſmo*, & perpetuo mejendi deſiderio, quod *Teneſmus veſicæ urinariæ* appellari poteſt. Diarrhœam naturæ prius relinquendam eſſe, cauſam ejuſdem tunc temporis ignorans, judicavi (nulla enim aderat nauſea, vel ventriculi gravamen) quam die 30. malo perſiſtente, & creſcente de eſu fungorum animo revolventi cogitabam. Quocirca doſin rhabarbari maſtica- *Hiſtoria.*

vi, ex qua tamen nullum juvamen accepi. Die 4. ingraveſcente morbo cum inſigni virium jactura, nec non aliquali affectu vertiginoſo, & ani excoriatione dolorifica, veſperi emeticum ex infuſo *radicis ipecacuan.* propinavi, ex quo ter vel quater evomui, & deinde hora decubitus doſin *Confectionis Fracaſtorii* deglutivi, unde feliciter omnino liberatus ſum.

Curatio. *Art.* 3108. Quoad curationem, fungi (ſi fieri poſſit) ſtatim vomitu rejiciendi ſunt, & reliqua de veneno in genere curando jam dicta probe obſervanda. *Salia lixivialia* ægros mirabiliter juvant, ſpeciatim *lixivium ex cineribus ſarmentorum vitis*. Contra nocumenta fungorum nil præſtantius invenitur, quam *Theriaca Andromachi cum oxymelite ſimpl. vel ſcillitic. gallinarum fimum dumtaxat candidum decoctum mulſo venena fungorum boletorumque aſtringit ex Plinio, Liſter de Humoribus* p. 392.

VENENA MINERALIA.

Venena mineralia. *Art.* 3109. Poſtquam de venenis a plantis ; ſectionibus præcedentibus actum eſt, proximo loco per eminentiora quædam venena in claſſe *mineralium tum naturalium, tum arte factorum* percurrendum eſt; ac primo de arſenico.

Arſenicum. *Art.* 3110. Arſenicum primi ſubſellii eſſe venenum lippis, & tonſoribus notum eſt; duplex eſt, nativum vel factitium; nativum iterum eſt duplex, nempe, *auripigmentum*, ſeu *arſenicum aureum*, *citrinum*, & *ſandaracha*, *ſeu arſenicum rubrum*: factitium itidem duplex; ex his per ſublimationem conficitur, alterum ex auripigmento, & appellatur *arſenicum album cryſtallinum*, alterum ex ſandaracha, & vocatur ſimpliciter *arſenicum*. Intra corpus aſſumpta alterutra arſenici

nici ſpecies eadem fere graviſſima ſymptomata infert; ſandaracha, tamen mitior eſt auripigmentum arſenico albo cryſtallino, quod omnium eſt perniciosiſſimum.

Art. 3111. Arſenicum intra corpus admiſſum virulentiam ſuam primum exerit pungendo, vellicando, irritando, urendo; unde ventriculi ardor & dolor atrociſſimus, inteſtinorum cruciatus vehementiſſimus, vomitus, ſitis inextinguibilis, linguæ, faucium, & gulæ ariditas & aſperitas, ſingultus; ſequuntur anxietates graviſſimæ, cordis palpitatio, lipothymiæ, extremorum frigus; ſuperveniunt interdum vomitus, & dejectiones nigræ, fœtidæ, cadaveroſæ, ventriculi, & inteſtinorum gangræna aut ſphacelus, poſtremo mors violenta. *Effectus intus ſumpti.*

Art. 3112. Quoad curationem, præmiſſis univerſalibus ἄνω καὶ κάτω evacuantibus, quemadmodum in curatione venenorum in genere jam dictum eſt (3082.) hic valde conferunt diluentia, oleoſa, mucilaginoſa, &c. Inſuper ex obſervatione *Vvepfferi* conſtat *bezoardicum minerale cum butyro permixtum* acrimoniam hujus veneni infringere. *Curatio.*

Art. 3113. Inunctio ejus externa eſt etiam valde periculoſa & pernicioſa: extant etenim hiſtoriæ in ſcriptoribus medicis nonnullorum, qui unguento, cui arſenicum commiſtum eſt, ſeſe illeverunt, extinctorum, aliorum inſanientium, aliorum perpetuo claudicantium, &c. *Inunctio.*

Art. 3114. Argentum vivum in venenorum numerum vix referendum eſt; notum eſt enim, quod in quibuſdam caſibus innoxie hauriatur ad uncias aliquot: pejoris vero perniciei multoties exiſtit ejus uſus externus, ut videre eſt in iis, qui in Lue Venerea vel ſcabie *unguentis mercurialibus* utuntur; quamplurimis exitio inopinato *Argentũ vivum.*

fuit, tremorem, ſtuporem, paralyſin, claudicationem perpetuam, &c. intulit; aliis pravam corporis diatheſim vix unquam ſanabilem produxit. Novi quendam, cui ſcabie laborans curandi gratia *cingulum mercurialem* circa lumbos adhibuit; partes omnes infra cingulum ſtupebant, & paralyticæ evaſere; pro illo reſtituendo variæ methodi incaſſum tentatæ fuerunt; tandem ad *Thermas Bathonienſes* miſſus eſt, ſed reducem parum in melius mutatum, irritis omnibus aliis, *ſalivatione mercurio excitata* & decocto e lignis a morbo penitus liberavi.

Hiſtoria.

Mercurius præcipitatus & ſublimatus.

Art. 3115. Tametſi argentum vivum virulentum non ſit; nonnulla tamen ex illo præparata ſunt maxime venenoſa, ut *mercurius præcipitatus varius*; aſt omnium graviſſima ſymptomata & damna infert *mercurius ſublimatus corroſivus* intus ſumptus; (*niſi quod minima doſi, & rite paratus eximium in lue venerea remedium exhibet vid. art.* 2014.) majori vero doſi ſuo contactu inſtar ignis adurentis omnia corrumpit; hinc ſi ſumptus ſit, ſtatim lingua & fauces vehementer exaſperantur, oriuntur dolores ventriculi tormentoſi cum abdominis diſtentione, vomitus vehementiſſimi cum maximo nixu, ejicitur materia mucoſa, ſpumea, interdum cruenta, iſtiuſmodi quoque ſunt dejectiones alvinæ, quæ frequentes ſunt cum doloribus acerbiſſimis, adeſt ſitis ardentiſſima, inſatiabilis, accidit graviſſima inflammatio, ac intumeſcentia linguæ ac faucium, ſuperveniunt deliquia, ſudores frigidi, tremores, convulſiones; brevi ventriculo & inteſtinis gangrænam patientibus æger dicto citius obitu miſerabili cadit.

Curatio.

Art. 3116. Proh dolor! tam ingenti malo haud datur *par remedium*. Baſis curæ in ſumma feſtinatione maxime fundatur; quod facto opus eſt omni

omni procraſtinatione ſublata ſuſcipiendum; quantum præſtare poſſumus, adnitendum eſt, ut ventriculus a veneno vomitione provocata liberetur. Non eſt vir fortis, cui animus non creſcit in ipſa rerum difficultate. Armamenta, quæ præ manibus præſto ſunt uſurpanda. Quid vulgarius oleo, butyro, & aqua tepida, quibus raro pauperum caſæ carent; attamen & hæc præſtantiſſima ſunt ad muniendas partes internas contra veneni aculeos; hæc, ſi quæ alia, hoſtis exturbationem citiſſimam promovent, hæc demulcent, hæc denique magnis *Antidotis* viam ſternunt, illarum uſum tutiorem efficiunt, ut venenoſa labes impreſſa emendetur. Extra corpus noſtrum vidimus in præcipitatione magiſteriorum per oleum tartari a corporibus ſolutis omnem vim corroſivam tolli, unde ſperare licet *oleum tartari per deliquium*, vel *ſal tartari*, *vel abſynthii*, *& ſimilia ſalia fixa alcalia & lixivialia* ad virulentiam hujus veneni domandam aliquid præſtare poſſe, & revera opem præſtant ultra omnia alia *antidota*, quæ hactenus novimus, quod enim ſcribunt de viribus *chryſtalli*, *& ſimilibus*, ego illis vix fidem habeo.

Art. 3117. Sublimatum corroſivum vel aliud quodvis venenum intra ventriculum admiſſum ſtatim emetico aliquo propinato ejiciendum eſt (inquit D. *Shavv*) ideoque *æruginem æris ad gr.* j. *vel* ij. exhiberi ſuadet; quoniam promptiſſime ac ſine mora operabitur: hoc vero eſſet venenum ingerere, ad aliud expellendum; quod tamen quibuſdam fortaſſe minus incongruum videatur; clavus enim clavo pellitur, & ignis igne expellitur; ſed ego malim *tutioribus remediis* malum aggredi. De Ærugine æris proximo articulo.

Æs viride & ex antimonio male præparatum.

Art. 3118. Æs viride intra corpus ſumptum perniciosiſſimum eſt venenum, & etiam nonnulla

ex

ex *antimonio male præparato* ſunt æque virulenta. Hæc ſunt ejuſdem fere naturæ cum *arſenico*, licet gradu paulo inferiori, ſimiliaque ſymptomata excitare ſolent; eandemque itaque curationis methodum requirunt; ideoque non opus eſt, ut de his ſingulatim differam.

Spiritus acidi aq. fortis &c. *Art.* 3119. Spiritus acidi, ut *aqua fortis*, *ſpiritus nitri*, *ſpiritus & oleum vitrioli & ſimilia* vulgo venena audiunt; verum quicquid præſtant, potius corroſione, quam veneneſitate facere videntur. Per imprudentiam vel errorem quandocunque in ventriculum demittantur, ſtatim inſtar ignis faucium & linguæ, ventriculi ac inteſtinorum tunicas cum diris cruciatibus erodunt, & ſuffocationem inſtantaneam minantur, & hominem in extremum vitæ periculum conjiciunt.

Curatio. *Art.* 3120. Cito ac mature idonea auxilia adhiberi debent, lenientia & viſcida opem ferunt, item pinguia, oleoſa, & mucilaginoſa plurimum valent, privatim *mucilago ſeminum cydoniorum*, *gum. tragacanth.* &c. magnam utilitatem præſtant. Sumptis venenis erodentibus (inquit *Montanus*) non eſt præſtantius remedium *lacte bovino*, ſi bibatur in magna quantitate ad exigentiam ſitis, quia ſemper ſequitur ſitis ingens tali ſumpto veneno; hic quoque *ſalia fixa* corroſionem minuunt, ut & *pulveres teſtacei* &c.

Lithargyrum, ceruſſa & miniu. *Art.* 3121. Sunt etiam *recrementa quædam metallica ex plumbo*, *& alia ex illo factitia*, quæ inter venena numerantur, *viz. Lithargyrum utrumque*, *ceruſſa & minium*: hæc vires *Arſenici* quodammodo æmulantur, ſed non adeo exitioſas poſſident. Qui hæc venena ſumpſerunt, eodem modo curandi ſunt, ac ii, qui ipſum *Arſenicum* hauſerunt.) 3111.)

VE-

VENENA ANIMALIA.

Art. 3122. Reſtant jam venena, quæ venenoſa animalia homini communicant, tractanda: atque hæc *ex morſu*, *ictu*, *vel ipſorum eſu* corporibus noſtris nocumenti ſunt. *Venena animalia.*

Art. 3123. E venenoſorum animalium numero *ſerpentes* imprimis ſunt. In omnibus cujuſcunque generis ſerpentum ſive anguium, ſive viperarum morſibus virus morſus tempore in vulnus infunditur, unde funeſta omnia ſymptomata inſequentia excitantur. Authores venenum *viperæ* inter ea, quæ ſtatim enecant, & ea quæ tardius interimunt medium eſſe conſtituunt. Ideoque pro exemplo reliquorum iſtius generis ſit *vipera*. *Serpentes & angues.*

Art. 3124. Vipera eſt animal *viviparum*, reliqui ſerpentes ſunt *ovipari*. Demorſi nonnunquam ſeptem horarum ſpatio, interdum non ante tertium diem intereunt. Viperæ plurimum iratæ, & tempore æſtivo ſunt magis lethales, item in regionibus calidioribus ſunt magis nocivæ, quam in frigidioribus, quod omnino verum eſt *de omnibus ſerpentum & anguium generibus*. Culter anatomicus detexit liquorem quendam ſubflavum a viperarum ſanguine ſecerni glandulis duabus conglomeratis, parte anteriore ſincipitis locatis, ex diverſis aliis minoribus conflatis, quæ communi membrana teguntur, quorum ſingulæ vas excretorium exhibent, quæ vaſa ſe uniendo ductum formant ad radices dentium inciſorum perforatorum decurrentem; ibique in veſiculam liquidum hoc deponunt, vix guttulam quantitate ſuperans, conſtat *ex microſcopica obſervatione Clar. D. Mead* particulis ſalinis egregie minutis, quaſi ſpiculorum inſtar, hoc liquidum ſcaturire. *Vipera.*

Art.

Symptomata morſum viperæ conſequentia. *Art.* 3125. Symptomata morſum *viperæ* conſequentia ſunt: dolor acutus & punctorius in loco vulnerato; tumorque primo ruber & poſtea liveſcens, ſenſim in partes vicinas latius ſerpens; cutis æſtuat erumpentibus veſiculis: progreſſu temporis ſupervenit inſignis languor, pulſus celer, debilis, & quandoque intermittens, cordis palpitatio, ſenſuum ſtupefactio, præcordiorum anxietas, ventriculi ægritudo ſumma cum vomitu bilioſo, oculorum hebetudo, interdum dolores circa umbilicum, vel circa hepatis regionem, reſpiratio difficilis, ſingultus, tremores, convulſiones, ſudores gelidi, extremorum frigus, mors ipſa tragœdiam claudens, niſi malo remediis ſuccurratur, vel peculiaris vulnerati vigor, & innatum robur venenum vincant. Si demorſus ſuperſtes ſit, tumor cum inflammatione aliquamdiu manet; interdum ſanies e vulnuſculo manat, & puſtulæ quædam circa idem herpetis exedentis ad inſtar erumpunt; cutis univerſa flaveſcit, tanquam in ictericis.

Curatio generalis & particularis. *Art.* 3126. Venenorum extra in corpus admiſſorum curandi ratio a tribus potiſſimum indicationibus pendet; primo ut venenum ſtatim extrahatur; ſecundo ut inhibeatur, ne ad interiora ſerpat; & tertio ut ſi quid veneni jam in arterias & venas penetraverit, alexipharmacis expugnetur, eodem plane modo ac in venenis ore ſumptis. Id quod habet *Celſus* de ſerpentum morſu, quicquid fuit in praxi antiquorum, complectitur; imprimis (*inquit ille*) membrum ſupra vulnus deligandum eſt, non tamen nimium vehementer, ne torpeat; dein venenum extrahendum eſt *cucurbitulæ* applicatu, facta prius ſcarificatione profunda, vel alterius hominis in ore ulcus non habentis exſuctione; venena enim ſerpentum non guſtu, ſed in vulnere nocent (*ſed*

ab

ab hoc experimento ſanos cavere ſuadeo) neque alienum eſt circa vulnus ſcalpello incidere. "Pla-
„ ga poſtea *ſpiritu vini in quo Theriaca vel Mi-*
„ *thridatum diſſolutum ſit*, abluenda eſt. Vivum etiam gallinaceum pullum per medium diviſum vulneri imponere proficit; huc etiam facit, hædi agnive caro calida loco vulnerato applicata. Neceſſarium eſt quoque demorſum exſorbere potionem meri vini cum pipere, vel quidlibet aliud, quod calori movendo par eſt, nec humorem intus coire patitur; nam maxima pars venenorum frigore interimit. Omnia etiam urinam moventia, quia materiam extenuant, utilia ſunt. Quoad praxin recentiorum animadvertendum eſt, quod teſtatur *Boylæus*, ſcilicet, quod ſi ſtatim a morſu, paulo eminus a parte *ferrum bene ignitum* teneatur, venenum adeo enervat, ut demorſum ſoſpitem & incolumem conſervet, ne quid mali niſi dolorem in parte cito evaneſcentem patiatur: longe vero melius & tutius, videtur quod alii docent, locum profunde exurere *cauterio actuali*. Sed præ omnibus quotcunque *axungiam viperinam* vulneri affrictam (modo extemplo fiat) eſſe præſentaneum remedium ſine ulla internorum ope quampluri mis experimentis conſtat; ſed quoniam hæc axungia non ſemper in promptu ſit, & virus celeriter tranſiens maſſam ſanguineam contaminare poteſt, topicis aliis appropriatis, quæ præ manibus ſunt non neglectis, remedia interna quam ociſſime exhibenda ſunt, inter quæ inſtar omnium eminet *ſal viperarum*, quod ægro in lecto decumbenti ſufficienti quantitate datum, & aliquoties repetitum ad levem ſudorem ſuſcitandum ſine alio auxilio curam abſolvit. Quæ veneno in genere adverſantur, hic conferunt: ut *Cardiaca*, *bezoartica*, *Theriacalia*, *alexiteria*, &c. Generale *Antitoxicon pophylacticum*

cum nullum omnino hactenus cognoſcitur, quin & repugnat tale eſſe.

Aſpis. *Art.* 3127. Aſpis omnium ſerpentum eſt longe vehementiſſimus; tam exiguum infligit vulnus, ut omnem fere oculorum aciem effugiat, vix puncturam acus æquat, per illud tamen tantæ perniciei venenum infundit, quod intra paucas horas totum corpus pervadit, hominemque citiſſime e medio tollit, nec tamen dolorem multum infert; ſed ſupervenit capitis gravitas, oculorum caligo, ſenſuum hebetudo, ſtupor, ſegnities, ſomnolentia, faciei pallor, corporis refrigeratio, crebræ oſcitationes, ſpaſmi, & tandem, niſi cito ſuccurratur, *trium horarum ſpatio* ipſa mors. *Ab aſpide* demorſi eodem modo curantur, ac a vipera, vel aliis ſerpentibus læſi.

Aranei. *Art.* 3128. Araneorum licet plures ſpecies reperiantur alii aliis venenoſiores, omnes tamen uno eodemque modo nocent, viz. *ictu* per vulnuſculum venenum in corpus infundunt, vel *in eſculenta vel potulenta* illapſi & ingeſti hominem lædunt, vel poſtremo combuſti *fumo ſuo* nocent. Accidit in parte demorſa ſtupor cum frigoris ſenſu & horrore, ventris intumeſcentia, flatus in inteſtinis, faciei pallor, lacrymæ involuntariæ; partium extremarum tremor, & affectiones ſpaſmodicæ, ſudor frigidus, perpetua & vana mingendi cupiditas, membri virilis tenſio.

Curatio. *Art.* 3129. Ad ictum araneorum eadem obſervanda eſt methodus ac in morſibus aliorum animalium venenatorum; privatim autem plane admirandæ ſunt vires *foliorum ficus* ad hoc venenum domandum, ſi icti ſtatim lac ex foliis manans bis aut ter in vulnus inſtillent, venenum omnino extinguit, & dolores tollit, & reliquorum ſymptomatum ingruentium occaſionem præſcindit. Ad *araneos deglutitos* propinandum eſt

vo-

vomitorium ſicut in aliis venenis intra corpus ſumptis, neque omittenda ſunt alexipharmaca ordinaria, ſpeciatim vero *reſina abietis ſicca* multum præſtare dicitur; commendatur etiam *allium frequenter comeſum, vinumque aromatiſatum* &c.

Art. 3130. Ab ictu ſcorpionis acerbiſſimus dolor non ſolum in parte affecta, ſed & in toto corpore ſentitur, locus vulneratus inflammatur & tumet, circa plagam emergunt puſtulæ; adeſt tremor, pallor, frigus, ſingultus, vomitiones &c. *Scorpionis ictus.*

Art. 3131. Ad ſcorpionis ictum *ſcorpio ipſe* eſt pulcherrimum medicamentum (inquit *Celſus*); quidam contritum cum vino bibunt, quidam eodem modo contritum ſuper vulnus imponunt; quidam ſuper prunas eo impoſito vulnus ſuffumigant, & carbonem ejus ſuper vulnus deligant; quidam *allium cum ruta miſtum oleoque contritum* adhibent. " Sed præ reliquis externis, quem- „ admodum axungia viperina morſum viperæ „ ſanat, ita *oleum ſcorpionum* eorundem ictui me- „ detur. Interna eadem ſunt, ac in aliis venena- „ torum animalium morſibus. *Curatio.*

Art. 3132. Buſo ſive rubeta eſt animal veneno plenum, ut non immerito *terreſtris toxici & contagioſæ virulentiæ burſa* appelletur. Maximo in hominem odio eſt *bufo*, & viciſſim in *bufonem homo*. Et ſi bufones dentibus careant, gingivis tamen, quas perduras & ſcabras habent, partem cui adhæſerint, ſic recte conſtringunt, ut venenum ſuum in partem indeque totum corpus per conſtrictæ partis poros adigant. Venenoſitas *bufonum* non videtur in alio conſiſtere, quam vel in eorum furore, vel in eorum excrementis, ſpeciatim urina acri cauſtico volatili ſale imprægnata, quam acrimoniam obtinere videtur ex alimentis, nempe minutulis iſtis *ſcarabæis*, qui in eorum ventriculo & colo *Bufo.*

repe-

reperiuntur: buſones enim mortui omni veneno carere dicuntur. Venenum ſuum mictu, ſaliva & vomitu in herbas eructant, præſertim vero in *fraga*, quam vehementer appetere dicunt. Buſonum venenum non modo intus ingeſtum perniciale eſt, ſed etiem *cuti aſperſum*, niſi locus ſtatim urina vel aqua ſalſa abluatur.

Bufonis veneni effectus & curatio. *Art.* 3133. Admiſſo buſonis veneno ægri flaveſcunt, toto corpore intumeſcunt, labris linguaque nigricantibus balbutiunt, dyſpnœa aſthmatica corripiuntur, vomitu, ſudore frigido, vertigine, convulſione, ſyncope, & tandem morte prehenduntur. Ideoque procurare *vomitum* quamprimum medicum oportebit, præſertim ſi venenum ore ſumptum fuerit, *clyſterem* injicere, veneni vim omnibus *alexiteriis calidis & attenuantibus* infringere, ut *Theriaca & Mithridato in vino generoſo diſſolutis*; tandem vero *balneis æſtuariis*, & valido multoque exercitio ipſum digerere.

Cantharides. *Art.* 3134. Cantharides extra corpori applicatæ interdum veſicæ nocent, ſtranguriam faciunt, immo ſanguinis mictionem excitant. Intus ſumptæ omnes fere ab ore ad anum uſque humani corporis partes internas arrodunt, inflammant, atque exulcerant, unde febris ardens; in ore reſinæ cedri vel pini ſapor percipitur; imprimis vero partibus urinæ dicatis ſua natura infenſæ ſunt, unde in illis ardorem inflammatorium, excoriationem, penis continuam erectionem, cruentam & dolorificam ſtranguriam, vel omnimodam iſcuriam excitant, quæ tandem vaſorum urinariorum gangræna & ipſa mors conſequuntur.

Curatio. *Art.* 3135. Ad curam primo loco opera danda eſt, ut *Cantharides* e corpore quamprimum ejiciantur, idque per *vomitorium* cum aqua te-

pida

pida vel jure pingui; *clyſteres* quoque ex diluentibus & oleoſis injiciendi ſunt ; ad acrimoniam etiam obtundendam æger copioſe bibat *lacticinia*, *emulſiones*, *oleoſa* , & *mucilaginoſa* ; commendatur etiam *terra Lemnia*, & præ omnibus aliis (atteſtante D. *Gronvelt*) *camphora*.

Venena mechanica.

Art. 3136. Pulvis *adamantis*, *cryſtalli*, *vitri*, *metallorum variorum limaturæ* , & ſimilia dici poſſunt *venena mechanica*, quæ intra corpus admiſſa , quaſi tot *cultelli* , viſcera lancinant & incidunt; atque ita mortem vel ſubitaneam vel lentiorem inducunt , artemque noſtram illudunt.

Venena deſtillata.

Art. 3137. Supereſt adhuc alia venenorum familia, nimirum *ſpiritus vinoſi*, & *potus inebriantes ſtillatitii*, horum enim nimis frequens & profuſa ingurgitatio (uti peſſima conſuetudo obtinet) tot hominum *Myriades*, quot ſunt in cœlo *ſtellæ*, trucidavit; immo plures *decies centenis millibus* ex hoc, quam ab omnibus reliquis quotcunque venenis occubuere , minime dubitandum eſt; unde hoc malum pernicioſiſſimum vocare ſoleo κατ᾽ ἐξοχὴν *The Harm*, joco ne an ſerio dicam . Quamplurimis non tantum morbos graviſſimos parit, ſed aliquando etiam quibuſdam ipſam mortem ſubito affert, quo nomine, ſi non *veneni* appellationem mereatur, quo alio id poſſit, ego ſaltem aſſequi vel conjicere nequeo. (vid. *Art.* 3076. 3077.) Spiritus vini intus ſumptus omnibus fere animantibus vitam adimit; immo vegetabilibus quibuſcunque more pabuli exhibitus , *ne parente vite exempta* , mortem infert.

Malum vix curabile.

Art. 3138. Ingratum onus medicis generoſis incumbit . Iſtiuſmodi ſpirituum ardentium *helluones* noctes atque dies juxta ſuum cacoethe deteſtabile *ignem liquidum* perpetuo pitiſſantes,

quum coctiones omnes delerunt, ſolida univerſa enervarunt, & liquida corruperunt; quum fabrica jamjam diu vacillans collapſura eſt, noſtram opem petunt. Quid ſit? *Scabinorum* munere fungendum eſt; & forte fortuna exantlatione peracta, & laſanis ac ſcaphiis in ſentinam decapulatis, & labe quodammodo reſarcita rurſus actam agere ſtatim ſatagunt, &, ut canis immundus vel amica luto ſus, ad ſordem & illuviem ſe protinus recipiunt; atque ita vitæ ſuæ non inopes, ſed prodigi, quam non acceperunt, illam faciunt brevem. Quid faciamus *Medici* vel quid faciunt *Theologi*? medicamenta nihil valere poſſunt, & conſiliis auſcultare nolunt. Omnia incaſſum erunt, in impii veneni amplexus ruunt, ſtupidi & occæcati evadunt, rationibus & conſiliis *marpeſſa caute* ſurdiores; in æternum ſitiunt, & ſitientes bibunt quaſi *dipſade morſi*, & quo plus potæ plus ſitiuntur aquæ, *aquæ iſtæ ſtillatitiæ mortiferæ*, quibuſcum, qua feſtinatione poſſunt, ſcenam claudunt in ipſo mortis articulo *lagenam expoſcentes*. Pro Dolor!

Encomiũ tempe-rantiæ. *Art.* 3139. O beatam temperantiam! nunquam ſatis laudandam, nunquam ſatis admirandam! primævæ ætatis, quam feciſti auream, *decus & tutamen*! tui ipſius ſuadelam utique & pretium; lætis aliquando *Saturni* temporibus viſam! puris piiſque animis in omni ævo cultam uſque & colendam. Tu es, ſi quod uſpiam in terris, *verum Archæi ſedativum*, & conſervatrix mentis ſanæ in corpore ſano. Tu recta deducis tui cultores ad longam & jucundam ſenectutem vultu placido & juvenili, grato & amabili. Tu denique tui ipſius inimicorum laudibus ornaris, & amabilis etiam ab ipſis dicaris, quibus, te imprudentiſſime repudiata, manet *Satyrici*

male-

maledictio, ut, *virtutem hanc videant intabeſcantque relicta*.

JUDICIUM de DEFUNCTO VENENATO.

Art. 3140. Adumbratis ſic pro inſtitui ratione venenorum (præcipuorum ſaltem) natura, agendi modo, & medendi methodo; operæ pretium erit paucis attingere, *quomodo Medicus ſuum judicium ferat*, ſi quando vocatus fuerit ad defuncti cadaver inſpiciendum, ubi ex repentina morte & aliis circumſtantiis de veneno clanculum dato inciderit ſuſpicio. Hoc autem ex ſupradictis magna ex parte ediſcendum eſt, ſi ad ſingula venenorum genera probe attendatur. Teſtimonia eminentiora hominis veneno corroſivo metallico vel vegetabili enecati, ſunt, quæ ſequuntur, *externus ſuperficiei tumor*, *maculæque nigræ*, *fuſcæ*, *vel lividæ*, *linguæ tumor nigricans*, *ungues nigri*, *vel lutei*, *facile labentes*, *capillorum ſpontaneus manipulariſque caſus*. In aperto cadavere *viſcerum livor*, *colorque citrinus*, *vel nigredo*, ventriculi ac inteſtinorum *gangrænæ & ſphaceli*; hæc ſunt manifeſta veneni indicia, ſi adfuerint ſigna antegreſſa, nimirum *vomitus perpetuus*, *tormina*, *alvi dejectiones cruentæ*, *urinæ ardores*, *oſcitationes*, *convulſiones*, *ſyncope*, *ſudores frigidi*, *palpitatio cordis*, *obmuteſcentia*, & alia id genus dira ſymptomata in ſuperioribus paſſim enumerata. Narcotica & opiata (quantum ego ſcio) nullum omnino externum ſui ſignum relinquunt, præter *horridum oculorum obtutum*; ſigna antegreſſa in *Art.* 3099. recenſentur. Sed in judicio ferendo ex ſignis ſupradictis ſummam inter prudentiam & edicendi parſimoniam medicus verſari neceſ- *Judicium de defuncto Venenato.*

ſum habeat: namque ea omnia indicia, quæ ex eroſis forte per venenum viſceribus colligi poterint, ex humore acri intra ipſum hominem generato fieri queunt. Conſultius proinde erit, reum, nullo certo ipſum convincente argumento, accuſati criminis abſolvere, quam inſontem morti adjudicare, quod jura divina & humana voluiſſe patet: dantur tamen interdum caſus tam extra dubium poſiti, ut alia ratione judicandum eſſe neceſſe ſit.

BRevitatis cauſa, ne Liber in molem nimis ingentem creſceret, remediorum formulas, in impreſſione priori editas, *Pharmacopœiæ Londinenſis*, *Bateanæ*, *& Fulleri*, nemini fere, ut credidit, ignotas, earundem nuda ſolummodo recitatione facta; authorumque deſignatione, in tertia hujus Operis editione omittendas duxit Author. Cum autem omiſſio iſta non parum incommodi Lectoribus afferat, qui uſum remediorum hic diſcunt, formulas vero aliunde quærere coguntur, & ſæpe deficientibus citatis libris habere non poſſunt; formulas ipſas deſcribendas curavi, relicta tamen Authorum deſignatione, ut ſi forte aliquis typographicus error irrepat, facile corrigatur, utque cum libris a quibus deſumuntur, ſi cui libeat, conferri queant. Aliquas Author ipſe Operi ſuo inſeruit, haſque, indicatis articulis ubi leguntur, non repetendas judicavi.

Sciat itaque Lector, quod per literam capitalem B. Pharmacopœia Bateana deſignetur, & per reliquas literas initiales, ut infra, indicantur Authorum nomina, *viz.*

A. Arcæus
B. Pharmacopœia Bat.
Bar. Barbette
Bo. Boerhaave
Bou. Boudon
C. Crolius
D. Diemerbroeck
E. Ettmuller
F. Fuller
G. Greenfield
H. Harris
La. Lanfrancus.
L. Liſter
M. Morton
Mu. Muſgrave
P. Pitcarnius
Po. Poterius
Pu. Purcell.
P. L. Pharm. Lond.
Q. Quinus
R. Radcliff.
S. Sydenham
Syl. Sylvius
T. Turner
VV. Vvillis

Acetum Peſtilentiale. B.

℞. Rad. angel. zedoar. ana ℥j. bacc. junip. ℥ij. rut. M. iij. acet. opt. ℔iij. macera, ac cola. *Pro ſuffitu, & oris collutione graſſante peſte.*

Æthiops mineralis. B.

℞. Fl. ſulphur. p. ij. mercurii crud. p. j. exactiſſ. mixta incende, ut f. Pulvis nigerrimus ſ. a. *Uſus in Lue Venerea, Hydrope, &c. Ptyaliſmum non movet.*

Aluminatum. B.

℞. Succ. limon. ℔j. alumin. ℥ß. coque & deſpuma. *Valet in rubore faciei, puſtulis,* &c.

Antiheticum Poterii. B.

℞. Fit ex regul. antimonii martiati & ſtan. angl. ana, colliquatis, cum triplo nitr. detonatis, & aqua edulcoratis ſ. a.

Apozema Diureticum. G. *Vide Art.* 1626.

Apozema Febrifugum Bou.

℞. Rad. Scorzon. unc. j. ſ. Angelic. condit. ℥. ſ. Flor. lavend. Roriſmarin. ana pug. j. Paſſul. mundat. ℥iij. Conſ. roſ. rubr. ℥j. coq. ſimul. in aq. hordei q. ſ. uſque ad lib. ij. & colat. adde Vini Rhenani vel Hiſpanici lib. ſem.

Aqua Balſamica. F.

℞. Heder. terreſt. marrhub. alb. hyſſop. puleg. ana

ana M. iij. Rad. enul. irid. florent. ana ℥ij. terebinth. venet. (cum ol. tart. diſſolut.) ℥iv. lact. ℔vj. ſp. vin. ℔ß. deſtillentur in arena. *Apprime convenit in tuſſi pulmonali & phthiſi incipiente.*

Aqua Benedicta. F.

℞. Calcis viv. elect. ℔j. ſuperaffund. aq. fluvial. bullient. ℔viij. poſt debitam ebullitionem, & reſidentiam filtra ad uſum.

Aqua Coſmetica. P. *Art.* 2299.

Aqua Divina Fernelii. *Art.* 2299.

Aqua lactis Alexiterica. B.

℞. Fol. Cardui Bened. Galegæ ana man. vj. Menth. Abſynth. vulgar. ana man. v. Rutæ man. iij. Angelic. man. ij. contuſ. diſtill. cum lact. recent. ℔xxiv. inſtrum. vulgar.

Aqua Limacum ſcorbutica. F.

℞. Limac. cum teſtis contuſ. ℔iij. cort. aurant. recent. ℥iij. herb. becabung. naſturt. aquat. aparin. ana M. iij. ſer. lact. ℔vj. fiat diſtillatio, &c.

Aqua limacum pectoralis. F.

℞. Limac. contuſ. ℔iij. mic. panis alb. ℥xij. nuc. moſch. ℥vj. herb. heder. terreſt. M. vj. ſer. lact. ℔vj. diſtil.

Aqua Mineralis artefacta Bon.

℞. Tartar. Martial. ſolubil. ℥iv. vel limat. chalyb. ℥vj. cum Crem. tart. ℥iv. aq. font. vel flum. ℔xl. ebull. uſque ad diminutionem quartæ par-

tis, deinde frigefact. & ſubſident. per triplicatum linum filtret. & in phyalis recondatur loco frigido aſſervandis.

Ad reſerandas viſcerum obſtructiones hujuſmodi aqua admodum præſtat, cujus tres cyathos mane hauriuntur, poſito dimidii horæ quadrantis intervallo inter utrumque, inde per cubile inceſſus habeatur, vel ſi tempus ſudum per apricum. Cibus capiendus non eſt niſi bihorio elapſo ab omni hauſtu, & octava die alvus blando atque idoneo ducitur laxante.

Aqua omnium florum. B.

℞. Fit ex ſtercore vaccino Maio collect. cum vin. alb. 3ia parte diſtillato, vel ex ſtercore vaccin. & limac. cum teſtis contuſ. diſtillatis.

Aqua Ophthalmica Sapphirina. B.

℞. Fit ex aqua calcis viv. ℔j. *ſalis armoniac.* ʒiij. in pelvi ænea maceratis, donec colorem ſapphirinum acquirant. *In quamplurimis oculorum affectibus valet.*

Aqua Prophylactica. *Art.* 350.

Aqua Scelotyrbica. F.

℞. Rad. raphan. ſylv. ari, cort. aurant. recent. ana ℥iij. herb. cochlear. hortenſ. perſicar. ana M. iv. naſturt. aquat. becabung. ſalv. menth. ana M. iij. nuc. Moſch. ʒiij. cereviſ. ℔xij. diſtill.

Aq.

Aq. Theriacalis. D. *Art.* 350.

Arcanum Coſmeticum. B.

♃. Talchi ven. ſubtiliſſime pulv. p. j. ol. camphor. p. j. digere in B. M. ad ſummam albedinem.

Aurum Fulminans. B.

Fit ex auro in aqua reg. ſolut. & cum oleo tart. præcipitat. edulcando, ſiccandoque, ſ. a.

Aurum Moſaicum. B.

Fit ex ſtanno, mercurio, ſale armoniaco, & ſulphure mixtis & ſublimatis ſ. a.

Balneum Pſoricum. Bar.

♃. Rad. lapath. acut. brion. ana ℥vj. fol. fumar. m. vj. flor. cham. M. iij. furfur. ℔j. ſulphur. crud. ℥ij. nitri ℥j. alum. ℥iß. ſal. commun. ℥ij. aq. font. q. ſ. ad balneum.

Balſamum. A.

♃. Terebinth. gumm. elem. Sebi Ovin. ana ℥ij. Ol. Hyperic. ℥. ſ. Ceræ Santal. rub. ana ʒij. quæ ad lenem ignem fuſius per ſetac. trajiciantur, & balſam. ſervatur uſui.

Balſamum Commendatoris de Permes.

♃. Rad. Angelic. Bohem. min. inciſ. Oliban. ana ℥. ſ. Flor. hyperic. unc. j. Sp. Vin. ℥xxxiv. diger. ſimul. ad Solis calor. vel in M. B. per hor. 8.

in

in vaſe clauſo ſæpe agitando dein add. Balſ. Peruv. vel Tolu ℥j. Styrac. Calamit. ℥iij. Benzoes ℥iij. Al. ſuccotrin. Myrrh. ana ℥j. ſi lubet etiam Ambar. gryſ. gr. vj. quibus pulver. & in vaſe inditis per dies quatuor ad eumdem ſolis calorem relinquantur, inde colat. liq. ſerv. uſui.

Laudatur hoc remedium intus pro Colica flatulenta, Iſchiade, & ventriculi debilitate a pituita denſa vel a nimia viſciditate genita, tum etiam pro iis, qui viribus deficiunt. Ejus doſis eſt a gutt. iv. uſque ad xij. in apto vehiculo. Externe vero adhiberi poteſt præſertim in dentium dolore, in vulneribus, ulceribuſque, quibus gangræna iminet, vel in iis ſcorbuticis, quæ nares occupant, &c.

Balſamum Rhamelii.

℞. Sapon. venet. ℥ij. camphor. ʒij. ad ℥ß. ſp. vin. q. ſ. f. ſ. a. balſamum.

Balſamum Saturninum. B.

Fit ex ſacchar. ſaturn. ℥iv. ſpir. terebinth. ℥xij. ſ. a. digeſtis.

Balſamum ſulphur. Aniſatum. B.

℞. Flor. ſulphur. p. j. ol. Aniſ. p. iv. digere (leniſſimo calore) donec ſulphur ſolvatur, ut fiat balſamum rubicundum.

Bezoarticum Joviale. B.

℞. Regul. Antimon. in crucib. fuſi ℥iij. ſtamni Angl. fuſ. ℥ij. miſc. & f. regul. Hoc pulverato add. Mercur. ſublim. ℥vj. & deſtill. per retortam; butyrum ſp. nitr. ter retificatur. Reſiduum

duum calcinatum, & igne candeſcens in vin. ſp. extinguitur, quo ſiccata pulvis gryſei coloris comparatur.

Diaphoreticum eximiæ virtutis eſt in omnibus ferme uteri morbis præſtans, atque in aliis etiam mulierum affectionibus commendandum, nec non pro febribus, peſte, & ſcorbuto &c. cujus doſis eſt a gr. iij. ad vj.

Bezoarticum minerale. B.

Fit ex butyro antimonii ℔j. & ſp. ſalis ℔iij. vel q. ſ. mixtis & ternis cohobiis diſtillatis.

Bolus ad Caſum. F.

℞. Sperm. cet. ℈j. ſal. volat. CC. gr. v. balſam. peruv. gr. v. theriac. ven. ʒß. ſyr. de mecon. q. ſ. m.

Cataplaſma Anginoſum. F.

℞. Ficuum ℥iv. alb. canis ℥ß. flor. ſulph. piper. long. ana ʒj. ſp. vin. commun. ℥ij. ol. abſynth. chym. gt. xvj. diacod. q. ſ. m.

Cataplaſma de Cymino. F.

℞. Cepar. ſub. ciner. aſſat. ℥iß. croc. gr. xv. ol. ſuccin. gt. xij. pulv. ſem. cymin. ungt. dialth. ana ʒiij. m.

Cataplaſma de Halecibus. F.

℞. Rad. brion. alb. ℥ij. ſapon. nigr. ℥iij. carn. halec. (vel encraſicularum) ex muria ℥iv. ſal. com. ℥iß. m.

Cataplaſma Hydropicum . F.

℞. Sterc. bovin. recent. ℔ij. bacc. laur. pulv. ℔ß. rad. brion. alb. rec. ℔j. ſem. cymin. pulv. flor. ſulph. ana ℥iv. cum aq. calcis (vel lixiv. fort.) f. cataplaſma addendo axung. porcin. ℥iv.

Cataplaſma ex nido Hirundinis . *Art.* 397.

Cataplaſma de Ovis . F.

℞. Vitel. ov. ad duritiem coct. N. iv. ol. ſuccin. ℈ij. ſem. lin. q. ſ. m.

Cataplaſma Peſtilentiale . B.

℞. Stercor. columb. ℥iv. croc. ℥ß. mithridat. theriac. Lond. ſem. ſinap. ana ℥j. tereb. q. ſ. m. *Pro bubonibus rumpendis*.

Cataplaſma de Pomis . F.

℞. Pulp. pom. (non auſter.) aſſat. ℥j. panis alb. (in lact. coct. & expreſſ.) ℥ß. alb. ov. j. troch. alb. rhaſ. pulv. ʒij. m.

Cataplaſma de Rapis . F.

℞. Rad. rapar. in furno coct. ℥viij. herb. rut. contuſ. M. iv. ſem. ſinap. contuſ. ℥ij. ol. junip. ʒij. unguent. nervin. q. ſ. m. f. cataplaſma pulv. euphorb. aſpergend.

Cataplaſma ſoleare . B.

℞. Fol. rut. virid. ℥ij. rad. brion. rec. ℥iv. ferment. acerrim. ſal. ſapon. nigr. ana ℥iß. muſtard. ℥iij. contuſ. ad acet. q. ſ.

Cata-

Cataplaſma ſtomachicum. F.

℞. Theriac. ven. ℨvj. cinnam. caryoph. pulv. ana ℨj. ol. cinnam. menth. gt. vj. abſynth. gt. ij. acet. q. ſ. m.

Cataplaſma Suppedale. Mu. *Art.* 1942.

Ceratum de Lapide calaminari. T.

℞. Butyr. recent. menſe Maio collect. inſalſ. cer. citrin. ana ℔iijß. ol. oliv. puriſſ. ℔iv. lapid. calamin. ſelect. ſubtiliſſime trit. & cribrat. ℔ij. liqueſcant cera, & butyrum ſuper ignem lentum una cum oleo, & colatis ſtatim inſperge pulverem gradatim, continuo agitando mixturam e fundo vaſis, donec frigeſcere incipiat, & pulvis non amplius ſubſidere poſſit.

Cereviſia ad Cancrum. F.

℞. Lign. guajac. ℥iv. ſaſſafr. rad. ſarſap. oxylap. filipend. cynogloſ. cort. jugland. ana ℥ij. herb. Robert. Lamii ana M. iv. milleped. pint. j. præp. pro cong. iv. cereviſ.

Cereviſia de Dauco. F.

℞. Sem. dauc. ſylv. ℥vj. paſſul. maj. ℥xij. f. ſaccul. pro cong. iv. cereviſ.

Cereviſia Hydropica. F.

℞. Ciner. geniſt. cribrat. ℔ß. rad. raphan. ſylv. ℥iv. irid. florent. calam. arom. enul. ana ℥ij. lign. guajac. ſaſſafr. bacc. junip. ſem. dauc. ſylv. ana ℥j. ſem. ſinap. ℥ij. præp. pro cereviſ. cong. iv.

Cere-

Cerevisia Hyſterica. F.

℞. Raſur. lign. buxi ℔ß. fol. viſc. querc. conciſ. M. iv. coq. in cereviſ. nov. cong. vj. ad iv. & in doliolo ſuſpend. ſaccul. ſeq.

℞. Rad. pæon. mar. recent. ℔iß. brion. alb. ℥iv. herb. artemiſ. meliſ. ana M. vj. puleg. rut. ana M. ij. ſem. dauc. ſylv. angel. (vel paſtin. ſylv.) ana ℥ij. raſur. ſtanni (in nod. ligat.) ℔ß. præp. ſ. a.

Cerevisia Icterica. F.

℞. Raſ. ebur. ℥j. marrhub. alb. M. iv. coq. in cereviſ. nov. cong. vj. ad iv. colatur. ſuſpend. ſaccul. ſeq.

℞. Rad. oxylap. ℔ß. curcum. rub. tinct. ana ℥ij. urtic. ℥iv. herb. chelidon. maj. aparin. fragar. cum toto, cort. berber. ana M. iv. ſterc. ovil. (in nodul.) ℥iv. milleped. viv. pint. j. limatur. chalyb. ℔j. præp. ut artis eſt.

Cerevisia melanagoga. Art. 990.

Cerevisia ad Melancholiam. Art. 990.

Cerevisia Purgans Hydropica. F.

℞. Rad. irid. noſtrat. ℥iv. raphan. ſyl. ℥ij. enul. ſcil. ana ℥j. ſem. ſinap. bacc. junip. lign. ſaſſafr. ana ℥ij. cort. vvinter. ℥ß. cort. interior. ſambuc. ebul. ana ℥ij. ſen. ℥iv. rad. hellebor. nigr. jalap. agar. ana ℥ß. præp. pro cogn. iv.

Cerevisia ad Rachitidem. F.

℞. Rad. oſmund. reg. (vel ejus defectu filic. mar.)

mar.) glycyrrhiz. lign. ſaſſafr. ana ℥j. cort. fraxin. heder. arbor. ana ℥ß. ſummit. tamariſci, herb. ling. cervin. ana M. iv. milleped. viv. N. 250. paſſul. ſol. ℥iv. præp. ſaccul. pro cong j.

Cereviſia Scorbutica. F.

℞. Summit. Pini (vel Abietis) M. iv. coq. in Cereviſ. nov. generoſiſſimæ cong. v. ad iijß. in doliol. repoſit. affunde Succi Becab. Naſturt. aq. Tarax. Aparines ana ℔j. Fermenteſcant ſimul cum ſacculo ſeq. immiſſo. ℞. Rad. Oxylap. ℥iv. Sarſæ, Chinæ, Bac. junip. ana ℥ij. Raſ. Sant. citr. & rub. CC. Eboris, Glycyrrh. Sem. Fœnic. dulc. ana ℥j. Herb. Ling. Cerv. Hepat. Agrimon. Hed. terr. ana M. ij. Antimon. crudi ℔j. Præp. ſ. a.

Cereviſia ad Scrophulas. F.

℞. Raſur. guajac. ſaſſafr. cort. jugland. arbor. rad. oxylap. filipend. cynogloſ. ana ℥ij. herb. geran. Robert. Lamij ana M. iv. paſſul. ſol. ℔j. milleped. viv. pint. j. præp. pro cong. iv.

Chalybs ſine acido. B.

Paratur humectando limaturam martis decies ſale abſynth. in aq. cichor. ſolut. & ſiccando in aere ſicco ac tepido, poſtea f. pulv. ſubtiliſſimus.

Chalybs Tartariſatus. B.

℞. Limatur. mart. mund. tarta. alb. pulveriſ. ana ℥vj. aq. fumar. q. ſ. f. maſſa coq. in vaſe fictili in clibano (calore lento) ad ſiccitatem. f. pulv. deind. add. aq. fumar. ut ante & coq. iterum ut ante, & ad 3iam vicem, & poſtremo f. pulv. ad uſum reſervand.

Cin-

Cinnabaris Antimonii. B.

Fit ſublimando caput mortuum poſt diſtillationem butyri antimonii relictum, & rectificando ſ.a.

Collyrium Boyleanum.

℞. Aq. roriſmarin. ℔ij. aloe ſubtiliſſime pulv. ℥ß. vitriol. alb. vitr. antimon. croc. metallor. ana ʒvj. digere leni calore per menſem; decantetur liquor purus: *In omnibus fere oculorum affectibus vix datur par remedium.*

Collyrium certum. R.

℞. Aq. plantag. euphraſ. roſ. ana ℥j. trochiſc. alb. rhaſ. ℥ij. lapid. tut. ℈ij. vitriol. roman. gr. ij. m. pro collyrio.

Collyr. Lan.

℞. Vini alb. lib. j. Aq. Plantag. Roſar. ana ℥iij. Auripigm. ʒij. Ærugin. ʒj. Mirrh. Aloes ana ℈ij. m. f. Collyr.

Hoc liquore improprie collyrio dicto ulcera venerea probe mundificantur, & injectiones quoque habentur in urethram ad proſtatæ ulcera abſtergenda, Gonorrhœamque cohibendam commodiſſime, ſed oportet ejus vim temperare tripla, vel quadrupla Aq. plantag. quantitate commixta, ſecus nimis vehementer ageret cum acerrimus ſit, & valde acutus.

Decoctum amarum febrifugum. M. *Art.* 101.

Decoctum Album. S.

℞. Raſur. C. C. Micæ panis albiſſ. ana ʒij. Aq. commun. lib. iij. coq. ad conſumpt. tertiæ partis, & colatur. edulcoretur ſacchar. albiſs. q. ſ.

Decoctum Amarum Purgans. S.

℞. Decoction. Amaræ cum ſenna ℥iv. ſyrup. de Ramno cathart. ℥j. Elect. e ſucc. Roſ. ʒij. Miſce f. Potio.

Decoctum catechu compoſitum. F.

℞. Raſur. guajac. ſaſſafr. ana ʒiij. ſantal. citr. & rub. ana ʒij. terræ Japon. pulv. ℥ß. glycyrrhizæ ℥j. ſalv. ſicc. M. j. coq. in aq. hord. ℔iij. ad ℔ij. colatur. add. diacod. ℥ij. ol. aniſ. gt. j. m.

Decoctum Coccineum. F.

℞. Nitri ℥j. ſacchar. alb. ℥iv. coccinel. gr. xvj. f. pulv. qui conjiciatur in aq. font. (vel potius decoct. alb.) bullientis ℔ij. coq. & deſpuma, & per reſidentiam depuretur.

Decoctum Diætecticum. S.

℞. Sarſæparill. ℥vj. Saſſafr. Chinæ ana ℥ij. Glycyrrhiz. ℥j. coq. in aq. font. lib. xvi. per horæ dimimidium, deinde ſtent clauſe ſuper cineres calidos per horas xij. poſtea ebulliant ad tertiæ partis conſumptionem; cum primum ab igne removeatur infunde ſem. Aniſ. ℥. ſ. poſt duas horas coletur, & poſtea depuretur per reſidentiam, & liquor reponatur

tur in lagenis vitreis probe clauſis ad uſum. Sit pro potu ordinario per xxx. dies.

Decoctum Ictericum. F.

℞. Rad. curcum. rub. tinct. ana ℥j. herb. chelidon. maj. cum toto M. ij. lumbric. mundat. N. xx. coq. in aq. & vin. rhenan. ana ℔i ß. ad ℔ij. colatur. add. tinct. croc. aq. theriac. parat. ℥j. ſyr. e 5. rad. ℥ij. m.

Decoctum Incraſſans. F.

℞. Gum. arab. craſſe pulv. ℥iij. coq. in aq. hord. q. ſ. ad ℔ij. colatur. add. ſyr. de alth. ℥iij. m.

Decoctum ad morſum canis rabidi. B.

℞. Fol. rut. ℥vj. rad. allii. theriac. Lond. ana ℥iv. limatur. ſtanni ℥iv. cereviſ. lupulat. veter. ℔iv. coq. ad conſumption. dimid. & macera, & cola. *Demorſus capiat coch.* vj. *bis in die per dies* ix. *& applicetur magma loco affecto.*

Decoctum Nephriticum. F.

℞. Rad. alth. ℥iß. liquirit. ℥ß. herb. virg. aur. M. ij. alth. parietar. ana M. j. fic. N. iv. bac. junip. ſem. petroſel. macedon. bardan. milii ſol. (ſub med. coction. addit.) ana ʒj. coq. in liquor. poſſet. vin. alb. alterat. ℔iij. ad tertiæ partis conſumption. colatur. add. ſyr. de alth. ℥iij. vel iv. m.

Decoctum Nigrum. *Art.* 132.

Decoctum Phthiſicum. F.

℞. Flor. bellid. maj. M. j. limac. mundat. N. iij.

rad.

rad. eryng. condit. ℥ß. hord. perlat. ʒiij. coq. in aq. font. ℔iß. ad ℔j. cola.

Decoctum Pleuriticum. B.

℞. Hord. perlat. ℥j. Uvar. corinth. mundat. ℥ij. Raſ. Ebur. C.C. ana ʒij. Glycyrrhiz. ʒvj. ſem. aniſ. ʒ. ſem. Aq. font. lib.iij. coq. ad conſumptionem tertiæ partis. Colat. add. Succ. ſtercor. Equini trajecti & expreſſi ℥ij. Hujus doſis eſt unciar. iv. ſingulo quadrihorio.

Decoctum Rubrum. B.

℞. Pulv. C. C. ℥j. Cocinell. non pulv. ʒ. s. Aq. commun. lib. ij. f. ad conſumptionem tertiæ fere partis. Collat. add. Aq. cinam. hord. ſacchar. ana ℥j. ſ. m. de quo in variolis, & Morbillis ſæpe propinabitur.

Decoctum Sacrum. F.

℞. Rad. Serpentar. Virgin. contuſ. ʒvj. Aq. font. lib. j. coq. ad dimidium. Filtrato liquore ſuperafundatur remanentiæ Aq. lib. j. & ad medietatis conſumptionem iterum coq. addendo inter ebulliendum coccinel. ℈. ſ. Poſtea filtro liquore, utrique ſimul miſceantur, & dum adhuc calidi ſunt diſſolve in eis Theriac. ℥. ſ. mel. optim. ℥j. Filtrato iterum liquore ſervetur uſui.

Decoctum Siſtens. F.

℞. Pulv. bol. armen. ℥j. cret. puriſſ. ℥iij. coq. in aq. font. ℔iij. ad ℔ij. colaturæ per reſident. depurat. add. diaſcord. ℥ß. aq. cinnam. fort. ſyr. cydon. e roſ. ſic. ana ℥ij. ol. nuc. moſch. gt. ij. m.

Decoctum ad Sitim. B.

♃. Fol. acetoſ. M. ij. coq. in aq. font. q. ſ. ad ℔j. colatur. add. ſucc. 12. limon. vin. rhenan. ℔ij. ſacchar. alb. q. ſ. ad gratiam, m.

Decoctum Stypticum. F.

♃. Rad. urtic. conſolid. maj. ana ℥iß. herb. millefol. plantag. ana M. j. cort. granat. gum. arab. ana ʒij. ſem. papav. alb. hyoſciam. ana ʒiij. coq. in aq. font. ℔iij. ad ℔ij. colatur. add. ſyr. e roſ. ſicc. ℥iv. ſacchar. ſaturn. ℈j. croc. mart. aſtring. ℈iv. m. doſ. ℥iv. bis in die.

Decoctum Varioloſum. F.

♃. Rad. ſcorzoner. ℥iß. glycyrrhiz. ʒß. fic. N. viij. paſſul. ſol. exacinat. ℥j. raſ. C. C. ʒij. coccinel. integ. ſub finem add. ℈iv. coq. in aq. hord. ℔iij. ad ℔ij. colatur. add. ſyr. caryoph. limon. ana ℥j. m.

Decoctum Ulmi. B.

♃. Cort. interior. ulmi rec. ℥iv. coq. in aq. font. ℔iij. ad dimid. colaturæ rubicundæ (inſtar vin. rubelli) add. ſyr. de rub. Ideo & de mor. ana ℥iß. m. f. gargariſm. elegantiſs.

Electuarium adſtringens. M.

♃. Conſ. roſ. Roob Cydonior. ana ℥. ſ. Diaſcord. ʒij. Trochiſ. de Karab. ʒij. Bol. veri Sang. Dracon. pulv. ſerpent. Virgin. ana ʒ. ſ. ſyrup. de Myrth. vel Diacord. q. ſ. m. f. Elect.

Ele-

Electuarium Anti-Apoplecticum. VV.

♃. Conſ. Flor. lil. convall. vel Peon. maris ℥vj. Pulv. rad. Peoniæ mar. ℥. ſ. Cran. Human. pp. ℥iij. Corall. rub. Succin. alb. ana ʒj. Sal. Coral. ℈iv. Syrup. de Peonia compoſ. q. ſ. m. f. Elect. cujus doſis ʒij.

Electuarium Boyleanum. F.

♃. Sem. papav. alb. pulveriſat. hyoſciam. alb. ana ℥ß. ſyr. papav. errat. conſerv. roſ. rub. ana ℥iſſ. m. f. elect. doſ. quant. jugland. bis in die.

Electuarium Cephalicum. F.

♃. Rad. pæon. mar. pulv. ℥ß. cran. human. cinnab. antimon. ana ʒj. nuc. moſchat. conciſ. ℥ß. ſyr. pæon. comp. ℥ij. ol. roriſmarin. ſalv. ana gr. iv. m. f. electuarium.

Electuarium Chalybeatum. Pu. *Art.* 1001.

Electuarium de Colophonia. F.

♃. Coſerv. flor. Lamii. alb. ℥iß. diaſcord. zinzib. condit. pulv. colophon. ana ℥ß. ol. cinnam. gut. iv. ſyr. e roſ. ſicc. q. ſ. m.

Electuarium contra Abortum. F.

♃. Conſerv. roſ. rub. cydon. nuc. moſch. cond. ſucc. chermes, ſyr. cydon. ſyr. e coral. ana ℥ß. ſpec. de hyacinth. ʒiij. aromat. roſ. croc. mart. aſtring. ana ʒij. ſacchar. ſaturn. ʒj. ol. nuc. moſch. gut. iv. m.

Electuarium contra Diarrhœam Bou.

℞. Ocul. cancr. pp. ʒj. ſ. Corall. rub. pp. Matr. perlar. ana ℈ij. Margarit. pp. ℈. ſ. Pulv. Confect. de Hyacinth. ℈j. Eſſent. Cinam. gutt. iv. Pulp. Cydonior. ℥j. Laudan. in ſp. croci ſolut. gr. vj. Syrup. Balſamic. q. ſ. m. f. Electuar. pro v. vel vj. doſib.

Electuarium Epilepticum. B.

℞. Sterc. albiſſim. pavon. ſiccat. rad. pæon. mar. ana ℥ij. rad. valerian. ℥j. ſem. pæon. excort. ℥iij. carvi ℥ß. pulveriſatis add. mel. anthoſat. q. ſ. m. f. electuarium.

Electuarium Hydragogum. Syl. *Art.* 825.

Electuarium Hyſtericum. F.

℞. Conſerv. atriplic. olid. ℥iv. ol. ſuccin. gut. 48. m.

Electuarium Martis. F.

℞. Conſerv. abſynth. roman. cochlear. hortenſ. ana ℥iij. zinzib. cond. ℥iß. rubig. chalyb. (in ſubtilem pollinem redact.) ʒvj. ol. caryoph. ol. ſaſſafr. ana gut. vj. ſyr. e 5. rad. ℥j. m.

Electuarium Peruvianum aſtring. F.

℞. Cort. peruv. pulv. ℥j. balſ. de tolu, terr. japon. pulv. ana ʒj. ſyr. Boyleanum q. ſ. m. f. elect. pro doſ. x.

Ele-

Electuarium Peruv. epilepticum. F.

℞. Cort. peruv. pulv. ʒvj. rad. ſerpent. virgin. pulv. ℥ij. cum q. ſ. ſyr. pæon. comp. f. elect.

Electuarium Stypticum. F.

℞. Conſerv. roſ. rub. ℥iij. croc. mart. aſtring. ℥iij. ſacchar. ſaturn. ʒj. ſyr. cydon. vel e roſ. ſicc. ʒß. m. f. elect.

Electuarium e zinzibere. F.

℞. Conſerv. roſ. rub. ℥iij. zinzib. cond. ℥j. ol. cinnam. gut. iv. ol. garyoph. gut. ij. m.

Elixir Theriacale Boe.

℞. Theriac. Andromac. terebinth. Venet. mellis opt. ana lib. 1. Galang. Caryophyllor. Rad. Valerian. Myrrh. in lacrym. Baccar. Juniperi, Lauri, Piper. alb. ligni Aloes ana ℥j. Cortic. extern. Citri, Rad. Angelicæ Bohem. ana ℥ij. Nucis myriſt. ʒij. pulveratis ſingul. miſceantur in Vaſe, ut duæ tertiæ ejus capacitatis inanes remaneant, ſuperaffundendo, ſp. vini q. ſ. donec inditis pharmacis ſex vel ſeptem digitis ſuperemineat. Poſtea obturato vaſe infuſio in quatriduum protrahatur, quo tempore ſæpe moveantur materiæ, ter ſaltem aut quater in die. Poſtmodum aperiatur vas, atque in aliud Tinctura affundatur, quod probe claudi debebit.

Pharmaca reſſidua in priore vaſe denuo affuſo ſpiritu vini digerantur eodem modo, ut antea, ſicque Tinctura extrahatur, totidemque hanc digeſtionem, & extractionem repetere oportebit, donec Vini ſpiritus nihil omnino am-

plius tingatur. Tunc omnibus hiſce Tincturis ſimul mixtis tempore ſex horarum digerantur, indeque ad M. B. deſtillentur, quouſque in Alembici fundo nihil aliud, quam materia conſiſtentiam habens mellis, remaneat. Super hanc materiam deſtillatus liquor dejiciatur, permiſſa digeſtione in biduum, vel triduum, movendo itidem vas quotidie bis aut ter, tum ut antea deſtilletur, & liquor ex deſtillatione partus in phyalis probe clauſis recondatur.

Poſt hæc ſubſtantiæ ſub forma mellis in Alembico remanentis addatur maſſa poſt infuſionem vel extractionem reſidua, atque totum ſimul calcinetur in crucibulo, vel in figulino vaſe, atque pulverata calx aqua pluviali per horæ dimidium coquatur. Sic lixivium comparatur, quod charta emporetica filtratum, inde ad ignem evaporatum uſque ad pelliculam, ſeorſim in cella vinaria ad cryſtalliſationem reponitur & congregatum ſal tali pacto emergens cum præfato liquore miſcebitur, unde tota hujuſmodi compoſitio Cordiale ac Sudorificum eximiæ virtutis evadit, cujus doſis eſt gutt. x. xv. xx, in liquore idoneo.

Emeticum commune. S.

℞. Aq. Cardui Benedict. ℥ij. Infuſ. Croc. Metall. ℥j. Syrup. Caryophill. ʒ. ſ. m. f. vomitorium ſumendum hora 4. pomeridiana ſuperbibendo poſt ſingulas vomitiones hauſtum largum liquoris poſſetici.

Emplaſtrum Cephalicum. F.

℞. Empl. de beton. ℥ß. gum. caran. tacamah. ana ℥iij. balſ. tolutan. ℈j. balſ. peruv. vel copaiv. ℈j. f. empl.

Em-

Emplaſtrum Epiſpaſticum. F.

℞. Picis Burgund. ℥viij. Terebinth. Venet. Cantarid. pulv. ana ℥ij. ſ. m.

Emplaſtrum Febrifugum Rubrum. Bon.

℞. Oliban. pulv. ʒv. Minii ℥j. Ol. oliv. q. ſ. m. f. Emplaſtrum.

Emplaſtrum vel Epicarpum Michaelis contra febrim.

℞. Fuligin. ſplendent. ℥j. ſ. Terebinth. ʒ. vj. Aranear. ℥. ſ. Camphoræ ℈ij. Ol. ſcorpion. q. ſ. pro Emplaſtro carpis admovendo.

Emplaſtrum Hyſtericum. S.

℞. Galban. in tinctur. Caſtor. ſolut. & colat. ʒiij. Tacamach. ʒij. m. f. Emplaſtrum pro umbilico.

Emplaſtrum Iſchiadicum. F.

℞. Pic. Burgund. ℥ij. galban. ℥j. ſulph. viv. ʒij. ſuccin. ʒj. hermodact. rad. ireos florent. ſem. cymin. flor. cham. ana ʒß. petrol. q. ſ. m. f. empl.

Emplaſtrum Mamillare. B.

℞. Sperm. cet. ℥j. cer. alb. ℥ij. galban. aceto præp. ℥ß. ol. ſambuc. q. ſ. f. empl.

Emplaſtrum Piceum cum ſulphure. P.

℞. Picis Navalis ℥iv. Terebinth. Venet. ℥. ſ.

Ma-

Maſtic. Succin. ana ʒij. Sulph. commun. ℥. ſ. Miſce.

Emplaſtrum Pleuriticum. E.

℞. Empl. paracel. de ſapon. ana ℥j. unguent. popul. ℥iß. camphor. ʒiij. m. liqueſcant lento igne perpetuo agitando cum ſpatula ; quando frigeſcere incipiant, addatur camphora & f. empl. molle.

Emplaſtrum de Pyrethro. F.

℞. Galban. colat. ſagapen. ammoniac. (vin. alb. ſolut. & colat.) ana ℥j. pulv. rad. pyreth. ſem. ſinap. ana ℥ß. tereb. ven. q. ſ. m.

Emplaſtrum Roborans. F.

℞. Empl. ſtomach. magiſtral. ʒiij. oxycroc. (rite præp.) ʒij. gum. caran. tacamah. ana ʒj. balſam. tolutan. ℈ij. balſ. peruv. ℈j. ol. cinnam. caryoph. nuc. moſch. ana gut. ij. menth. abſynth. ana gut. j. f. empl.

Emplaſtrum Saponis. Q.

℞. Ol. oliv. lib. ij. Minii lib. j. miſceantur ſuper ignem, & fortiter agitentur uſque ad perfectam commixtionem, tum remota mixtura ab igne in eam injiciatur, ſemper diligenterq. movendo, Saponis Venet. fruſtulatim inciſi lib. ſ. & f. l. a. Emplaſtr.

Emplaſtrum Smecticum. B.

℞. Minii ℔iß. ol. oliv. ℔ij. ſapon. ℥iv. ceræ ʒij. coq. ſ. a. & f. empl.

Em-

Emplaſtrum Stomachicum Bou.

℞. Emplaſt. Stomachic. Magiſtral. ℥. ſ. Gummi Tacamach. trajecti ʒij. quibus ſolutis, & ſimul mixtis adde Balſam. Tolut. ʒj. Sang. Dracon. Balſam. Peruvian. ana ʒ. ſ. Ol. eſſent. Nucis moſcatæ Caryophyll. ana gutt. ij. Ol. Aniſ. gutt. j. miſce.

Emplaſtrum ad Strumas. 1. B.

℞. Empl. de cicut. cum ammon. ℥iv. gum. elem. ℥ß. mercur. ſublimat. corroſiv. ʒx. m. f. empl.

Emplaſtrum ad Strumas. 2. Bar.

℞. Empl. de ranis cum mercur. ℥ß. galban. ʒij. ſacchar. ſaturn. ſal. volat. ammoniac. ana ℥ß. ol. rub. q. ſ. f. empl.

Emplaſtrum Vermifugum. B.

℞. Aloes pulv. ℥j. Coloquint. Myrrh. ana ʒiij. Summit. Sabin. Rutæ, Abſynth. Artemiſ. Fol. Nucis Rad. Bryon. alb. ana ʒij. Ceræ, Picis ana ℥iv. Ol. Rutæ ℥ij. Miſce & f. l. a. Emplaſt. umbilico applicandum.

Emulſio Aſthmatica. F.

℞. Milleped. viv. N. 120. contuſ. ſenſim affund. aq. puleg. ℥vj. in liquore fortiter expreſſo diſſolv. gum. ammoniac. ʒiij. colatur. add. tinct. benzo. ʒiij. m. *doſ. coch.* j. *ex hauſt. decoct. pectoral. ſæpe in die.*

Emul-

Emulſio Brunneri. F.

℞. Gum. ammoniac. ℨiß. diſſolv. (in mortar.) in aq. hyſſop. frigid. ℥iv. & vin. rhenan. ℥ij. *colatura ſit pro hauſt.* ij. *urgente ſuffocationis periculo in aſthmate capiend.*

Emulſio Pæoniata. B.

℞. Sem. pæon. decort. ℥j. contuſ. affund. aq. rut. ceraſ. nigr. pæon. comp. ana ℥vj. f. emulſio, add. ſacch. perlat. q. ſ.

Emulſio Styptica. F.

℞. Rad. conſolid. maj. ℥iv. coq. in aq. font. ℔iij. ad ℔ij. cum colatura & ſem. papav. alb. hyoſcyam. amygd. dulc. excort. ana ℥ß. ſal. prunel. ℨß. ſacchar. ſaturn. ℈j. & ſacchar. alb. ℥j. f. emulſio.

Enema acre. Bo.

℞. Pulp. colocynth. ℨß. fol. tabac. ℨiß. coq. in aq. font. q. ſ. ad ℥x. admiſce ſal. gem. ℨij. f. enema.

Enema amarum. F.

℞. Rad. ſerpent. virg. contuſ. ℨj. pulp. colocynth. (in nodulo ligat.) ℈j. herb. tanacet. ſummit. ſabin. ana Mß. coq. in aq. font. q. ſ. ad ℥vj. colatur. add. ol. hyperic. ℥ß. ol. abſynth. chym. ℨß. ſpec. hier. picr. ℈ß. m.

Enema Apoplecticum. F.

℞. Rad. pyreth. ℥ß. herb. rut. Mij. pulp. colocynth.

cynth. (in nodul. ligat.) . coq. in aq. font. q. ſ. ad. ℥xij. colatur. add. infuſ. croc. metallor. ℥iij. tinct. caſtor. ℥ß. ol. ſuccin. ſal. gem. ana ʒij. f. enema.

Enema Balſamicum. F.

℞. Rad. alth. ℥j. herb. malv. parietar. mercurial. ana M. j. ſem. lin. ℥ß. coq. in q. ſ. aq. font. ad ℥xij. colatur. add. tereb. vitel. ov. ſolut. ℥ß. ol. lin. ℥ij. elect. lenitiv. ℥j. m. f. enema.

Enema Emolliens. G. *Art.* 1626.

Enema Febrifugum. F.

℞. Cort. peruv. ſubtiliſſime pulv. ℥ij. coq. multiplici coctione in aq. font. donec redeat ad ℔ß. colaturæ turbidæ adde diaſcord. ℥ß. ol. aniſ. gt. j. m.

Enema Hiſtericum. F.

℞. Rad. Ariſtol. rotund. bryon. alb. ana ℥ß. herb. rut. matricar. puleg. flor. cham. ana M. ß. coq. in q. ſ. aq. font. ad. ℥xij. in colatur. diſſolv. aſsæ fœtid. ʒj. ol. ſuccin. ʒij. ſacchar. rub. ℥j. m.

Enema e quatuor Oleis. F.

℞. Ol. lin. cham. ana ℥vj. ol. ſcorpion. ℥ij. tereb. ʒij. m.

Enema Terebinthinatum. F.

℞. Urin. ſani ℔j. terebinth. venet. vitel. ov. ſolut. ℥j. ol. aniſ. ʒj. theriac. januenſ. ℥j. m.

Ene-

Enema ad tormina. F.

℞. Cret. pulv. ℥ß. herb. rut. flor. cham. ana M. ß. coq. in q. ſ. aq. font. ad ℥iv. colatur. add. tinct. caſtor. diaſcord. ana ʒij. ſyr. de mecon. ℥ß. ol. aniſ. gut. x. m.

Enema de Verbaſco. F.

℞. Herb. cicut. hyoſcyam. ana M. j. verbaſc. flor. ſambuc. ana M. ß. coq. in aq. ferrat. q. ſ. ad ℥xij. in colatura diſſolv. vitel. ov. N. j. ol. lin. ℥ij. ol. ſuccin. ʒß. balſ. ſulph. ʒij. m.

Ens Veneris. B.

℞. Vitriol. mart. opt. reverberat. & lot. p. j. ſal. armoniac. p. ij. ſublimentur ſ. a. cum tribus cohobiis.

Epithema de Calce. F.

℞. Calcis viv. ℥ij. mellis liquid. q. ſ. f. miſtura; aliquando ſapo vulgaris addatur.

Epithema de ſaccharo Saturni. F.

℞. Acet. ℔ß. ſacchar. ſaturn. ℥j. m. *Huic immergatur petia lintea dupla, & frigide cordis regioni applicetur, & quoties tepeſcet renovetur; ad narium hæmorrhagiam expertus laudo.*

Epithema Saponaceum. F.

℞. Spirit. lumbricor. magiſtr. ℥vj. ſp. cochlear. ʒij. ſp. ſal. armoniac. ʒvj. ſapon. venet. ℥iß. camphor. ʒvj. opii ʒj. croc. ʒß. digere aliquot dies & cola.

Epi-

Epithema Stomachicum. F.

℞. Sp. vin. camphorat. ℥iv. theriac. androm. ʒij. ol. caryoph. gut. xvj. ol. nuc. moſch. gut. viij. ol. menth. gut. iv. aniſ. abſynth. ana gut. ij.

Eſſentia Alexipharmaca Stalhii.

℞. Rad. Imperator. Ari, Carolin. Petaſit. enul. Contrajerv. Angelic. Pimpinell. alb. ana ℥. ſ. Vincetox. Dictam. ana ℥j. Sp. Vin. rectif. lib. ij. Infund. & deſtillent. & f. l. a. Eſſent.

Expreſſio Aſthmatica. F.

℞. Milleped. viv. N. 128. contuſ. affund. aq. hyſſop. ℥iv. puleg. ℥ij. pæon. comp. ℥j. in liquore expreſſo diſſov. gum. ammon. gr. xxxij. colatur. add. tinct. benz. ʒij. ſyr. balſam. ℥j. ol. aniſ. gt. j. ſp. ſal. armoniac. q. ſ. ad juſtum acorem conciliandum. Detur cochleatim in paroxyſmo.

Expreſſio Diuretica. VV.

℞. Milleped. viv. tinct. ſal. tart. ana ℥ij. contunde & fortiter exprime. *Doſ.* gt. xl. *vel* l.

Expreſſio Millepedum Simplex. F.

℞. Milleped. viv. ℥iij. ſacchar. alb. ℥ij. ſimul contuſ. affund. vin. alb. ℔j. probe miſceantur, & coletur liquor.

Expreſſio Millepedum Ictterica. F.

℞. Milleped. viv. N. 100. croc. ℈ß. nuc. moſch. ʒß.

ʒß. ſacchar. alb. ℥ß. contuſ. affund. aq. chelidon. ℥iv. lumbricor. magiſtral. ℥ij. f. expreſſio.

Expreſſio millepedum ad Tuſſim. F.

℞. Milleped. viv. mund. ℥ij. pulv. ſem. aniſ. ʒj. nuc. moſc. ʒß. ſacchar. alb. ℥j. contuſ. affund. aq. puleg. ℥vj. bryon. comp. pæon. comp. ana ℥j. f. expreſſio.

Expreſſio ſcorbutica calida. F.

℞. Herb. cochlear. hortenſ. naſturt. aquat. beccabung. chelid. maj. ana M. iv. contuſ. add. vin. alb. ℔ß. aq. raphan. comp. lumbricor. magiſtr. ana ℥iv. f. expreſſio, cui add. ſp. cochlear. ʒij. ſacchar. alb. ℥ij. m.

Expreſſio ſcorbutica temperata. F.

℞. Herb. beccabung. naſturt. aquat. tarax. aparin. ana M. iv. mal. aurant. (cum corticibus) N. iv. contuſ. affund. vin. alb. aq. flor. ſamb. ana ℔j. per ſubſidentiam clarificetur, & cum ſacchar. ad libitum edulcetur.

Extractum Panchimagogum. C.

℞. Spec. diambr. Diarrhod. ana ℥j. Sp. vin. lib. iv. digerantur in vaſe clauſo ad M. B. per dies xiv. dein filtrato ſpiritui adde Pulpæ colocynth. ʒvij. Turbith. gummoſ. ʒv. Agaric. ℥j. Rad. hellebor. nig. ℥ij. Scammon. ʒvj. Fol. ſennæ ℥iv. Rhabarb. ʒiij. Elater. ʒij. Semin. Ebul. ℥iij. Hermodactil. ʒiij. quibus ſingulis contuſis infundantur in vaſe probe clauſo per dies x., poſtea liquore expreſſo affundatur iterum maſſæ ſolidæ remanentis tantumdem ſp. vin. & infuſio habeatur per dies vj. demum forti expreſſione humor, qui eli-

citur

citur conjunctus cum priore deſtilletur ad mellis conſiſtentiam. Melagini vero huic adde ol. cinnamom. Caryophyll. Nuciſtæ ana gr.x. ſal perlar. Corall. ana ʒij. miſce atque extractum veſica ol. amygdal. dulcium inuncta ſervetur uſui, cujus doſis eſt a ℈j. ad ij.

Extractum Pectorale. F.

℞. Maltæ opt. ex Cerev. cong. iß. aq. cong. ij. f. Cerev. alie f. a. cong. j. huic claræ & non fermentatæ add. paſſul. exacinat. & concis. ℔ß. glycyrrhiz. ℥j. ter. japon. ℥j. coq. donec ℔iv. ſint evaporatæ: poſtmodum exprimendo coletur; denique (additis coccinel. ℈iv.) percoq. ad mellaginem. *Eſt egregium incraſſans.*

Flores ſalis Armoniaci martiati. B.

Fiunt ex limaturis martis & ſale armoniaco ana ſublimatis, aeri exponendo caput mortuum, miſcendo cum dimid. quant. ſal. armon. ſiccando, & ſublimando ſ. a.

Fotus Aſtringens. F.

℞. Cort. querc. ℥ij. granat. ℥ß. flor. balauſt. roſ. rub. ana M. j. coq. in aq. ℔iv. ad ℔ij. colatur. add. vin. rub. Lisbon. ℔ß. m. addi poſſunt alum. ʒij.

Fotus ad Calculum. G. *Art.* 1626.

Fotus ad Hæmorrhoidum dolorem. F.

℞. Rad. cepar. ℥ij. ſem. lin. ℥j. herb. hyoſcyam. verbaſc. linar. millefol. ana M. ij. coq. in aq. font. ℔vj. ad ℔iv. in colatura diſſolv. opii ʒij. m.

Fotus ad Hæmorrhoidum fluxum immodicum. F.

℞. Herb. verbaſc. millefol. plantag. fol. ſambuc. ana M. iv. cort. granat. ℥j. coq. in aq. & vin. rub. aſtring. ana ℔iij. ad tertiæ partis conſumption. in colatura diſſolv. alumin. ℥ß. ſacchar. ſaturn. ʒij.

Fotus lateralis. F.

℞. Rad. alth. capit. papav. alb. (ſciſ. & cum ſem. contuſ.) ana ℥ij. ſem. lin. fœnugr. cymin. bacc. lauri ana ℥j. herb. malv. matricar. ana M. iij. coq. in aq. ℔viij. ad dimid. cola.

Fotus Podagricus. F.

℞. Herb. chamæpit. abrot. ana M. iv. coq. in aq. font. ℔vj. ad ℔iv. in colatara diſſol. ſal. tartar. ſal. armoniac. ana ℥iv. m.

Fotus Spirituoſus. F.

℞. Aq. regin. Hungar. ℥vj. ſp. lavend. com. cochlear. ana ℥iß. ſp. ſal. armoniac. ℥ß. camphor. ℈v. ol. terebinth. gut. 80. m. digerantur.

Fotus Stomachicus. F.

℞. Vin. rub. ℔j. ſp. vin. commun. acet. vin. ana ℔ß. abſynth. menth. ana M. j. rad. biſtort. ℥ß. cort. granat. ʒij. garyoph. mac. nuc. moſch. cinnam. ana ℥j. theriac. ven. ℥ß. macerentur clauſe in baln. mar. duas horas; colatura ſit pro fotu.

Fo-

Fotus ad Tympanitidem. F.

℞. Nitri ℥ij. ſal. armoniac. ℥j. ſp. vin. tenuioris multo phlegmate imbuti ℔ij. m. & diſſolve in vitro.

Galbanetum Sennerti. B.

℞. Gum. galban. p. j. ſp. terebinth. p. ij. ol. lavend. p. ß. digere & diſtilla ex retorta ſ. a.

Gargariſma Anginoſum. F.

℞. Herb. aquileg. M. ij. cort. inter. ulmi ℥j. fung. ſambuc. glycyrrhiz. alb. canis ana ℥ß. coq. in q. ſ. aq. font. ad ℔ij. in colatura diſſolv. ſal. armoniac. ʒij. ſyr. de rub. idæ. mel. roſ. ana ℥ij. m.

Gargariſma Commune. F.

℞. Aq. plantag. ℥x. roſ. rub. ℥iij. ſyr. e mor. ℥ij. mel. roſ. ℥j. ol. vitriol. q. ſ. ad aptam aciditatem m.

Gargariſma contra Fœtorem. F.

℞. Myrrh. ʒij. rad. irid. florent. cyperi calam. aromat. angel. Hiſpan. ana ʒj. garyoph. ʒß. flor. roriſmarin. M. j. infund. clauſe & calide duas horas in aq. font. ℔ß. vin. alb. ℥iv. colatur. add. aq. regin. Hungar. ʒvj. tinct. benzo. ʒij. m.

Gargariſma Myrrhiſatum. 1. F.

℞. Vin. rub. aſtring. ℔j. myrrh. pulv. ʒij. m.

Gargariſma Myrrhiſatum. 2. F.

℞. Myrrh. pulv. ʒj. diſſolv. in mortar. cum vitel. ov. ʒij. add. mel. roſ. ℥ij. vin. alb. ℔ß. m.

Gargariſma ad Pituitam. F.

℞. Aq. Hyſſop. ℥x. ſp. vin. rectificat. ℥j. ſp. cochlear. ℥ß. ſp. caſtor. ʒij. ſp. ſal. armoniac. ℈iv. pulv. rad. pyrethr. ʒj. mel. ℥iv. m.

Gargariſma Prunellorum. F.

℞. Cort. prunellor. ſylveſter. ℥ij. coq. in q. ſ. aq. font. ad ℔ij. in colatura diſſolve alumin. ℈iv. acet. ℥ij. mel. roſ. ℥iv. m.

Gargariſma in Variolis. S. *Art.* 256.

Gargariſma Varioloſum. 1. M. *Art.* 261.

Gargariſma Varioloſum. 2. F.

℞. Hord. perlat. glycyrrhiz. ana ℥ß. rad. alth. Viciar. ana ℥j. ficuum N. xij. fung. ſambuc. M. j. coq. in q. ſ. aq. font. ad ℔ij. colatur. add. oxymel. ſcillit. mel. roſ. ana ℥ij. m.

Gargariſma pro Uvula. F.

℞. Herb. aquileg. M. iv. flor. roſ. rub. balauſt. ana M. ß. piper. long. ℈iv. myrrh. ʒij. coq. in aq. font. ℔ij. & vin. alb. ℔ß. ad tertiæ partis conſumption: colatur. add. ſp. vin. ſyr. e mor. de rub. idæ. ana ʒij. m.

Gut-

Guttæ D. Goddard ſeu Guttæ Anglicæ.

Eædem parantur deſtillando ſetam crudam per retortam, cui recipiens aptatur juncturis bene cœmentatis, & mitior ignis ſubjicitur. Sic ſpiritus, oleum, & ſal comparatur.

Quando nihil amplius elevatur, ſolutis juncturis, quod in recipiente adeſt, in cucurbitam inclinatur, & ſingulæ quantitati unciarum quatuor drachma additur ol. eſſent. lavendul. & ſp. vin. unc. ſemis.

Deinde cucurbitæ capitulum recipiente inſtructum imponitur, & cementatis juncturis per horas 24. fit infuſio, poſtea locatur cucurbita ad ignem arenæ, unde ſal ſublimatur, quod capitulo inhæret, & Sal Anglicum dicitur, ſimulque in recipiens tranſit ſpiritus, qui perinde eſt ac modo dictæ guttæ Anglicæ.

Si vero ol. eſſent. lavend. non ſit in promptu, adhiberi poteſt, illud Caryophyllor. vel Cinnamom. habito reſpectu ægritudinis, pro qua remedium hoc uſurpatur.

Hujuſmodi guttæ, ut & prædictum ſal volatile ad morbos ſoporiferos præſtant, tum etiam ad convulſiones, præſertim vero in Vaporibus.

Hauſtus Diaphoreticus. F.

℞. Aq. card. ben. ℥iiß. epidem. theriacal. ſyr. de mecon. ana ʒß. antimon. diaph. ℈j. theriac. androm. ℈ij. ſp. ſal. armoniac. gut. xij. m.

Hauſtus Diureticus Acidus. F.

℞. Aq. raphan. comp. ℥iß. ſp. vin. gallic. ſucc. limon. ana ʒß. ſyr. violat. ℥j. m. f. hauſt.

Hauſtus contra Fluorem. F.

℞. Alb. ov. N. j. conquaſſato add. aq. cinnam. fort. ℥iß. m.

Hauſtus Hydragogus. F.

℞. Gum. guttæ crem. tart. pulv. ana gr. xiv. ol. junip. gut. iij. diſſolv. diligenter in mortar. in vin. alb. ℥iij. addendo ſacchar. alb. ʒiß. m.

Hauſtus Japonicus. F.

℞. Aq. ſpermat. ranar. ℥ij. ſyr. e roſ. ſicc. ʒij. ter. japon. pulv. ℈j. ſacchar. ſaturn. gr. iv. ol. cinnam. chym. gut. j. laudan. liquid. gut. xx. m.

Hauſtus Pleuriticus.

℞. Ol. ſem. lini frigide extract. ℥ijß. ſperm. cet. ℈ij. ol. nuc. moſch. gut. ij. aq. cinnam. hord. ſyr. papav. errat. ana ʒvj. m. f. hauſt. quam calidiſſime ſumend.

Hauſtus Saponaceus. F.

℞. Sapon. venet. raſ. a ℈ij. ad ℈iv. coq. in lact. ℥vj. ad ℥iv. colaturæ add. ſacchar. alb. tantillum.

Hauſtus Saturninus. F.

℞. Aq. ſparmat. ranar. ℥iß. acet. ℥ß. ſucc. urticæ ʒij. ſyr. de mecon. ʒvj. ſacchar. ſaturn. gut. vj. alum. gr. iij. ſang. dracon. ʒß. m.

Infu-

Infuſum amarum Bou.

♃. Chin. Chin. pulv. unc. ij. Crem. tart. ʒij. Rad. Serpentar. Virg. pulv. ʒj. ſem. Vin. rubr. lib. ij. Infund. frigid. & liquor filtretur, quando adhibendus erit.

Infuſum Cantharidum. E.

♃. Pulv. Cantharid. ℈j. Vin. Rhenan. unc. iij. vel iv. inf. per aliquot dies, in loco calidiuſculo, & filtrato liquore ejus vj. vel vij. vel viij. cochlearia miſceantur cum tribus vel quatuor vini libris &c.

Infuſum Cephalicum. F.

♃. Sterc. pavonis alb. ℥iv. milleped. contuſ. ℥j. aq. ceraſ. nigr. vin. alb. ana ℔iß. infund. per 24. horas frigide. Colaturæ per manicam clarificatæ add. aq. Langii ℥iij. ſp. lavend. comp. ʒiß. ol. nuc. moſch. gut. iij. ſyr. pœon. comp. ℥vj. m.

Infuſum Chalybeatum Amarum. Art. 132.

Infuſum Fracaſtorii.

♃. Theriac. androm. ʒij. diaſcord. ℥ß. coccinel. ℈ß. infund. clauſe & calide per horæ quadrant. in aq. lact. alex. ℥vj. colatur. add. aq. cinnam. fort. ſyr. cydon. ana ℥j. m. *doſis coch. iv. quarta vel ſexta quaque hora pro re nata.*

Infuſum Traumaticum. F.

♃. Caulium virid. ſolani lignoſi conciſ. ℥iv. coc-

cinel. ℈j. vin. alb. ℔ij. infund. calide & clauſe per noctem, colatur. add. ſyr. heder. terreſt. ℥iv. theriac. ven. ℥ß. m.

Injectio ad Gonorrhœam. E.

℞. Aq. calc. viv. ℥iv. mercur. dulc. ʒß. ſacchar. ſaturn. ℈j. m. pro injectione. *Uſurpetur liquor per reſidentiam depuratus.*

Julapium Camphoratum. F.

℞. Aq. baccar. ſambuc. Ceraſ. nigr. ana unc. vj. Aq. Bryoniæ compoſ. unc. j. Camph. ℈iv., quibus accenſis totidem in dictis aquis extinguantur, donec prorſus abſumpti ſint. Inde add. Syrup. bacc. ſamb. Artemiſ. ana unc. j. ſem.

Julapium Cordiale. S.

℞. Aq. lact. Alexiter. Ceraſ. nigr. ana unc. iij. Aq. Epidem. Syrup. Oxalid. Limon. ana unc. ſemis m. f. julap. ſæpe capiendum.

Julapium Moſchatum. F.

℞. Aq. roſar. damaſcen. ℥vj. naphtæ ℥j. cinnam. hord. ℥ij. pœon. com. ℥iß. moſch. ambræ griſ. (cum ſal. C. C. trit.) ana gr. ij. croci (ſciſſi & in nodul. ligat.) ℈j. ol. caryoph. gut. j. confect. alkerm. ʒij. ſyr. caryoph. ℥iß. m.

Julapium Perlatum. S.

℞. Aq. ceraſ. nigr. Alexiter. lact. ana unc. iij. Aq. Cinam. hordeat. unc. j. Margaritar. præp. ʒj. ſem. Sacchar. cand. q. ſ. Aq. Roſar. Damaſcenar. unc. j.

unc. j. ſem. m. f. Julap. in virium languore ad iv. vel v. cochlearia ſumendum.

Julapium Stomachicum. F.

℞. Vin. Xeroenſis, aq. cinnamom. hord. ana ℥iv. aq. menth. gent. comp. ſyr. cydon. ana ℥ij. ol. caryoph. nuc. moſch. ana gut. ij. m. addi poſſunt theriac. ven. ʒij.

Juſculum conſumatum. F.

℞. Gall. rec. exenter. & fruſtulatim inciſum Ped. Vervec. & Vitull. ana num. iv. Raſ. C. C. Ebur. ana unc. ſemis, Santal. Citrin. ʒiij. Dactylor. num. xx. Paſſular. unc. iv. Hord. perlat. unc. j. Aq. commun. lib. viij. coq. ad conſumpt. medietatis, dein add. Flor. Belid. Tuſſilag. Capill. vener. Pulmonar. maculat. ana man. j. Fol. Macis num. ij. Nuc. Moſcat. num. j. Vini Hiſpanic. lib. j. Liquor filtretur.

Lac Scammoneatum. B.

℞. Scammon. pulv. ʒvj. Aq. cinnamom. hord. lib. ſem. affundatur aqua ſenſim ſuper pulverem diligenter eumdem movendo, donec aqua lactiginoſa evaſerit; tunc eadem ſervetur uſui, quia mitiſſime alvum laxat. Ejus doſis eſt ad cochleare majus minuſve pro ratione ætatis.

Lac Sublimatum.

℞. Aq. cal. viv. ℥iv. mercur. ſublimat. corroſiv. gr. xij. diſſolv. in vitro leni calore. *Poteſt augeri vel minui quantitas ſublimati, prout fortius aut debilius* medicamentum efficere volueris.

Lac

Lac Virginale. P. L.

℞. Alumin. rupei ℥iv. coq. in aq. font. ℔ij. ad tertias; tum ℞. Litharg. auri ℔ß. vin. alb. ℔iß. decoquantur ad ℔j. colentur, ambæque aquæ commiſceantur, & agitentur donec albeſcant.

Linimentum Anodynum. R. *Art*. 494.

Linimentum Paralyticum. F.

℞. Unguent. martiat. ℥ij. petrol. ol. ſpicæ, ana ʒiij. pulv. euphorb. ℈j. ol. ſuccin. ʒiß. ol. roriſmarin. ʒß. m.

Linimentum Pſoricum. Bar.

℞. Sulph. crud. ʒij. ſapon. venet. ʒiß. nitri præp. ʒß. litharg. aur. ʒij. mercur. dulc. ʒiß. unguent. alb. camphor. ʒj. ol. lign. rhod. gut. iv. m. f. linimentum.

Lixivium calcinatum. F.

℞. Ciner. abſynt. unc. ij. Aq. calcis, Vini alb. ana lib. iv. inf. ad levem ignem per hor. 12. & liquor ſæpe per ſetaceum trajectus depuretur.

Looch album. B.

℞. Ol. amygd. dulc. recent. q. l. Sacchar. q. ſ. Miſce diligenter, & f. maſſa albentiſſima.

Looch ad acrem fluxionem. S.

℞. Conſerv. roſ. rubr. unc. ij. Syrup. de Mecon. & Ju-

& Jujub. ana unc. j. Oliban. Maſtich. Succin. ana ʒj. ol. nuc. Moſchat. per eſpreſſ. gr. vj. m. f. Looch, de quo lambat. ſæpe, & bis in die inſtillando cochleari ſingulo ejuſdem Balſam. ſulph. aniſat. gutt. viij. vel xij.

Looch Incraſſans in tuſſi. S.

℞. Ol. amygdal. dulc. unc. j. Syrup. Papav. Rhoead. Portulac. Jujub. & Looch ſan. ana unc. ſem. Sacchar. cryſtall. q. ſ. M. in mortario marmoreo ad integræ horæ ſpatium, & f. linctus perfecte mixtus. Recondatur in olla figulina ad uſum, de quo capiat æger ſæpius lambendo e baculo liquiritiæ.

Looch fortius incraſſans. S.

℞. Conſ. roſ. rub. Syrup. violar. de Mecon. ana unc. j. Sem. pap. alb. ʒiij. contundant. ſimul, & per ſetaceum trajiciantur, deinde add. ol. nuc. moſchat. expreſſ. gr. vj. f. Eclegma.

Lohoch Myrrhiſatum. F.

℞. Myrrh. pulv. ʒij. croc. ℈ß. nuc. moſ. ʒß. mellis ℥ij. M.

Looch ad Pleuritidem Bou.

℞. Ol. Amygdal. dulc. recent. unc. iij. Sperm. cœt. ʒj. Antimon. diaphoret. ℈iv. Sacch. ʒj. f. Syrup. de Eryſim. compoſ. unc. ij. Miſce.

Lo-

Lohoch ad Raucedinem. F.

℞. Sperm. ceti ℥ß. ſacchar. alb. ℥j. optime ſimul contuſ. in mortario ſenſim add. ſyr. balſam. q. ſ. m.

Lohoh Rubrum.

℞. Conſerv. fruct. cynosbat. ℥ß. ſyr. bac. ſambuc. ol. amygd. dulc. ana ℥j. m.

Lohoch Viride. F.

℞. Sapon. venet. raſ. ℈ij. ol. amygd. dulc. ſyr. violar. ana ℥. j. m.

Lohoch Vitellinum. F.

℞. Sperm. cet. ℥iiß. ſubigatur in mortario cum vitel. ov. N. j. & add. ol. amygd. dulc. ſyr. de alth. ana ℥j. m.

Lotio ad Eryſipelam. F.

℞. Sp. Vin. lib. ſem. Sacchar. Saturn. ℨj. miſce.

Lotio Lanfranci. *Art.* 1993.

Lotio Mercurialis Bou.

℞. Vitriol. alb. Alumin. ana ℨij. Mercur. ſubl. corroſ. ℨ. ſem. Sacchar. Saturn. ℨiij. Sal. Tartar. ℈iv. Aq. commun. fervent. lib. ij. f. infuſ. per hor. ij. & filtrat. liquor ſervetur uſui in morbis cutaneis.

Mars

Mars abſque acido præp. B.

℞. Limatur. Ferr. q. v. humectentur ad decem vices uſque Aq. cichor. ſal. abſynt. ſaturata, ſingula vice eaſdem ad umbram exſiccando, inde vero in ſubtiliſſimum pulverem redigantur.

Mars tartarizatus. B.

℞. Limatur Ferr. mundat. Cremor. tartar. ana unc. vj. Aq. fumariæ q. ſ. f. maſſa in clybano exſiccanda modico calore in vaſe figulino loti[illegible]ta. Tum infundatur Aq. fumariæ ut prius, noviterque exſiccetur, idque uſque in tertiam vicem repetatur. Tandem fiat pulv. pro uſu.

Miſtura Acida.

℞. Aq. plantag. ſyr. papav. erratic. ana ℥iß. ol. vitriol. ʒij. miſce.

Miſtura Balſamica Nephritica. F.

℞. Balſam. copav. ℥ß. ol. junip. chym. ʒß. vitel. ov. N. ij. ſyr. de alth. ℥iiß. aq. perſicar. ℥x. m.

Miſtura Conſolans. F.

℞. Vin. Xeroenſ. ℔ß. aq. cinnam. fort. ℥iv. aq. roſ. ſacchar. cand. alb. ana ℥ij. ſucc. chermes colat. ℥j. ſpec. lætif. Galeni ʒij. fol. auri N. iv. ol. nuc. moſchat. gut. iv. m.

Miſtura Corallata. F.

℞. Coral. rub. ſubtiliſſime lævigat. ʒij. ſal. abſynth.

ſynth.℈iv. ſucc. limon ℥iv. aq. cinnam. fort. ℥ii. M. ſtent in vitro capaci.

Miſtura Ecphractica. F.

℞. Summit. pin. conciſ. M. vi. coq. in aq. font. ℔iv. ad ℔ij. colaturæ fortiter expreſſæ add. ſucc. depurat. cochlear. hortenſ. ℔j. beccabung. naſturt. aquat. tarax. ana ℔ß. aq. raphan. comp. ℔iß. huic miſturæ diſſolve vitriol. Mart. ℈viij. per noctem reponatur, ut ſubſidat fœx lutea; dein liquori claro effuſo adde ſal. abſyth. ℈iv. ſacchar. alb. ℥xij. m.

Miſtura Expectorans. F.

℞. Tinctur. benz. ℥j. tinct. croc. tinct. myrrh. tinct. gum. ammoniac. ſp. ſal. armoniac. ana ʒj. aq. hyſſop. ℥vj. lumbricor. magiſtral. ℥iij. ſyr. de praſſio ℥ij. m.

Mixtura hyſterica ſpirituoſa. F.

℞. Tinct. Aſſæ fœtid. ſp. vin. pp. tinct. Galbani, Caſtor. ſpir. ſal. Armoniac. vel C. C. ana ʒj. Ol. deſtill. ſuccin. gutt. xxx. Miſce.

Miſtura ſimplex Paracelſi. Art. 206.

Miſtura Stomachica. F.

℞. Aq. cinnam. fort. ℥j. ol. vitriol. ʒj. ol. caryoph. gut. xxiv. m.

Nitrum Saturniſatum. B.

℞. Sacchar. ſaturn. nitri ana p. æ. Solve in aceto diſtillato & cryſtalliſa ſ. a.

Nodulus Hyſtericus. B.

℞. Caſtor. pulv. ʒ . aſſæ fœtid. ℈j. ol. ſuccin. ℈ß. miſce, & in ſerico involve, ut fiat nodulus, &c.

Nodulus hyſtericus alter Pa.

℞. Aſs. fœtid. Galban. ol. Petræ, Caſtor. Camph. ana ʒ. ſemiſ. ol. deſtill. guajac. ſuccin. ana gutt. x. Miſce f. nodulus ægræ naribus admovendus.

Ol. Ranarum. B.

Coque ranas vivas N. 12. in ol. olivar. ℔iß. per horam & deinde exprime: *In cancro ſpecificum perhibetur.*

Ol. Vermium deſtill. B.

℞. Lumbricos Vin. Hiſpanie. ablutos q. v. eoſdemque ad ignem Arenæ ſ. a. deſtilla; ol. ſic deſtillatum ad Paralyſin celebratur.

Oxymel Aſthmaticum. F. ♣

℞. Rad. zedoar. ℥j. coq. in aq. font. ℔ij. ad ℔iß. colaturæ add. gum. ammoniac. (in acet. ℥iv. diſſolut.) ℥j. colaturæ add. mellis ℥iv. coq. deſpuma, & cola. *Dentur coch.* iij. *mane & veſperi per menſes aliquot.*

Phœnigmus. Mu. *Art.* 1942.

Pilulæ Balſamicæ. M.

℞. Milleped. præp. ʒiij. gum. ammoniac. puriſſim. ʒiß. flor. benzoin. ℈ij. vel ʒj. extract. croc. balſam. peruv. ana ℈j. balſam. ſulph. terebinth. vel aniſat. q. ſ. f. maſſa.

Pi-

Pilulæ Caſtorei. F.

℞. Caſtor. pulv. ℈ij. ſal. C.C. Succin. ana ℈j. Balſalm. Peruvian. gutt. xvi. Diaſcordii q. ſ. m. f. pilul. xxx. quæ ad hyſtericas paſſiones præſtant. ſingulæ doſi ſi lubet, & opus eſt, addi poſſunt ſalis martis gr. iij.

Pilulæ Catharticæ in Scorbuto.

℞. Gum. ammoniac. ʒj. calomel. ℈ij. extract. hellebor. nigr. ʒij. balſam. peruv. parum m. f. maſſa pil. doſ. ℈ij.

Pilulæ ad Colluviem. F.

℞. Calomel. ʒij. ſacchar. ſaturn. ʒj. camphor. amyl. ana ʒß. balſam. copav. q. ſ. m. f. pil. pro doſ. xij.

Pilulæ de Creta Palmarii. B.

℞. Aloes opt. ℥j. cret. albiſ. ſuccin. alb. gentian. myrrh. rad. fraxinel. ana ʒj. mithrid. ℈iv. tereb. lot. ʒij. ſyr. de Alth. q. ſ. f. maſſa pil. *Sunt qui addunt calomel.* ℥ß. *vel* ʒvj. *Doſ.* ℈ij. *vel* ʒj. *omni nocte ad dies* xv.

Pilulæ Diureticæ. F.

℞. Teſt. ovor. calcinat. ʒß. camphor. ℈j. cantharid. ℈ß. tereb. ven. q. ſ. f. pil. pro doſ. iij.

Pilulæ Hydragogæ. F.

℞. Gambog. pulv. a gr. xij. ad gr. xvj. ol. Junip. gut. ij. mithridat. q. ſ. f. pil. pro una doſi.

Pilu-

Pilulæ Hydropicæ Bontii . *Art.* 1824.

Pilulæ Hyſtericæ. F.

♃. Galban. colat. aſæ fœtid. myrr. ana ℥j. caſtor. camphor. ſal. ſuccin. ana ℈ß. ol. ſuccin. gut. iv. balſam. peruv. q. ſ. f. maſſa, cui (quoties res poſtulaverit) adjici poſſunt ſal. chalyb. ℈ij. exindeque dicantur pil. hyſter. chalyb.

Pilulæ Hyſtericæ. VV.

♃. Fœcul. Bryon. Aſs. fœtid. Caſtor. ana ℥j. ſal. Coral. ſuccin. Jovis aut Stamni ana ʒ. ſemis, galban. aq. Bryon. ſolut. q. ſ. m. f. Maſſa.

Pilulæ ad Icterum. F.

♃. Cremor. Tartar. Cocinell. ana ʒ. ſemis ſapon. Venet. ʒiij. In mortario Marmoreo contuſ. f. pilul. xlv. quarum doſis eſt num. vj. ter in die, continuandæ donec Icterus evaneſcat.

Pilulæ Matthæi vel Starkey. B.

♃. Ol. purif. Pulv. rad. Hellebor. alb. Nigr. Glycyrrh. ana unc. ij. Sapon. tartar. unc. vj. Miſce diligenter, & cum ol. Terebinth. q. ſ. f. maſſa eodem ol. humectanda quoties exſiccabitur. Quidam Nigrum Hellebor. omittunt. Harum pillul. doſ. eſt a gr. xij. ad xx.

Pilulæ Volatiles.

♃. Sal. volat. C.C. vel ſal. volat. ammoniac. ʒiß. gum. ammoniac. ℥j. extract. croc. pulv. carn. viper. ana ℈j. balſ. peruv. q. ſ. m. f. maſſa pil.

Pulvis ad Caſus. F.

℞. Mumiæ gr. xxiv. Sal. ſuccin. C.C. ana gr. iij m. f. pulv.

Pulvis digeſtivus Bou.

℞. Oſtrocodermat. pp. ʒiij. Tart. Vitriol. ʒij. ſal. abſint. ʒj. ſemis conſ. roſ. rub. unc. ſemis Ol. ſulph. p. c. gutt. c. miſce & ſuper cineres calidos exſiccando f. pulvis cui adde Balſam. de Mecha gutt. xx. Ol. eſſent. Nuc. moſch. gr. vj.

Pulvis Diureticus. G. *Art*. 1629.

Pulvis Epilepticus de gutteta dictus. B.

℞. Rad. fraxinel. viſc. quercin. contrayerv. ſerpent. virgin. pæon. mar. (debito tempore collect.) ſem. pæon. mar. magiſt. C. C. magiſt. ungul. alcis ana ʒij. rad. valerian. ſylv. ℥j. coral. rub. cran. human. ana ʒiij. lapid. hyacinth. ʒj. bezoar. occident. ʒiß. orient. ℈j. m. f. pulvis ſubtilis: adde moſch. gr. v. fol. auri N. 30. m.

Pulvis Febrifugus. M.

℞. Flor. Camomæl. pulv. ℈j. Stib. diaph. ſal. abſynt. ana ℈. ſemis miſce & f. pulv. pro unica doſi.

Pulvis Hæmoptoicus. F.

℞. Sem. hyoſcyam. papav. alb. ana ʒij. ter. ſigil. lapid. hæmatit. ana ʒj. ſacchar. roſ. ʒvj. m. f. pulv.

Pulvis letificans Galeni.

℞. Flor. vel ſemin. Ocymi caryophylati, Croc.

Rad.

Rad. Zedoar. Santal. Citrin. Caryophyll. Cortic. in-ter. Citr. Galang. Macis, Nuc. Moſchat. Stirac. Ca-lamit. ana ℥ij. ſemis Raſ. Ebur. ſem. Aniſ. Thym. Epithym. ana ʒj. Oſ. Cord. C. margarit. pp. Camph. Ambr. fuſc. Moſchi ana ʒ. ſemis fol. auri & Argenti ana ℈. ſemis f. pulv. ſ. a.

Pulvis Peoniæ compoſitus. F.

℞. Cran. Human. Rad. Peon. maris ana ℈j. Cin-nab. natural. ℈ij. Ol. eſſent. Nuc. Moſch. gr. iv. m. f. pulv. qui miræ efficaciæ eſt ad morbos convul-ſivos infantum.

Pulvis Pleuriticus. B.

℞. Flor. ſulph. ℥ij. dent. apri, mandib. lucii piſcis ana ℥j. flor. papav. rhœad. ℥ß. m. f. pulvis Doſ. ʒj.

Pulvis Uvularis. 1. F.

℞. Ter. japon. flor. balauſt. ana ℈j. alum. piper. long. ana ℈ß. m. f. pulvis. *Modus uſurpandi eſt, ut lingua ſpeculo oris depreſſa, pulvis (ope fiſtulæ) inſuf-fletur uvulæ, & operatio pro re nata repetenda.*

Pulvis Uvularis. 2. B.

℞. Flor. balauſt. rad. biſtor. tormentil. ana ℥ij. alum. ʒj. m. f. pulv.

Sacculus Stomachicus. F.

℞. Fol. Menth. ſicc. unc. ſemis Fol. abſynth. thym. roſ. rubr. ana ℥ij. Balauſt. Rad. Angelic. Hiſpan. ſe-min. Carv. Nuc. Moſch. Macis Caryophyll. ana ℥j. m. f. pulv. pro ſacculo calide ſtomacho applicando poſtquam in vinum rubrum demerſus fuit.

Semicupium Hildani. Art. 1997.

℞. Rad. & fol. alth. rad. & fol. malv. rad. fœnicul. apii, petroſelin. eryng. marin. ana ℥ij. (rad. raparum ℔ij.) herb. parietar. violar. veronic. flor. cham. melilot. geniſt. ſambuc. ana M. j. ſem. lin. fœnugr. ana ℥j. petroſelin. aniſ. fœnic. geniſt. ana ℥ij. coq. in q. ſ. aq. font. pro ſemicupio.

Stypticum Regis. B.

Vitriolo ſoluto, filtrato, cum aceto diſtillato præcipitato, edulcato, & ſiccato affunde oleum vitrioli, & diſtilla ex retorta ad ſiccitatem: caput mortuum digere cum ſpiritu vini, filtra calide ac abſtrahe. Solve ſalem in fundo remanentem cum quadruplo aquæ per digeſtionem, & f. ſtypticum.

Succi Antiſcorbutici.

℞. Fol. cochlear. hortenſ. beccabung. naſtrut. aquat. ana p. æ. contundantur, & exprimatur ſuccus ad ℔ij. deinde add. vin. alb. vel rhenan. ℔j. aq. raphan. comp. ſucc. aurant. acid. ana ℔ß. miſce *doſ.* ℥iij. *bis in die ſine vel cum pauco ſaccharo.*

Suffitus ad Catarrhum. F.

℞. Oliban. ſuccin. benzo. ſtyrac. calam. gum. guajac. balſam. tolutan. ana ℈ij. f. pulvis craſſus *pro ſuffumigio capitis.*

Syrupus Balſamicus. F.

℞. Balſam. Tolutan. ℥vj. Aq. commun. unc. xx. coq. abſque deſpumatione uſque ad remanentiam

unc.

unc. xij. dein adde ſacchar. finiſs. lib. j. & abſque ulteriori coctione f. ſyrup. frigefactus filtrandus.

Syrupus Boylæi. F.

℞. Rad. conſol. maj. unc. vj. fol. plantag. manip. xij. Contund. & ſucco expreſs. add. ſacchar. opt. tantundem ut f. ſ. a. ſyrup. qui ad hæmorrhagias præſtat.

Syrupus de Peto. B.

℞. Succ. peti anglic. ℔iv. oxymel. ſimpl. ℥iv. hydromel. ℔j. miſce & digere quatuor dies, ut optime defœcetur: tunc decanta, iterumq; digere ut ſupra, donec materia ab omni fœculentia depurata fuerit; adde poſtea ſacchar. ij ℔. & coq. in ſyrup. ſ. a.

Syrupus de Scammonio. B.

℞. Diagrid. ʒvj. Paſſul. mundat. ſacchar. puriſs. ana unc. viij. ſp. vin. lib. ij. coq. ad lentum ignem uſque ad dimidium. Filtr. liq. doſis eſt ab unc. ſemis uſque ad unc. j. ſemis.

Syrupus Vermifugus. B.

℞. Fol. hellebor. aſtr. rec. ℥ij. Hagioſpermi ℥iß. rad. bryon. rec. ℥ß. abſynth. roman. M. ij. coq. in aq. font. q. ſ. ad ℔j. colatur. add. ſacchar. alb. ℔j. & coq. ad ſyrup. ſ. a.

Tabellæ Divinæ Bon.

℞. Lac. ſulph. viv. unc. ij. Sacch. fin. unc. vj. Mucilag. ſemin. Cydon. q. ſ. f. Tabellæ ſingulæ ʒj.

Tabellæ Domeſticæ. S. *Art.* 1137.

Tabellæ Embryonum. B.

♃. Pulv. rad. biſtort. ebor. coral. rub. coriandr. præp. ana ℥ß. ſuccin. alb. cryſtal. bacc. cherm. ana ʒij. ſacchar. alb. ℥xvj. aq. cydon. q. ſ. coq. ſ. a. addendo ol. cinnam. gut. vj. affund. & f. tab. ſ. a.

Tinctura Antiphthiſica. F.

♃. Sacchar. ſaturn. vitriol. mart. ana ℥j. ſp. vin. rectific. ℥viij. repone in frigido donec rubeſcat ſpiritus.

Tinctur. Aſſæ fœtidæ. B.

♃. Aſs. fœtid. unc. ij. Sp. vin. rectif. unc. xij. f. Tinctur. quæ filtrata ſervetur uſui. Laudatur pro morbis lienis & uteri, tum etiam vulneraria eſt, ejuſque doſis a ʒj. ad ij.

Tinctura Bezoartica. B.

♃. Rad. enul. angel. zedoar. ſerpent. virg. ana ℥iß. croc. opt. ℥j. myrrh. cinnam. cort. citr. ſicc. ana ʒvj. fol. ſcord. rut. ana M. ß. theriac. androm. ℥iij. opii thebaic. ʒij. ſp. tar. rectific. ℥xv. ſp. vitriol. ʒiij. ſp. bacc. ſambuc. & ſp. bacc. junip. rectific. ana ℥xviij. digere ſ. a. ac filtra, tum add. ſal. ſuccin. ℥j. camphor. ʒij. digere iterum ad uſum. Doſ. a ʒiij. ad ℥j.

Tinctura Cantharidum. G.

♃. Pulv. cantharid. ℥j. ſp. nitri fortiſſim. ℥ij. digere ſimul horas 24. Si cantharides plane diſſolventur, & liquor rubicundus erit; huic ſuperaffund.

ſp.

ſp. vin. ℥vj. digere ſimul, quo diutius eo melius: poſte a filtretur tinctura, & ad uſum reſervetur. *Doſ. a gut.* xij. *ad* xl. *bis de die in hauſtul. vin. alb. vel rhenan.*

Tinctura Cochleariæ Compoſita. B.

♃. Calyb. limatur. mundat. unc. iv. ſalv. Agrimon. ana man. iij. fol. cochlear. marin. lib. ij. Cochlear. hortenſ. man. iij. Abſinth. vulg. & Roman. ana man. ij. Rad. Rafan. ſylv. unc. iv. Conciſ. inf. in Vini albi & Xeroenſ. ana lib. iv. & poſt triduum liquor filtretur, cujus doſis eſt unc. iv. bis in die & per 20. 30. aut 40. dies continuandus eſt. Hujuſmodi remedium hydropem periculoſiſſimum Scorbuto conjunctum fœliciſſime ſanavit.

Tinctura Corallorum. B.

Diſſolvatur Corale rubrum cum ſpirit. panis, & filtrata diſſolutio evaporetur. Dein addito Vin. ſp. educatur Tinctura, quæ filtrata evaporari adhuc debet ſ. a. uſque ad debitam conſiſtentiam. Hoc cordiale eſt remedium, diureticum, Antihelminticum &c. cujus doſis eſt xl. gut. cum convenienti liquore.

Tinctura Epileptica. F.

♃. Caſtor. opt. ℥ß. ſuccin. flav. in tenuiſſim. pulverem redact. croc. angl. ana ʒij. flor. recent. lil. conval. ℥j. his affund. ſp. vin. camphor. ſp. lavend. comp. ſp. ſal. armoniac. ana ℥iv. digerantur abſque calore dies vj. in vitro clauſo; poſtea filtretur tinctura, vel decantetur a fœcibus per colum. Doſ. a ℈. ad ʒj. in aq. ceraſ. nigr.

Tinctur. Gum. Lacca. F.

♃. Pulv. gum. lacc. ℥ß. alum. uſt. ʒj. ſp. cochlear. ul-

ultimo exſtillantis ℥viij. phiala arcte incluſa digerantur, donec tinctura ſatis rubicunda appareat, quæ leniter effundatur.

Tinctura Stomachica amara. Q.

℞. Rad. Gentianæ Cortic. aurant. exſiccat. & fruſtulatim inciſ. ana lib. j. ſp. vin. lib. xij. probe rectific. digerantur in vaſe vitreo ad blandum calor. per dies xv. dein facta expreſſione ſubſidat, & decantetur ad uſum. Stomachicum ægregium profecto eſt, ejuſque doſis a gutt. xv. ad lx. in vino aut alio vehiculo propinand.

Vapor ad Anginam. F.

℞. Piper. pulv. ℥j. lact. ℔ij. coq. ad ℔iß. *dein ponatur in lagena ſtricti orificii, & vapor calidiſſimus ore hianti excipiatur.*

Vapor ad Aurium morbos. F.

℞. Rad. Helleb. alb. nigr. ana unc. j. Baccar. Juniper. Lauri ana ℨvj. Semin. Cumin. unc. ſemis fol. rutæ abſynth. Camomæl. ana man. j. Aq. comm. lib. iij. Aceti lib. j. ſemis coq. ad remanent. lib. iv. Vapor hujus decoctionis ope infundibuli in aures ingeritur, qui cum ſubtilis ſit ac ſpirituoſus ad Tympanum uſque pervenit, cerumen liquefacit, aliaſque impuritates molliores reddit, & ad exitum idoneas, fibras vero partium internarum mirifice corroborat. Celeberrimus Practicus pro ſecreto habebat adverſus Surditatem.

Vinum Chalybeatum. P. L.

℞. Chalyb. præpar. ℥j. Croci pulverati & in nodulo

dulo incluſi gr.viij. Vini albi odori ℔ij. infunde frigide per triduum, aut quatriduum, ſæpe interea agitando, inverſo vaſe. Tum F. colatura per manicam Hipp. ſerveturque uſui.

Vinum Chalybeatum. 2. F.

℞. Limatur. chalyb. ℥ij. ſucc. aurant. acid. N. viij. (vel potius ℥iv.) ſtent ſimul horas 24. Dein. add. vin. alb. ℔iv. cinnam. ℥ß. caryoph. ʒij. mac. ℈iv. ſtent tepide dies iv. doſ. ℥iij. bis in die.

Vinum Hydropicum. F.

℞. Rad. irid. florent. ℥ij. enul. ſcill. ana ℥ß. cort. ſambuc. ebul. ana ℥j. cort. vvinteran. ℥ij. ſennæ ℥ij. hellebor. nigr. agar. jalap. ana ʒij. vin. alb. ℔iv. Infunde frigide. *Doſ.* ℥iv.

Vinum Viperinum. B.

℞. Viperas fœmellas vivas tempore verno collectas N. vj. vin. hiſpan. opt. ℔vj. macera (vaſe optime clauſo) ſine calore per menſes 6. dein cola ad uſum. Sunt qui macerant viperas excoriatas (rejectis interaneis, cauda, ac capite) in vin. hiſpan. per aliquot dies. *Doſ.* ℥iij. *vel* iv. *bis in die ad longum tempus.*

Vitriolum Martis. B.

℞. Alcoh. vin. ℥iv. ol. vitriol. ℥ij. ſerva ſimul in vaſe ferreo ad dies xv. vel ad ſiccitatem. Doſ. a. gr. ij. ad vj.

Unguentum ad Atrophiam. F.

℞. Pingued. Human. unc. j. ol. laurin. unc. ſemis Piper. alb. ʒ. ſem. euphorb. ℈j. Alumin. plum. ſp. vin.

ſolut.

ſolut. unc. ſemis ol. eſſent. Gingiber. Petrolæi ana ʒj. Miſce.

Unguentum Digitale. B.

℞. Butyr. majal. ℔iij. flor. digitalis rec. contuſ. quot infarciri poſſunt, inſolentur die 30. deinde coq. ſ. a. & f. expreſſio.

Unguentum Hæmorrhoidale. F.

℞. Unguenti popul. ℥j. ol. ſuccin. ʒij. m. f. unguent.

Unguentum Pleuriticum. F.

℞. Unguent. dialth. ℥j. ol. lin. ℥ß. ol. cymin. ʒß. camphor. ℈ß. ſp. ſal. armoniac. ʒiß. m.

Unguentum ad ſcabiem Bou.

℞. Hydrarg. Aq. fort. ana unc. j. Axung. lib. j. ol. flor. ſambuc. unc. iv. eſſent. ligni Rhod. gutt. x. Miſce.

Unguentum de Vigo.

℞. Ol. roſat. unc. ij. ſucc. Plantag. ʒvi. Lithargir. aur. arg. ana ʒv. tutiæ pp. ʒiij. Ceruſ. ʒij. Plumb. uſti ʒj. miſc. f. ung. ſ. a.

Unguentum ad Uulcera Venerea. P.

℞. Mercur. præcipit. rub. ʒij. mercur. præcipit. alb. ʒj. ol. tart. per deliq. ℈ij. unguent. pomat. ℥ij. m.

INDEX MORBORUM.

A

Abortus. 2875
Abſceſſus ventriculi. 640
—— *inteſtinor.* 664
—— *meſenter.* 680
—— *Jecuris* 708
—— *Lienis.* 714
Acrochordon. 2027
Ægilops. 2178
Affectus catarrhal. 1086
—— *hypochond.* 991
—— *hyſteric.* ibid.
Albugo ceu Leucoma. 2108
Alvi adſtrictio in infantibus. 3009
—— *in adultis.* 1381
—— *Fluxus.* 1387. 1389
—— *Retentio.* 1379
Amauroſis ſive Gutta ſerena. 2188
Ambuſtio. 2383
Anaſarca. 1774
Anchyloblepharon. 2045
Anchylops. 2178
Aneuriſma. 2449
Angina. 373
—— *Arthritica.* 1948
—— *Notha.* 398. 400
—— *ſine tumore.* 392
Ani procidentia. 2586
Animi morbi. 951
Anorexia. 1353
Anthracoſis. 2089
Anxietas Præcordior. 1350
Apepſia. 1341
Aphonia 2231
Aphthæ Adultorum. 2285
—— *Infantum.* 3052
Apnœa. 1252
Apoplexia directa. 779. 830
—— *inverſa.* 869
Apetentia canina. 1355
Aridura partium. 3013
Arteriacum. 1106
Arthritis vera. 1916
—— *anomala.* 1941
Aſcarides. 1515. 1521
Aſcites. 1781
Aſphixia. 1302. 1308
Aſſodes. 186
Aſthma. 1228. 1252
—— *Arthriticum.* 1947
—— *Continuum.* 1233
—— *Convulſivum.* 1262
—— *Idiopath. & ſympathic.* 1254
—— *Humid. & ſiccum.* 1243. 1245

In-

—— *Infantum*. 3036
—— *Stomachicum*. 1261
Atheroma. 2533
Atonia ton blepharon. 2054
Atrophia Infantum. 3011
—— *Scorbutica*. 1198. 1887
—— *Oculor*. 2157
Aurium morbi. 2257

B

Branchum. 1106
Bronchocele. 2556
Bubo benignus. 2419
—— *Peſtilentialis*. 315. 324
—— *Venereus*. 1982
Bubonocele. 2566
Buggs animalculum. 3068
Bulimia. 1004. 1355

C

Cachexia. 1747
Calculus Renum, & Veſic. 1614
Calentura. 187
Callus in ulceribus. 2724
Cancer. 2511
Canis Rabioſi morſus. 1051
Capitis contuſio. 2619
—— *Dolor*. 729
—— *Vulnera*. 2716
Carbunculus oculi. 2089
—— *peſtilentialis*. 315. 325
Cardialgia. 623. 1351
Caries oſſis. 2725
Carunculæ in urethra. 1999
Carus. 762
Catalepſis, Catoche, congelatio. 867
Cataphora. 759
Cataracta ſive ſuffuſio. 2121
Catarrhus ſimplex. 1088
—— *Suffocativus*. 1091
Cephalalgia. 729. 992
Cephalea. 743
Chalazion. 2027
Chemoſis. 2066
Chirſocele. 2479
Chloroſis. 2761
Cholera morbus. 1366. 1374
—— *ſicca*. 1368
—— *humida*. 1369
Chorea Sancti Viti. 945
Chylificatio læſa. 1331
Cicatrix ſeu macula in oculo. 2108
Clavi. 2593. 2595
Clavus dolor. 743. 992. 1016
Cœliaca paſſio. 1405. 1416
—— *urinalis*. 1546
Colica Arthritica. 1485. 1944
—— *Bilioſa*. 1450. 1476
—— *Epidemica*. 1475

Ha-

—— *Habitualis.* 1455
—— *Hyſterica.* 1460
—— *Meſenterica.* 1483
—— *Nervoſa.* 1463
—— *Pictonum.* 1462. 1484
—— *Pictorum.* 1489
—— *Scorbutica.* 1903
Coma ſomnolentum. 760
—— *vigil.* 764
Combuſtio per ignem. 2383
—— *cum pulvere pyrio* 2391
—— *ex fulmine.* 2392
Comedones ſeu Crinones. 3041
Conceptus. 2832
Concuſſio capitis. 2620
Congelatio. 867
Contuſio carnium. 2604
—— *capitis.* 2619
Convolvulus ſeu Chordapſon. 1494
Convulſio adultorum. 887
—— *Infantum.* 3027
—— *Scorbutica.* 1880
—— *Tonica.* 897
Cordis palpitatio. 1278
—— *polypus.* 1318
—— *Tremor.* 1284
—— *Vermes.* 1269
Corpulentia nimia. 1740
Coryza. 1116
Cranii fiſſura. 2684
Crapula. 1356
Crinones ſeu comedones. 3041
Crithe. 2027
Cruditas acida & nidoroſa. 1328. 1332. & ſeqq.
Crurum maculæ. 1901
—— *dolores.* 1902
Cruſta lactea. 3057
Cutis nigredo. 2303
Cynanche. 396
Cyſtocele. 2573

D

Dejectiones unguinoſæ in ſcorbuto. 1887
Delirium in Febribus. 76
—— *Melancholic.* 964
—— *In puerperio.* 2957
—— *Rabioſum.* 1051
Dentitio. 3030
Dentium morbi. 2240
—— *Dolor.* 2245
—— *Nigredo.* 2240
—— *Vermes.* 2247
Diabetes vera & notha. 2541. & ſeqq.
Diarrhœa. 1388. 1394
—— *Arthritica.* 1945
—— *Habitualis.* 1396
—— *Infantum.* 3010
—— *Scorbutica.* 1884
Digeſtio. 1343
Dolor capitis. 736. 743
Dolores colici varii. 1466. 1509
—— *noctur. vener.* 1988
—— *poſt partum.* 1939
—— *vagi ſcorbutici.* 1880. 1892. 1902

Dra-

Dracunculi. 1516
Dyas. 2100
Dyſenteria. 1425. & ſeqq.
—— *incruenta.* 1431
Dyſpnœa. 1129. 1256. 1883. 1898
—— *infantum.* 3036
Dyſuria. 1689

E

Ecchymoſis. 2604. 2614
—— *infantilis.* 3069
Ectropium. 2056
Efflorescentia purpurea in infantibus. 2986
Elcos oculi. 2165
Elephantiaſis Græcorum ſeu Lepra Arabum. 2371
Elodes. 186
Emphyſema. 2025. 2528
Emproſthotonos. 887. 890. 895
Empyema. 499
Encanthis. 2172
Energumeni. 987
Ephelides. 2305
Ephialtes ſeu incubus. 999
Epilepſia adultorum. 918
—— *puerorum.* 3025
Epinyctis. 2415
Epiphora. 2142
Erotomania. 2826
Eryſipelas. 2325
—— *ſpecies alia.* 2326
—— *Scorbuticum.* 2329
—— *Symptomaticum.* 2338
Eſſere. 2308
Exanthemata. 316. 325
Excreſcentiæ præternaturales. 2538
—— *Carnoſæ in veſica calculum mentientes.* 1622
Exomphalus. 2559
Exſtatici. 987

F

Faſcinatio. 950
Febres in genere. 1. 2. & ſeqq.
—— *Ardens ſeu Cauſus.* 185
—— *Maligna.* 202
—— *Catarrhalis.* 146
—— *Colliquativa.* 196
—— *Continua.* 177
—— *Courbatura Gall.* 85
—— *Ephemera.* 78
—— *Eruptiva.* 219
—— *Hectica.* 1183
—— *Infantum.* 2990
—— *Intermittens.* 89
—— *cum Caro.* 106
—— *Lactea.* 2944
—— *Lenta.* 191
—— *Lipyria.* 65
—— *Meſenterica.* 162
—— *Miliaris.* 2948
—— *Peſtilentialis.* 313
—— *Petechialis.* 207

Pi-

—— *Pituitoſa.* 194
—— *Purpurata urticata.* 235
—— *cum prunella.* 68
—— *Remittens benig.* 144
—— *maligna.* 162
—— *Scarlatina.* 225
—— *Scorbutica.* 1906
—— *Stomachica.* 162
Febrium ſymptomata. 63
Fiſſura cranii. 2619. 2684
—— *Oſſis.* 2683
Fiſtula in ano. 2734
—— *Lacrymalis.* 2178
—— *Gingivarum.* 2256
—— *in ulceribus.* 2724
Flatus. 1340
Fluor albus. 2817
Fluxus hepaticus. 1444
Fractura oſſis. 2673
—— *complicata.* 2676
Frenuli vitium. 3020
Fungus. 2732
Furor Uterinus. 2826
Furunculus. 2411

G

Ganglium. 2531
Gangrana. 2749
Genitalium tumores œdematoſi in lue venerea. 1994
Gingivarum affectiones. 1914
—— *Laxitas.* 1900
Glaucoma. 2139
Gonorrhœa vera & notha non virulenta. 1974
—— *Virulenta.* 1973
Grando. 2027
Graviditas. 2832
Gulæ paralyſis. 846
Guſtus læſiones. 2230
Gutta roſacea. 2295
—— *Serena.* 2188

H

Head-mould-Shot. 3061
Horſe-Shoe-head. 3062
Hæmoptyſis. 1144
Hæmorrhagia narium. 2199
Hæmorrhoides. 2462
Hectica febris. 1173. 1179. 1183
Hemicrania. 735
Hemiplegia. 830
Hepatitis. 630. 700
Hernia, & ſpecies ejus. 2544
—— *aquoſa.* 2551
—— *Carnoſa.* 2553
—— *Infantum.* 3073
—— *Oculi.* 2102
—— *Varicoſa.* 2477. 2554
—— *Ventralis.* 2565
Herpes exedens. 2320
—— *miliaris.* 2317
—— *ſimplex.* 2314

Hip-

Hippos. 2055
Hordeolum. 2027
Hydatis. ibid.
Hydrocele ſeu Hernia aquoſa. 2551
—— *in infantibus.* 3074
Hydrocephalus. 1838
Hydromphalus. 2574
Hydrophobia. 1051
Hydrophtalmia. 2081 2082
Hydrops. 1767. 1784
—— *Ovarii.* 2868
—— *Pectoris.* 1804
—— *Peritonei.* 1800
—— *Siccus.* 1833
—— *Veſicalis.* 1798
—— *Uteri.* 2859
Hypocondriaca & hyſterica affectio. 991
Hypopyon. 2083
Hypoſphagma. 2117

I

Icterus adultorum. 1840
—— *infantum.* 2994
Ignis ſacer. 2325
Ileos ſeu iliaca paſſio. 1491
Impetigo. 2356. 2369
Inappetentia. 1353
Incontinentia urinæ. 1702
Incubus. 999
Infantum morbi in genere. 2972
Inflammatio in genere. 372
—— *Aurium.* 2257
—— *Cordis.* 1267
—— *Hepatis.* 619. 700
—— *Inteſtinorum.* 648
—— *Lienis.* 710
—— *Mammarum.* 2406
—— *Meſenterii.* 673
—— *Pancreatis.* 694
—— *Renum.* 1578. 1583
—— *Teſtium.* 2409
—— *Ventriculi.* 604
—— *Veſicæ.* 718
Inoculatio variolarum. 302
Inſaniæ ſpecies omnes. 984
Inſanus amor. 2826
InſigniaBaccantium. 2296
Intertrigo. 2987
Iſchias. 1969
Iſcuria renalis & veſicalis. 1667

L.

Lactis fugatio. 2942
Lagophtalmia. 2049
Lectimingi. 1702
Lentigines. 2304
Lepra. 2360
—— *Græcorum.* 2357
Lethargus. 761. 824
Leucoma ſeu albugo. 2108
Leucophlegmatia. 1768
Lichen. 2313. 2357
Lienis inflammatio. 712
Lienteria. 1405. 1414
Linguæ vitia. 2232

Pa-

—— *Paralyſis.* 848
Lipothymia. 1657
Lippitudo ſeu ophthalmia. 2062
Lipyria. 65. 186
Lithiaſis. 1624. 1630
Lithontriptica. 1627
Lithotomia. 1657
Lochia. 2931
Loquela amiſſa. 2231
Lues Venerea. 1970
—— *Infantum.* 1992
Lumbago Rheumatica. 1862
Lumbrici. 1512. 3038
—— *In infantibus.* 2977
—— *Inguinales.* 1532
—— *Lati.* 1514. 1519. 1534
—— *Umbilicales.* 1531
Lupia. 2532
Lupus. 2511
Luxatio oſſium. 2651
Lycanthropia. 659

M

Macies infantum. 3011
Maculæ ſeu Cicatrix in oculo. 2108
Maculæ Hepaticæ. 2306
—— *Scorbuticæ.* 1896
Madaroſis. 2044
Malacia. 1354
Mammarum tumores. 2406
Mania. 955
Meconium infantile. 2985
Meiopis. 2159
Melancholia grad. I. 961
—— *grad. II.* 991
—— *grad. III.* 1002
Meliceris. 2533
Memoria læſa. 1038
Menſtruatio. 2773
—— *difficilis.* 2800
—— *cum dolore.* 2785. 2805
—— *nimia.* 2806
—— *per loca aliena.* 2802
—— *Suppreſſa.* 2787
Meſenterii inflammatio. 686
Mictus cruentus. 1709
—— *impeditus.* 1660
Miſerere mei. 1496
Mola. 2840
—— *Aquoſa Veſical.* 2845
—— *Ventoſa.* 2853
Morbi Cordis. 1266
—— *Cutanei.* 2303
—— *infantum.* 3057
—— *Nervini.* 726
—— *Soporoſi.* 759
Morbilli. 241
Morſus Canis rabidi. 1051
Mydriaſis. 2158
Myocephale. 2102. 2154
Myopia. 2196

N

Narium morbi. 2199
—— *in infantibus.* 2998

Nata, Natta, ſeu Napta. 2538
Nauſea & Vomitus. 1345
Necroſis. 2754
Nephritis vera. 1565
—— *Notha ſcorbut.* 1903
—— *Arthritica.* 1946
Nephrotomia. 1655
Noli me tangere. 2511
Nyctalopia. 2196

O

Obæſitas ſeu corpulentia nimia. 1743
Obdormitio membror. 877
Obmuteſcentia. 848
Oculorum morbi. 2024
—— *ulcera.* 2165
Odontalgia. 2245
Oedema partium. 2481
—— *oculi.* 2078
Oedematoſi tumores genitalium in lue venerea. 1994
Olfactus amiſſus. 2208
Opiſthotonus. 887. 890
Ophtalmia. 2062
—— *Custom.* 2063
—— *Epidemica.* 2074
—— *Humid. & ſicc.* 2068
—— *Scrophuloſa.* 2076
Orthopnoea. 1252
Oſcheoncele. 2569
Oſſium fractura. 2673
—— *Luxatio.* 2651
Otalgia. 2259
Ovarii hydrops. 2868
Oule. 2108
Ovum dolor. 743
Ozæna. 1981. 2213

P

Palpebrarum morbi. 2024
Palpitatio cordis. 1278
Pannus oculi vitium. 2093
Paracenteſis. 548. 1808
—— *pectoris.* 1809
—— *abdominis.* 1813
Paracynanche. 396
Paralyſis & Pareſis. 830. 835
—— *Gulæ.* 846
—— *Linguæ* 848
—— *Oculi* 2169
—— *Scorbutica.* 1886
Paraphimoſis. 1995
Paraplegia ſeu paraplexia. 828. 830
Paraphrenitis. 580. 587
Paraſynanche. 396
Paronychia manuum. 2431
—— *pedum.* 2433
Parotis. 2421
Partus difficilis. 2886
Parulis. 2413. 2454
Pavores in ſomno. 3024
Pediculi inguinales. 3067
Penis amputatio. 1995
Peribroſis oculi. 2167
Pericranii læſio. 2717

Peri-

Perinæi ruptura. 2941
Peripneumonia notha. 433. 438
—— *Vera* 424. 483
—— *Arthritica.* 1931
Pernio 2444
Pervigilium. 748
Peſtis. 307. 353
Phalangoſis 2042
Phimoſis & Paraphimoſis. 1995
Phlegmatorrhagia. 1126
Phlegmones. 2404
Phlogoſis. 2066
Plyctænæ morbus cutaneus. 2309
—— *Oculorum vitium.* 2087
Phrenitis. 557
Phthiriaſis. 2060
—— *Infantilis.* 2064
Phthiſis ab Apoſtematibus & ulceribus. 1204
—— *Aſthmatica.* 1212
—— *A chloroſi & menſtruis obſtruct.* 1217
—— *A Diarrhœa & Dyſenteria.* 1206
—— *A Gonorhœa & fluore albo.* 1203
—— *Ab Hemorrhagia.* 1202. 1216
—— *Ab Hypochond. & hyſterica affectione.* 1214
—— *Ab Ictero* 1219
—— *A Lactatu.* 1205
—— *Nervoſa.* 1194
—— *A Pleuritide vel Peripneumonia.* 1218
—— *Pulmonalis.* 1165
—— *Scorbutica.* 1210
—— *Scrophuloſa.* 1207
—— *Varia.* 1180
Pladoroſis. 2026
Phygethlon. 2418
Phyma. 2417
Pica. 1354
Plege oculorum. 2160
Pleuritis Arthritica. 1949
—— *Dorſalis.* 451
—— *Notha.* 441. 475
—— *Occulta.* 444
—— *Vera* 415. 431
—— *Verminoſa.* 457
Plica Polonica. 2015
Pneumatocele ſeu Hernia ventoſa. 2548
Podagra. 1920
Polypus cordis. 1318
—— *Narium.* 2222
—— *in Pleuritide.* 492. 493
Porrigo. 2021
Presbita. 2197
Procidentia ani. 1586
—— *uteri.* 2961
Proptoſis. 2102. 2154
Pruritus vid. Pſora.
Pſora ſive ſcabies. 2346
Pſorophtalmia. 2029
Pterygium. 2093
Ptiloſis. 2044
Ptyriaſis. 2021

Pudendorum excoriatio. 2941
—— *tumores oedematoſi.* 2940
Punctura Tendinis. 2706.
Purpurea efflorescentia in infantibus. 2986

R

Rabies. 1051. 1058
Rachitis. 3044
Ramex. 2479
Ranula. 2234. 2426
Raucedo. 1106
Red Gum. 2986
Renum inflammatio. 1578.
—— *Suppuratio.* 1576. 1606
—— *ulcus.* 1604. 1585
Rheumatiſmus. 1858
Rheuma oculi. 2153
Rhexis. 2106
Rubedo maculoſa. 2296
Ruptura Perinœi. 2941

S

Sahafati ſeu Tinea. 2019
Salivatio. 1552
Sarcocele ſeu Hernia carnoſa. 2553. 2577
Sarcoma narium. 2222
Sarcomphalus. 2575
Scabies Humida & Sicca. 2341
—— *Scorbutica.* 2362
—— *ſeu Pſora.* 2339
Scirrhus. 2489
—— *Uteri.* 2867
—— *inteſtinorum.* 667
—— *Ovarii.* 2873
Scleriaſis. 2039
Sclerophtalmia. 2037
Scorbutus. 1877
Scotamia. 771
Scrophula. 2491
Secundina retenta. 2925
Serpigo. 2315
Singultus. 904
Sirones. 2310
Sodæ ſpecies. 1363
Somnus. 752
Soporoſi morbi. 760
Spaſmus. 899
—— *Cynicus.* 887. 894
Sphacelus. 2749
Spina ventoſa. 2504
—— *Bifida.* 2989
Staphyloma. 2102
Steatoma. 2533
Sterilitas. 2833
Sternutatio. 915
Stomachica remedia. 1343
Strabiſmus. 2170
Stranguria. 1678
—— *Scorbutica.* 1910
Struma. 2491
Stupor. 876
—— *Scorbuticus.* 1886
Sudamina. 2307
Sudor Anglicus. 366
—— *colliquativus.* 1178
Suffuſio ſeu catarrhacta. 2121

Suggillatio oculorum. 2117
Suppreſſio urinæ. 1667
—— *menſtruorum.* 2787
Surditias. 2267
Surfeit. 1356
Sycoſis. 2040
Syderatio ruſticorum. 2325
Synanche. 390. 396
Synchyſis. 2090
Syncope. 1296
Synovia. 2720

T

Tabes Amatoria. 1199
—— *Cachetica.* 1763
—— *Dorſalis.* 1200
Talpa ſeu Teſtudo. 2535
Tarantiſmus. 1079
Tendinis punctura. 2706
—— *vulnera.* 2703
Teneſmus. 1443
Terminthus. 2416
Teſticuli inflammatio. 2409
—— *Scirrhus.* 2578
Tetanus. 890
Tinea ſeu Sahafati. 2019
Tinnitus aurium. 2261
Tonſillarum inflammatio. 396
Tophus. 2027
—— *Arthriticus.* 1927
Tormina ventris infantum. 3000
—— *Scorbutica.* 1880
Torpor. 876
Tortura oris. 894
Tracoma. 2040
Tremor. 879
—— *Cordis.* 1284
—— *Scorbuticus.* 1886
Trepanatio. 2646
Trichiaſis. 2042
Tumores in genere. 2395
—— *Albi.* 2501
—— *Capſulares.* 2539
—— *Diaphragmatis.* 676
—— *Flatulenti.* 2528
Tuſſis. 1129
—— *conulſiva.* 3031
—— *Epidemica.* 1136
—— *Infantum.* 3036
—— *Stomachalis.* 1133
—— *Hyſterica.* 1016
Tyloſis. 2040
Tympanitis. 1825

V

Vari 2311
Variolæ. 252
—— *Anomalæ.* 257
—— *Diſtinctæ.* 253
—— *Confluentes.* 254
—— *Malignæ.* 264
Variolarum inoculatio. 302
Varix. 2458
Venena in genere. 3077
—— *Animalia.* 3122
—— *Aconitum.* 3093
—— *Æs viride.* 3118
—— *Angues.* 3123
—— *Antimonialia.* 3118

Aqua

—— *Aqua fortis.* 3119
—— *Aranei.* 3128
—— *Argentum vivum.* 3114
—— *Arſenicum.* 3110
—— *Aſpis.* 3127
—— *Bella donna vid. Corona Imperialis.*
—— *Bufo.* 3132
—— *Cantharides.* 3134
—— *Ceruſſa.* 3121
—— *Cicuta.* 2500. 3084
—— *Cicutaria.* 3088
—— *Cingula mercurial.* 3114
—— *Cocculæ officinarum.* 3096
—— *Coriandrum.* 3103
—— *Corona Imperialis.* 3092
—— *Eſula.* ibid.
—— *Euphorbium.* ibid.
—— *Fungi.* 3106
—— *Helleborus.* 3092
—— *Hyoſcyamus.* 3101
—— *Lithargyrium.* 3121
—— *Mandragora.* 3103
—— *Mechanica.* 3136
—— *Mercurius præcipit. & ſublimat.* 3115
—— *Mineralia.* 3109
—— *Minium.* 3121
—— *Napellus.* 3093
—— *Nux vomica.* 3104
—— *Oenanthe* 3089
—— *Opium.* 3099
—— *Scorpio.* 3130
—— *Serpentes.* 3123
—— *Solanum.* 3102
—— *Spiritus acidi.* 3119
—— *vinoſi.* 3137
Sublimatus mercur. 3115
—— *Taxus* 3097
—— *Tithymalus.* 3092
—— *Vegetabilia.* 3084
—— *Vipera.* 3124
Ventris duræ intumeſcentiæ. 1835
Ventriculi intemperies calida. 1337
—— *Inflammatio.* 618
—— *Prolapſus.* 1365
—— *Vomica.* 1437
Vermes. 1517. 1537
—— *in auribus.* 2260
—— *in corde.* 1269
Verrucæ. 2594
Vertigo. 765
Veſicæ inflammatio. 1592
—— *Scabies.* 1596. 1603
—— *Ulcus* 1591. 1604. 1694
Vigiliæ. 748
Viſus hebetudo. 2185
Vitiligo. 2357
Ulcera. 2721. 2726
—— *Aurium.* 2257
—— *Cordis.* 1267
—— *Glandis.* 1977
—— *Oculorum.* 2165
—— *Oris.* 2285
—— *Palati.* ibid.
—— *Præputii.* 1977

Va-

—— *Vaginæ.* 1978
—— *Venerea.* 1980
—— *Veſicæ.* 1604
Unguis oculi. 2093
Vomica pulmonum. 1220
Vomitus. 1345. 1358
—— *cruentus.* 1347
—— *infantum.* 3007
Urinæ ardor in lue Venerea. 1997
—— *Componentia.* 1726
—— *Incontinentia.* 1701
—— *Suppreſſio.* 1667
—— *in infantibus.* 3042
—— *ex ſanguinis diſcraſia.* 1671
Uroſcopia ſeu urinarum prognoſis. 1726
Uteri Hydrops. 2859
—— *Inflatio.* 2853
—— *Procidentia.* 2961
—— *Scirrhus.* 2867
Vulnera. 2700
—— *Arteriarum.* 2701
—— *Capitis.* 2716
—— *Lethalia.* 2707
—— *Muſculi tempor.* 2708
—— *Nervorum.* 2703
—— *Oculorum.* 2160
—— *Sclopetorum.* 2713 2714
—— *Tendinum & membranarum.* 2703
Uvulæ relaxatio ſeu procidentia. 2276

X

Xerophthalmia. 2033

FINIS.

Ca-

CATALOGUS LIBRORUM,

Qui Venetiis venales reperiuntur

A P U D

LAURENTIUM BASILIUM.

ARbuthnot (Jo:) de Effectibus aeris in Humano Corpore 4. Neapoli 1753.
Boerhaave (Hermanni) Opera omnia Medica, 4. *editio nova aucta* 1757.
Cabaſſutio, Notitia Concilior. 8. Ven. 1692.
Cardani (*Hieronymi*) in Aphoriſmos Hippocratis 4. Patavii.
Centurie Mediche di Fulvio Gherli e li feriti poſti in ſalvo 8. 4. vol. Ven. 1753
Deleboe (Franciſci) Sylvii Opera Medica fol. Ven. 1736.
Dupaſquier Philoſophia 12. 4. vol.
Duham Philoſophi, in Utramque Partem 12.
Farmacopea, o Teſoro d'Arcani Farmacologici, Galenici Chimici, Spargirici di F. Felice Paſſera Capuccino, fol. 2. vol.
Gorter (Joannis de) Compendium Medicinæ 4. c. fig. 1757.
Godeau Theologia Moralis. 4.
Haller (Alberti) Phyſiologia. 8. 1754.
Hippocratis Coi Aphoriſmi, & Prognoſtica, 24. 1751.
Lucerna Salis Philoſophorum 12.
Muſitani (Caroli) Opera medica & Chirurgica cum novis Addict. fol. 2. Vol. Ven. 1738.
Rifleſſioni Fiſiche ſopra la Medicina Elettrica di Gio. Franceſco Pivati. 4. 1749.
Trilleri (Dan. VVilh.) de Pleuritide. 8. 1756.
Torti (Franciſci) Opera omnia, ſcil. Therapeutice, ad febres China-china ſanabiles, & reſponſ. ad criticam de abuſu Chinæ-chinæ, 4. *editio nova aucta*. 1755.
Verna (Jo. Baptiſtæ) de Pleuritide 4. Ven.
VVepferi (Joh. Jacobi) Hiſtoriæ Apopleticorum Obſervationibus & Scholiis Anatomicis & Medicis quamplurimis Elaboratæ & illuſtratæ. 8. Ven. 1759.
VVerlhoff (Pauli Gottlieb) de Febribus, 8. 1757.
. . . . . Tractatus varii. 8. Venetiis 1759.